



**Clarissimi, erudirissimique viri, D. Nicolai Villagagnonis,  
equitis Rhodij, aduersus nouiti[m] Caluini, Melanchthonis,  
atq[ue] id genus sectarior[um] dogma de sacramento  
Eucharistiae, opuscula tria, recens conscripta, & in lucem  
edita.**

<https://hdl.handle.net/1874/430556>

CLARISSIMI, ERVDI-  
TISSIMI QVE VIRI,

D. NICOLAI  
VILLAGAGNONIS, EQVITIS

Rhodij, aduersus nouitiũ Caluini, Melanch-  
thonis, atq; id genus sectariorũ dogma de  
sacramento Eucharistiæ, opuscu-  
la tria, recens conscripta,  
& in lucem edita.

*Opusculorum titulos uersa pagina offendes.*



COLONIAE,  
Apud Maternum Cholinum,

1563.

CONTENTORVM HIC OPVSCV-  
lorum series.

1. Ad articulos Calvinianæ, de Sacramento Eucharistię, traditionis, ab eius ministris in Francia Antartica eulgatæ, Responsiones ad Ecclesiam Christianam.
2. De cœnæ controuersię Philippi Melanchthonis iudicio, ad Serenissimum Ferdinandum Cæsarem semper Augustum, & ad illustrissimos Sacri Rom. Imperij Principes.
3. De Venerandissimo Ecclesię sacrificio, ad Loduicum Herquiuiillerū, Regium in senatu Parisiensi Confiliarium.

F. HENRICI ANGELI CARMELITÆ  
Epigramma.

Militat in castris sacris Mauortis alumnus,  
Robore præstantes conserit usq; manus.  
Et lingua & calamo gladioq; armatus in hostes  
Insilit intrepidus, sternere quosq; potens.  
Non tantum Scythicam doctus contundere gentem,  
Que nostro toties imminet exitio:  
Quin etiam hic sæuos didicit iugulare latrones  
Hæreticos, sacro quos ferit ense suo.  
Perside quid facies tandem Caluine? potenti  
Cædendus gladio Villaganonis eris.

# AD CHRISTIANAM ECCLESIAM

N. Villagagno  
S. & P.



E cui mirum fit, quòd  
ego in re militari, ampli-  
ùs quàm in literis versa-  
tus, in causam Ecclesiæ  
sum ingressus, vt Calvinis-  
anã doctrinã impugnẽ:  
antequã rẽ aggrediar, cõsili-  
um mei rationem paucis  
exponendam esse duxi: Ad  
Franciam Antarcticam mihi  
manenti, propinqui ac neces-  
sarij mei mihi nunciaverunt,  
eos qui Geneva ad nos emi-  
grauerant, Geneuam reuectos,  
passim nomen meum maledictis  
hoc dolore traducere, quòd  
(quũ inter nos de religione  
minimè conueniret) illi à me  
remissi ac repulsi fuissent:  
Addiderũt Calvinũ maledictis  
suis tanta infamia exi-

a 2 stima-

## EPISTOLA

stimulationem nostram affecisse, vt nisi maturè mihi prospexissem, in hominū odium incurrerem, quod tam altè radices in eorū animis esset acturum, vt vix reuelli posset. Hac re animo permotus, antequam illud nostri nominis odium inueterasceret, putavi mihi faciendum esse, vt non solum scriptis me tibi Christiane lector, purgarem, sed eò me ipse conuerterem, vt si & opus esset, Philippum quendam Corgillierium Pontanum propter meam absentiam ferocientem, ad pugnam me laceissentem, armis exciperem ac reprimerem. Et quia multa, quæ de Geneuensium religione comperi, sum euulgaturus, quæ tanta infania, blasphemia, stultitiaq; scateāt, vt mihi nō videare fidem habiturus, ne in calumniæ suspicionem incidam, hæc proprio Ministri (sic enim loquuntur) scripto, attestari volui. Huius rei gratia eò me conferre constitui, quò peruenire mihi licere, fide publica confirmabitur.

AD ECCLESIAM CHRISTIAN.

tur. Interea illorum traditiones, nostrasq; de eis contentiones edidimus: vt qui librum nostrum lecturi sunt, de causa nostra verè dijudicent: atque si quam de nobis infaustam opinionem conceperunt, euellant, ac ex animo eiciant. Antea tamen paucis hac epistola perstrinximus, quorum mihi criminum infamiam inusserint. Ab Atheismo viri pij exorsi sunt, vt ubi omnem de mea religione opinionem probis expulissent, minori negotio quiduis turpitudinis ac sceleris persuaderent. Exposuerunt me quadam religionis simulatione, Geneva ministros ascuuisse, vt in eorum religione, Barbaros instituerem: sed paulò post, animi quadam leuitate, ac mobilitate, Euangelij pertæsum, in superstitionis Papisticę vanitatem relapsum, deincepsq; Atheismũ indutum fuisse: Quamobrem non solũ Ministros sanctos expulsem, sed ne quid ad summã maliciam & nequitiam mihi deesset,

## EPISTOLA

vbi nauem viciosa[m], reque frumentaria  
vacua[m], na[ct]us essem, hanc illos conscen-  
dere coegisse, vt si non deprimerentur,  
inedia deficerent. Hæc vana esse osten-  
demus, crudelitatisque notã eluemus,  
quũ paucis de doctrina differuerimus.  
Inficiari nolo, illos suo aduentu, me ma-  
xima lætitia perfudisse: Eã enim in pri-  
mo aditu sauctitatis speciẽ exhibuerũt,  
vt putarem diuinitatis thesaurum ali-  
quem eximium, è coelo ad nos illapsum  
esse, sed alienam personam diu nõ tuler-  
runt. Eremiti enim nostræ paupertatem  
fastidiẽtes, ad carnes Ægyptias respexer-  
runt, moxq[ue] ad ingenium redierunt, vt  
pleriq[ue], in primo aditu redeundi sibi po-  
testatem fieri, molestissimẽ exigent.  
Hoc quũ rei frumentariæ difficultas im-  
pediret, ægrè retenti sunt: sed victi mo-  
ræ tædio, ita se gesserunt, vt quã de eo-  
rum aduentu voluptatem imbiberam,  
maxima animi molestia repellerem. In  
eorũ religione tribus potissimũ rebus  
offendi,

AD ECCLES. CHRISTIAN.

offendi. Eucharistiã omni prorsus diuinitate, diuiniq; corporis præsentia spoliabant, ne terrenũ Elementũ honore afficerent. Tradebãt, animas suas carnẽ Domini, fide, sed seorsum à sacramento mãducare, simul ac eorũ corpora pane Eucharistiæ vescerentur. Ab ea sentẽtia me abduxit verbum Domini, Hoc est corpus meum. Tandem vbi eã rem multis verbis triuissimus, Minister scripto nobis affirmare non dubitauit, ab esu diuinæ carnis arceri corpora, quòd spes æternæ vitæ animas, nõ corpora spectaret: Hoc probare nec potui. Ab hac opinione huc descenderũt, vt carnĩ Christi diuinitatẽ negauerint: in Christo duas naturas distinctas & differentes constituentes, quarũ priuatim rationẽ haberi oporteret, ne qui coniunctum Christũ adoraret, creaturæ diuinum honorẽ exhiberet: Atq; huc se Minister Richerus incitauit, vt affirmaret Christum in Deo Patre, nõ in humana carne adorandum,



dum. Addidit, illū viuos & mortuos nō iudicaturū, sed Deū Patrē in Filij persona ad iudiciū appariturum. Multis verborum præstigijs has insanias defendit, quas his libris impugnauimus. De prædestinatione non magis in eorum sententia cōquieui: Asserebant Iudam nō potuisse Christum nō prodere, in eam rem prædestinatum, vti Paulus non potuerit Euāgelium non prædicare, huic ministerio à Deo præfinitus. His de causis ab eorum schola me cōtinui ac subduxi. Huc etiam accessit eorum vitæ testimonium: Ex eorum religione quidā per vim sororis suæ filio, stuprum intulit: is Ministro delatus ac conuictus, certæ piperis mensuræ pretio, fuit absolutus. Et ne maleficium poena sequeretur, impetrauit, ne ea res ad me deferretur, sed naui quam emittebā, stuprator ac stuprum passus aucheretur, Præfecto nauis hoc probante: Quum de religione tam malè inter nos conueniret,

AD ECCLES. CHRISTIAN.

ret, antequam res in extremam discor-  
diam deducerentur, communi senten-  
tia statueramus, vt pios viros de rebus  
controuerfis cōsuleremus. Interim his  
de rebus, in concionibus taceret Riche-  
rus, ne suorum animos ad contentione  
inclinatos, incitaret, & incenderet, satis  
haberet, in mandatis Domini plebem  
confirmare. Hac re consilio constituta,  
contentionis exitus, in proximum na-  
uium reditum reiectus fuerat: Ali-  
quanto pōst tempore, vna fortè nauis  
ad portum nostrum appulit: tum illi cū  
nauis institore pacta mercede, per suū  
ducem Pontanum, de profectiois suæ  
venia me sollicitant, hac lege, vt nisi pa-  
ruissem, postulatis vim se admoturum  
ostenderet. Cū neq; precibus, neque  
monitis eos à proposito reuocare pos-  
sem, etsi mihi valde erat incommodum  
in tanto Barbaræ gentis periculo dese-  
ri, arcemque nostram adhuc infirmam,  
præsidio destitui, assensu postulatis. Fa-

## EPISTOLA

eta potestate illi se in villam nostrā con-  
 tulerunt, vt rei frumentariæ commodi-  
 ūs studerent, qua in re tres menses in-  
 sumpserunt. Ea quantum eremi exigui-  
 tas ferre potuit, cōparata, mari se com-  
 miserūt: Sub profectiōem, Pontanus  
 clam cum nostris colloquutus, ostendit  
 se iniquo erga me animo esse, sibiq; val-  
 de dolere, quòd per suam iniuriam Eu-  
 angelium abiecissem, eiusque ample-  
 ctendi libertatem nostris eripuissem,  
 veruntamen eius publicandi occasionē  
 à me protrahi, nō auferri posse, in eam  
 rem se habere parata remedia: Profici-  
 sci, non quòd negotio deesse vellet, sed  
 vt eo munitus præsidio rediret, quo me  
 posset cogere, ad præscriptum Eccle-  
 siæ, imperata facere. Æstu doloris im-  
 prudens in arcanorum consiliorū euul-  
 gationem corripitur, hoc præcipuè,  
 quòd suarum partium eum esse spera-  
 ret, apud quem uerba faceret: ostendit  
 ex nostro numero superesse paucos,  
 quos

AD ECCLES. CHRISTIAN.

quos à me animis non auertisset : eos omnes vbi rediisset, à me defecturos, & ad eum transiuros. Præterea plerique apostatæ ad infideles trāsferant, qui iam longa gentis consuetudine, linguâ eorum patriam didicerant, Hos omnes docet in suâ religionem adductos, quorum opera ad Barbaros sibi conciliandos (si res exigeret) in meam perniciem vti posset. His rebus summa solertia prouisis, nihil superesse, nisi vt sibi secundum cursum Deus præstaret : Hoc si obtineret, decem mensium spatium ad conficiendum negotium satis esse. Quû profectiois instaret tempus, quam sp̄e de se ciàm paucis excitauerat, publicè ac palàm confirmat: atque quos à suis partibus esse confideret, precatur ne animo deficient, neu prauis cōcionibus ab Euangelio se deduci patiâtur. His de rebus, post nauis profectioem certior factus sum. Viginti post dies ex eorum numero quinque, scapha reuehuntur, quo-

## EPISTOLA

quorum tres monachi fuerant. His visis, eorum subijt animum meum recordatio, quę Pontanus effutiuerat, tumq; serio omnia ab illo pronunciata fuisse mihi persuasi: hos ergo venire iussi, ut intelligerẽ, quo consilio reuersi essent: Expoluerunt, vitium in naui deprehensum esse, atque à periculo non longè eã abesse, ea se re deterritos reuertisse.

Quomodo (inquam) præ ceteris vos affecit metus, nauisq; periculo extitit? Quum frigidis quibusdam verborum nubibus, animũ suum occultarent, doli mihi mouere suspicionem: Cõiectura præsenſi quod temporis progressus detexit, Pontanum veritum, ne quos à me animo auerterat, propter suam absentiam ad sanitatem reducerem, hos misisse, ut illos in officio continerent. Tum ex his quæsiui, cur se ad nos recepissent, quos scirent tanto interuallo ab eis religione distare? Obliquè respõdentibus edixi, ne committerent, ut  
de

AD ECCLES. CHRISTIAN.

de eis queri possem, si apud nos manere statuissent, à clandestinis colloquijs, atq; doctrinæ suæ traditionibus abstererent. Triduo tamen post de defectiōne cœperunt cū nostris nonnullis inire cōsilia, q̄ sibi per me religioni operam dare non liceret: & ostēdere sibi aliquò secedendū esse, vbi nullo impedimento facere id possent: Magis Deo quàm hominibus morē gerendū, multaq; mihi de religione probra obiectabant. Hæc mihi per domesticos delata sunt. Erat magni periculi res, eam licentiã, atq; animi à nobis alienationem inueterascere, hostiumq; recentes copias operiri, huc præcipuè re nostra iam adducta, vt nostrorū pleriq; spe libertatis, Pōtani causæ studerent. Ea re cognita cū nobis nulla esset navis, qua in Franciam remitti possent, ne contagionis periculum aleretur ac serperet latiùs, causa cognita, de monachis supplicium sumpsimus, quorum animus facinore pollutus,

## EPISTOLA

Iut, sanari nō posse videretur, reliquos  
cōseruauimus. Pręter eos, quos in Frā-  
ciam reuexit Pontanus, pleriq; super-  
fuere, qui Calvinianam religionem se-  
querentur. Hos (quum ad rebellionem  
ac seditionem minimè spectarent) ab  
omni damno proteximus, quāuis ex  
eis emerſerint, qui se à publicis precib.  
auerterent, easq; damnarent, quòd eū  
cōcionis morem ab humana institutio-  
ne, in religionem intromissum esse con-  
tra verbum Domini contenderent iu-  
bentis, vt oraturi in conclaue secedant,  
occlusoq; orent hostio. Hos, ne fi-  
dem publicam læderemus, incolumes  
domum remisimus. Hęc est crudelitas,  
cuius infamiam sustineo. A vitiosæ na-  
uis calumnia, quam re frumentaria va-  
cuam se à me coactos conscendere per-  
uulgarunt, hęc res me tibi Christiane  
lector purgare potest, quòd illi, nauium  
nostrarum aduētum operiri noluerint:  
quòd suo arbitrio rem frumentariam  
expedi-

AD ECCLES. CHRIST.

expediuerint, quòd nauis imperio meo  
minimè pareret, pacta cū institore mer-  
cede delati sint: meis stipendijs minimè  
nautæ mererent, vnde intelligi potest,  
nautas tam manifesto periculo se com-  
missuros non fuisse, si tali vitio laboraf-  
set nauis. Sed cùm ad leuitatis suæ ex-  
cusationem, veritate niti non pos-  
sent, ad mendacium profuge-  
runt, per meã absentia locum  
huic relictum iri  
existimantes.

Vale

IL-



# ILLVSTRISSIMO

ANNÆ DVCIMOMO-

rentio, Regis Christianissi-

mi Comiti stabili. N.

Villagagno.

S. & P.



**X**EVNT hereses quarum nomi-  
ne, in animi tui offensionem me in-  
currisse significasti: si tantum apud  
te nostra hæc diligentia ualebit, ut  
quam de me prauis quorundam de-  
lationibus opinionem conceperis,  
ex animo tuo cūcias, non exiguum  
me fructum tulisse iudicabo: spero saltem ut ut res ce-  
ciderit, me consequuturum, ut Christianæ Ecclesiæ te-  
stimonio esse possit, me à Christi religione, in Atheis-  
mum (cuius apud te sum insimulatus) non esse conuer-  
sum: satis enim præ se fert hæc nostra confessio, à quo  
spiritu egressa sit. Illi se in hanc libertatem uendica-  
runt, ut qui ab eis disideat, aut dissentiat, hunc Atheis-  
mi deferant, suisq; scriptis afficiant. Suo ergo uti iure,  
sed me contaminare, aut animum meum frangere non  
potuerunt homines ad maledicendum nati: Quum in-  
telligerent propter suæ religionis compertam à me  
uanitatem, suos Ministros expulsos fuisse, ne absentem  
mibi,

EPIST. AD ANN. MOMOREN.

mihi, nefarias eorum blasphemias efferenti, fides haberetur, conuitijs ac maledictis in nomen meum irruerunt: suis artibus in hominum odium uocauerunt, atq; ferocibus minis persecuti sunt, ut uano metu ad sententiam me comprimerent, aut à causâ meâ defensione morarentur. Sed ægrè fit, ut homo qui per omnem ætatem integritati uitæ studuerit, uano metu ab existimationis defensione deterreatur: illi meum studium suis illis conuitijs potiùs excitauerunt, quàm represserunt: Edidi quæ de eorum moribus doctrinâq; inquirendo exprimere potuerim, si me in crimen hac de re uocare uelint, atq; delationis rationem reposcere, locum tutum, diemq; nostræ dicant controuersiæ, & faciã ut intelligas, congressus copiam eis per me non defuturam: his sanè instructus armis prodibo, ut non solum ab impietatis, criminiisque suspitione me liberem, sed potiùs ut quicquid egerim, de Re pub. bene meritus esse uidear. Quoniã ea ratio, instituto uitæ meâ dignior esse mihi uisa est, quàm muliebribus conuitijs ac querelis, animi dolorem rependere ac solari: aut scholasticis scriptis, ac declamationib. tempus terere, Geneuêses epistola interpellauit, ut tibi ostendam me, pro hac nostra causa tuenda, omne periculum, non minori alacritate inire paratum esse, quàm unquam tuo ductu, Regis in prælia inire, cognoueris: Atq; ut hæc ex animo à me pronunciari intelligas, spondeo, si uel solo iudicio per spectum habuero, te aliquid amplius

b      quàm

EPIST. AD ANN. MOMOREN.

quàm quod præstiterim, à me desiderare, ei negotio  
me non defuturum. Nunc exponam cur à prouincia  
nostra reuersus, conspectum tuum declinauerim: intel  
lexi quam exposuimus tibi de nobis opinione illatam  
esse, eamq; in animo tuo penitus insedisse. Quo intel  
lecto, re tibi prius me purgandum esse existimaui,  
quàm uerbis excusationem ullam texere, non  
ignorans quid apud te auctoritatis na  
ctura esset uerborum excusa  
tio. Vale 8. Idus Iulij.

1560.

MAA

# MAGISTRATVI

GENEVENSI N. VIL-

lagagno. S. & P.



ALVINI, vestroq; nomi-  
ne Petrus Richerus, Car-  
melitanus frater, ad ere-  
mum nostram peruenit,  
vt in vestra nos religione  
institueret. Huic propter summam vr-  
bis vestre ac præceptoris auctoritatem,  
legationis conficiendæ potestatem fe-  
cimus. Accepta potestate, nihil omni-  
no eorum prætermisit, quæ ad officij sui  
perfectionem pertinerent: magno stu-  
dio primùm, ad animos nostros, catho-  
lica religione soluendos incubuit: de-  
inde vestram religionem arte maxima  
inculcauit, quumq; sibi opera non pe-  
rire videretur, Religionis summa capita  
collegit, nobisque memoriæ mandan-  
da dedit, quibus expeditior ad summã  
eruditionem via sterneretur: Huc om-

EPISTOLA

nes ingenij vires impenderat, ne quid ad opus absolutissimū nobis deesset, ab imis commentariorū Calvinianorum medullis thesaurū reconditū effodiens. Ne tamen indignis peruia hæc essent, quibusdam verborū inuolucris & paradoxis sententias obuoluerat: hoc factū animum meū incendit veritatis inuestigandæ cupiditate: Cœpi singula quæq; excutere, ac quantum ingenio cōsequi potui, rimari, si possem veritatē elicere: tantumq; instando, excutiendo, & agitādo promoui, vt in abditissimas traditionū vestrarū latebras irruperim, atq; sacratissimas ideas attigerim. Hic sanctissimæ traditionis eius fuit exitus, vt omnis vestra de Christo spes, & fides, in opinionum phantasias resolui probaretur: has (instar Platoniarū) ideas sacer ille mystes appellabat. Ad doctrinæ sacrosanctæ probationē, sacramēto Coenæ vestræ utebatur: hoc duab. speciebus consistere prædicās, vna interiori, exteriori altera: interiorem, realitatē quan-

AD ECCLES. GENEVENS.

quandam intellectualem, non corpoream esse docebat, quam fide percipiatis, ut si Christum passum, & à morte exuscitatum, vobis offerri, si que hunc haurire credatis, ita habeat, alioqui, nihil, præter panem purum manducetis. Addebat eam vestram intellectualem sumpcionem, à vobis distributionem corporis sancti nuncupari, non quòd fieret motus aliquis distributionis, hoc enim Papisticum ac Lutheranicum inuentum esse, qui sub specie panis, sibi reuerà corpus distribui docuerunt: sed quoniã fide, sine vlllo motu, vitam perinde manducetis, ac si vobis distributionis reuerà motus accideret, distribui asseuerabat: Omnem ideo doctrinæ vestræ veritatem in affectiones ac intentiones à vobis cogi & redigi prædicabat, resq; externas omnes signa esse ἀδιαφορὰ, quæ (ceu res nullius vsus) nullo periculo omitti posse videantur. Christū insuper ipsum in spiritu adorari non in carne, ne terrenum elementum adoretur:

## EPISTOLA AD

Denique cùm in solo intellectu, ac credulitate vestra omnia posita sint, animas solas ad æternitatis manducationem vocari, eisque spem resurrectionis proponi, non corporibus. Hæc deliria nobis maximas turbas excitarunt: & quò accuratiùs disputarentur, eò se magis doctrinæ vanitas aperiebat. Quamobrè ad libros Calvinianos profugimus, vt his de rebus eius sententiam perspectam haberemus: sed inuenimus non aliò eius doctrinam quàm ad ideas spectare, quàmuis alijs verbis, ac orationis ornatu vario, sententiam suam condideret: Quare summa animi offensione vestram eam doctrinam expuli: iudicans ad Marcionis ac Valentini insaniam, aut Atheismum, sub Christi persona, rectà concedere. Atq; faciendum esse mihi putavi, vt Ecclesiam Christianam harum rerum facerè participem vt infirmi, laqueos vestræ traditionis, detrahto fuce vitarent. Præterea vt scripta nostra caluniæ minus pate-

ECCLES. GENEVENS.

paterent, constitui in Franciam me conferre, meq; aliquò recipere, quò tutò his de rebus vestro cum Legato ageremus, fideiq; causa Richeri scripturam ederemus; tamq; altè in animo meo hoc consilium insidet, vt nullis rationibus ab eo deduci me patiar: In vobis ergo positum est, vt negotium conficiatur: Video Franciam esse vobis suspectam. Constituite locum aliquem oportunum (à uestra tamen religione regioneq; alienum,) quò ego & liberè ac tutò me conferre possim. Hoc si feceritis ac fide publica, vt eò possim nullo periculo peruenire: vobis de me spondeo, quàm citissimè fieri poterit, eò me profecturum: hac lege, vt si calumniæ conuictus fuero, dedar vobis in id supplicij genus, quod in me statuere volueritis. Hæc mihi ad veritatem causæ nostræ exprimendam, via expeditissima visa est. Nam scribendi nullus futurus est exitus, nec ad scribendum mihi est otium, qui rei militari, & loginquissimæ regio-



EPIST. AD ECCLES. GENEVENS.  
ni addictus sum. Richeri scripta proferā,  
eiusq; sequutus exemplum omnem no-  
stram reliquam contentionem in articu-  
los cōcludam, quos si scripturæ testimo-  
nijs Calvinus aut qui mecum vestro no-  
mine cōgredietur infirmarit, qua parte  
erūt infirmandi, aut alteram in partem  
cōfirmaverit, citra vllam exceptionem  
propositum obtineat, alioqui Ecclesiæ  
nostræ iudicio permittatur. Paucis expē-  
fis negotium confici posse existimaui,  
si duos suarum partium, qualescunq; vo-  
luerit secū adduxerit, duos ego, duosq;  
expensis communibus ex Ecclesia Ger-  
manica accersamus : quos penes causæ  
nostræque sit contentionis arbitrium,  
præsitq; princeps ille aut magistratus,  
in cuius fidem ac præsidium conuenie-  
mus. Responsum vestrum Parisijs ad æ-  
des Lateranenses quadraginta dies ope-  
riar, 8. Idus Iulij. 1560.

ARTI-

ARTICVLI A  
PETRO RICHERO CAR-  
MELITANO FRATRE, IN  
Francia Antartica scri-  
pto traditi.



ANIS Cœnæ Dominicæ, est no-  
bis signum oblationis Corporis  
Iesu Christi pro nobis, ad cuius  
communione[m] necessaria est fi-  
des.

Christus se realiter exhibet &  
non corporaliter, per Cœnæ com-  
munionē, alendo nos proprio corpore, cuius par-  
ticipationem defluere in nos facit virtute Spiritus  
sancti, in nobis adimplendo, quod figurat Sacra-  
mentum, sed talis præsentia non est pani alligata,  
nec inclusa in pane, sed dependet ex Christi pro-  
missio virtute verbi sui.

Veritas signo coniuncta est, signi non habito  
respectu, sed promissionis verbo factæ, cuius vir-  
tute panis est corpus Christi per metonymiam vt  
veritas signo coniuncta sit, quatenus ei respondet.

Veritas huius Sacramenti Cœnæ complementū  
est eius rei, quæ signo figuratur & significatur, in  
quantū Iesus Christus propriæ substantiæ suæ nos  
facit participes, vt secū nos vniat ceu capiti mem-  
bra: hoc faciens nutrit animas, non corpora, quā-  
uis hoc Sacramentum arra sit resurrectionis cor-  
porum nostrorum.

## ARTICVLI

Per Cœnam se Christus realiter distribuit, quia nos vitam è carne sua semel in sacrificium oblata haurire facit: sed imaginari non decet, hunc se corporaliter exhibere, fieri q̄; vllā substantiæ cum nostra mixturam, aut localiter de cœlo descēdere: nā secundum naturam ac mensuram humani corporis, certam habet in cœlo mensuram, ibi q̄; corporaliter comprehenditur, hoc tamē non impedit quò minus se realiter distribuat, vti crassè à sole exemplum sumi potest.

Proinde non imaginandum est, Spiritum eius à corpore separari, sed è contrario corpori coniunctum esse: imaginaria enim res est, hunc in cœlo viuentem esse, ad dextrā Patris sedentem, eius q̄; Spiritum ab eo separari.

Consequenter facilè comprehendi potest in cœlo esse veritatem: nam veritatis complementum à signo visibili non dependet, sed à Iesu Christo per suum Spiritum promissa complendo.

Quantum ad consecrationem attinet, non imaginandum est hanc fieri incantationibus, aut Magorum coniurationibus, quasi sufficeret verba super creaturas insensibiles murmurasse, sed hoc fit per præcedentē prædicationē, q̄ suū effectū sortitur, & efficaciam suā in corda auditorū afferendo, panem discernendo cōformiter secundū verbū, & ab alio pane distinguēdo, & hūc alio fine recipiēdo, q̄ panē aliū cōmunē: vnde sequitur fragmenta panis, q̄ verbo distincta nec separata fuerūt, panē communē remanere, & deliramentū plus q̄ puerile est, cogitare huius reliquias fieri oportere.

In summa hoc sacramentum duabus speciebus  
con-

P. RICHERI.

consistit, vna visibili, altera inuisibili, ab inuicē distinctis & differētibus, quàmuis per verbi efficaciam vna ad alteram referatur.

Species habet accidentia pro obiecto, non substantiam rei.

Species inuisibilis est res significata per signū, quæ ideo dicitur species, quòd respondeat signo: proinde hæc species non distinguitur contra genus, sed sumitur pro re externa, quæ obijcitur oculis.

Facile est intelligere Christum se realiter distribuere, sed non corporaliter: quia omnis realitas non importat rem corporalem, nec materialem: uti apparet de anima, quæ in corpore est realiter, sed non corporaliter. Similiter hæc distributio substantiæ corporis Christi, se facit realiter, non corporaliter: quia non data est pro nutrimento corporeo, sed spirituali, aliter nō esset sacramētū.

PETRI FALSILLAEI DE QVIBVS-  
dam Richeri responsis fides.

Die 27. Decembris 1557. quum se Pontanus ac Richerus ad reditum compararent, ego Petrus Falsillæus ad Richerum Ministrum, à Villagagnone missus sum, vt trium propositionum, quas ad illū miserat scriptas, solutionem acciperem.

Prima earum hæc est:

In summa hoc sacramentum duabus speciebus consistit, vna visibili, altera inuisibili, ab inuicem differentibus, quàmuis propter efficaciam verbi, vna ad alteram referatur.

Huic

## ARTICVLI

Huic vt satisfaceret, quū ex eo quæsiuissem quomodo has duas species intelligeret, & quis inter antiquos sic loquutus esset: respondit has species intelligi posse, vti suas Ideas Platonicæ intellexerant: Prætereà sibi videre Augustinū, Tomo nono his vocibus vsum esse, hosq; esse in schola Sorboniana terminos communes: Non (inquam) Augustinum agnosco sic loquutū, sed dixisse sacramentum specie visibili, reque inuisibili, Carne & sanguine Domini consistere. Insuper quum Sorboniana schola specierum meminit, panis ac vini species intelligit. Ille verò, in vno subiecto duas illas species comprehendi se intelligere replicauit.

Secunda propositio. Species habet accidentia pro obiecto non autem substantiam rei: Species inuisibilis est res significata per signum, quæ ideo dicitur species, quòd respòdeat signo: Proinde hæc species non distinguitur contra genus, sed sumitur pro re externa quæ obijcitur oculis.

Hunc rogavi vt exponeret, quomodo speciem inuisibilem intelligeret: an Corpus Domini specie esse vellet? Huic respondit hanc non posse nisi humano ingenio comprehendere: eamq; ipsam, promissionis complementum his esse, qui verè sacramentum recipent.

Tertia propositio. Facile est intelligere Christum se realiter distribuere, sed non corporaliter: Quia omnis realitas non importat rem corporalem nec materialē: vti apparet de anima, quæ est in corpore realiter, & non corporaliter. Similiter hæc distributio substantiæ Corporis Christi se facit realiter, sed non corporaliter: quia non data est pro  
nutri-

P. RICHERI.

nutrimento corporali, sed spirituali, aliter non esse sacramentum.

Quæsiui quâ fieri posset, ut se realiter sed non corporaliter distribueret? Hoc (inquit) debet intelligi, ut Logici de intentionibus & affectionibus intelligant. Deinde in hunc locum devenimus, ut de anima apparet, quæ est in corpore realiter, sed non corporaliter. Hoc (inquit) intelligitur ut de Angelis.

Præterea quid intelligeret de substantiæ Corporis Iesu Christi distributione rogatur. Hoc est (inquit) quod Iesus Christus in cælo sedens, operatione Spiritus sancti, sui ipsius nos facit participes: promissiones implendo, quas fecit sacramentum instituens, & hac participatiõe nos Corpus Domini spiritualiter manducamus.

Insuper de hoc verbo, quia non data est pro cibo corporum, quid diceret, interrogatus respondit: quia spes vitæ non est corporum, sed animarum.

His finitis propositionibus, ex eo quæsiui, quare in precibus cõfessionem primi Concilij Nicæni recitare nollet: Respondit minimè illi imperatum fuisse nec scire ullos adesse Arrianos: præterea tamen si illi imperatum fuisset, se non obtemperaturum, quia Ecclesiæ suæ hic usus non esset.

Præterea interrogatus, cur in precibus non diceret: Gloria patri & filio, & Spiritui sancto, sicut erat in principio, & nunc, & semper: noluit respondere. Instare cœpi, ac querere, cur saltem nõ diceret: qui tecum vivit & regnat in unitate Spiritus sancti Deus: quod ab antiquis, huc usque in Ecclesia decantatum fuit: quod nec Calvinus ipse in suis precibus aliquando

ARTICVLI PETRI RICHERI.

do dicere dubitauit? Respondit se potuisse dicere, si monitus fuisset. Tandem ostendi Villagagnonem de eo queri plurimum, quòd nunquam preces vllas Iesu Christo dirigere voluisset: quàmuis ab ætate Apostolorum in hunc vsque diem, hunc inuocare Ecclesia non distitisset: Nec ignorare posset, Stephanum illum inuocasse: Item in Anglia Spiritui sancto preces ab Ecclesia dirigi. Ad hæc respondit, scire Stephanum orasse Christum, nec malum sibi videri Christum orare: sed qui dixerit necessario hunc orandum, hæreticum esse: & licet illi imperatum fuisset, asfirmavit se morem non gesturum fuisse. Hæc eius responsa, eo præsentem, ac spectantem, & dictate excepi: in cuius rei fidem, Hæc manu propria exscripsi, ac signaui. Octauo die Iunij. 1558.

La Faulsille.

Die 28. Septébris, ego Franciscus Albericus Franciæ Antarcticæ Notarius publicus, à Villagagnone ad Fratrem Petrum Richerum missus sum, vt ex eo intelligerem, quare nollet Christum adorare: Ad hoc mihi respondit, duas naturas in Christo considerandas esse, vnã diuinã, alterã humanã: permissum esse, hunc vt Deum non vt hominem adorare: nec in eius humanitate, vel creaturã p̄ creatore adorare licitum esse, in eã sententiã Pontan<sup>o</sup> dixit, non tres esse Deos, sed vnum, quem qui adoret, Iesum Christum adoret: In cuius rei fidem propria manu ac Chirographo scripsi & firmaui præsens testimonium, in Collignina Insula Franciæ Antarcticæ. 14. Maij. 1559.

Auberi.

SVMMA CAPITVM  
LIBRORVM PRAE-  
cedentium.

LIBRI PRIMI.

- P**anem non oblatum oblationis corporis Iesu Chri-  
sti signum esse non posse, ostenditur. cap. 2 fol. 1  
Manducatione non effici Eucharistiae Sacramen-  
tum cap. 2. fol. 2  
Communicantes non ali corpore Domini per com-  
munionem, sed in communionem per manducationem  
cap. 3 fol. 3  
De communionem cap. 4 fol. 3  
Participationem corporis Domini non euenire Spiri-  
tus sancti defluuium: sed manducatione ca. 5 fol. 4  
Carnem Christi à Spiritu non traduci, aut inspira-  
ri ca. 6 fol. 5  
Sacramentum non posse influuium diuinae carnis  
figurare: nec si figuraretur, huius rei complementum  
esse ca. 7. fol. 5  
Manna à Caluini Eucharistia nō differre ca. 8. fol. 6  
Non posse exhibitionem corporis sacramento fi-  
gurari, quin sacramentū ueritatem cōtinet ca. 9. fol. 7  
An corpus Domini sacramento exhibeatur, si eius  
negetur praesentia ca. 10. fol. 8  
Panis à communi, solo usu differens corpus Domini  
natura diuinum non posse figurare ca. 11. fol. 8  
An



## INDEX.

- An usu, non naturâ panis in Cœna sanctificetur*  
 cap. 12. fol. 9
- An præsentia corporis Christi in Cœna depende-  
 at à Christi promisso, quàmuis Eucharistia esse diui-  
 nitate uacua creditur* cap. 13. fol. 10
- Eos non posse fructum corporis pro nobis corpo-  
 raliter crucifixi capere, qui hoc realiter tantum &  
 non corporaliter recipiant* ca. 14. fol. 11
- Corpus non esse pani coniunctum, si diuinitas à pa-  
 ne exclusa sit* ca. 15. fol. 11
- An corpus diuinum correspondeat pani diuinitate  
 prorsus uacuo* ca. 16. fol. 12
- An necessaria sit uirtus altissimi omnipotentis ad  
 nuncupandum panem metonymicè* ca. 17. fol. 12
- Panem ante consecrationem exemplar esse mem-  
 brorum Christi corporalium: post cōsecrationem cor-  
 pus ipsum.* cap. 18. fol. 13.
- Non esse necessariam consecrationem, ut panis cor-  
 pus Domini mysticum significet.* ca. 19. fol. 14.
- An panis corpus Domini figurare possit, si corpo-  
 ris fieri participem, ipsomet pane figuretur.* cap.  
 20. fol. 14.
- Si hoc Christi homines alantur corpore, animas  
 solas alii non posse.* ca. 21. fol. 15.
- Si animæ alantur solæ corpore Domini, non corpo-  
 ra, imaginariam esse manducationem.* c. 22. fol. 15.
- Fidem tam esse necessariam, quàm māducationem,  
 ne uitâ*

INDEX.

ne uita manducata pereat .ca. 23 fo. 16

Probatum ex Hilario unum nos effici cum Christo naturaliter, per sacramenti manducationē .c. 24. fo. 17

Ostenditur post nubium discussionem, aduentumq; lucis, nunc propter necessarium Domini mandatum, in Spiritu & ueritate exequi oportere, quod in umbris & Spiritu patres præstiterunt .ca. 25. fo. 18.

Manducari spiritualiter, non fide sola, aut Spiritu oportere .ca. 26. fo. 21

Si hic sit finis alimenti diuini, ut manducantē, uni- at Christo, seu capiti membra: ali corpora, non animas solas .cap. 27. fo. 23

Si Spiritu tantum manducetur Christus, Spiritus est se cum eo copulam non corporis .ca. 28. fo. 23

Si animæ solæ Christi alantur carne, eas in carnem mutari oportere .ca. 29. fo. 24

Exemplo uxoris & mariti substantiarum commu- nione, Ecclesiam unum cum Christo fieri corpus .cap. 30. fo. 24

Si ad animas solas pertinebat corporis Domini manducatio, ad homines manducandi præceptum frustra directum fuisse .cap. 31. fo. 25

Ab animæ & corporis communionem cibum homi- nis, non animæ solus sed utrique proprium probari .cap. 32. fo. 25

Corpus manducantis in animam suam, corporis di- uini substantiam non transfundere, si ea substantia  
c careat

INDEX.

- careat panis, atq; in pane non insit diuinitas. capite  
 33. fol. 26.  
 An Christus realiter se per Cœnam exhibeat, cum  
 eius negetur præsentia. c. 34. fo. 26  
 Cum beneficium redemptionis ad hominem respi-  
 ciat, cui peccatum imputatur: corpus eius à manduca-  
 tione arceri non debere. c. 35. fo. 27.  
 Nostram resurrectionem debere intelligi secun-  
 dum Christi resurrectionem. c. 36. fo. 27.  
 An corpus æternitatis gloria fruiturum sit, animæ  
 prærogatiua & communione, an uerbi Dei beneficio.  
 cap. 37. fo. 27.  
 Si animæ prærogatiua uictura sint corpora, eius  
 peccato hæc etiam interitura. c. 38. fo. 28.  
 A Cœna ad mortem Christi non reiectos fuisse A-  
 postolos. c. 39. fo. 29.  
 Si apostoli ad mortem à Cœna reiecti sint, quomo-  
 do in Cœna sacrificij participes fuisse potuerint. cap.  
 40 fo. 29  
 An oblatio hostiæ in sacrificium, & huius hostiæ  
 mactatio, una & eadem res fuisse potuerit. capite  
 41 fo. 29  
 Ante solennes preces, & oblationem Pontifi-  
 cem secundum legem sacrificare non potuisse. cap.  
 42. fo. 30.  
 An se obtulisse dicitur Dominus, quòd obuiam ic-  
 rit proditori. c. 43. fo. 30  
 Nonum

INDEX.

Novum testamentum sine sanguine fieri non potuisse, neque credendum esse in parte figuræ pro peccato à Domino satisfactum, in parte non satisfactum fuisse. cap. 44. fo. 31.

Si Cæna novum testamentum non fuerit, nullum fuisse novum testamentum constitutum. c. 45. fo. 31.

An hæc vox (est) apud Lucam & Paulum novum testamentum significet. cap. 46. fo. 32.

Si autem Matthæum & Marcum (est) Sanguinem significet, apud Lucam non posse testamentum significare. c. 47. fo. 32.

Potum sanguinis in Cæna aspersioni sanguinis veteris testamenti merito respondere. c. 48. fo. 33.

Si manducatio sit opus fidei impossibile est Apostolos manducasse. c. 49. fo. 34.

Ab exëplo aspersioni veteris testamenti ad emundationem carnis, Paulum conscientiarum emundationem testamenti novi sanguine probare. c. 50. fo. 34.

Christum legem non impleuisse, nisi sanguinem suam in sancta ante mortem intulerit. c. 51. fo. 35.

Quomodo se Christus pro nobis sanctificavit, & quid sanctificare significet. c. 52. fo. 36.

Apostolos potu sanguinis in Cæna sanctificatos, ac purgatos, sed in cruce redemptos. c. 53. fo. 38.

Testamento dimitti peccata. c. 54. fo. 40.

Iesum Christum ita demum sacrificium fuisse, si ante holocaustum cum precibus sui corporis oblationem

INDEX.

lationem fecerit. c. 55. fo. 40

Ostenditur Christus holocausti uerius, quam oblationis uicem expleuisse. ca. 56. fo. 41.

Omnes post beatum Petrum sacrificij mentionem fecisse. c. 57. fo. 43.

Probatur eo modo sacrificio Ecclesiam à principio usam fuisse, quem hodie obseruat Ecclesia. cap. 58.

fol. 43.

Non amplius nobis Coenam prodesse quam Apostolis. ca. 59. fo. 45.

Si Spiritus sancti irradiatione corpus Christi traducatur, non ad mortem Domini Apostolos amandari debuisse, sed ad diem quo Spiritum sanctum acceperunt. c. 60. fo. 45.

Ostenditur Apostolos Coenae aut passionis tempore nondum Spiritum sanctum accepisse. c. 61. fo. 46.

Peccare solis similitudinem ad probandam Christi carnis traductionem, Spiritus irradiatione. cap. 62. fo. 46.

Preces diuinae anaphorae & consecrationis, incantamenta non redolere. ca. 63. fo. 47.

Ostenditur panis sacer fieri non posse nisi solenni benedictione. c. 64. fo. 47.

Eidem uerbis Domini adhiberi non posse, nisi uerba pronuncientur. c. 65. fo. 48.

Si distinctione & fide sumentis fit panis sacer, diabolicum esse oportere, quem diabolicus & hereticus

INDEX.

- ticus distinguit. c. 66. fo. 49.
- Quem locum uerbum tenuit in conceptionis sa-  
cramento, hunc in consecratione tenere. cap. 67. fo. 50.
- Benedictionem qua usus est Dominus, non posse ali-  
liò quàm ad Eucharistiam referri. c. 68. fo. 50.
- Consecrationis religionem à temporibus Aposto-  
lorum semper obseruatam fuisse. ca. 69. fo. 51.
- Eucharistiam absentibus ab Ecclesiæ exordio dela-  
tam fuisse. c. 70. fo. 54.
- Cuiusmodi speciem corpus Domini esse intelligant  
Richerocaluiniani, & quid de corporum expectatio-  
ne crediderint. c. 71. fo. 56.
- Vnde Richerus putauerit corpus Christi reale esse,  
& non corporale. c. 72. fo. 57.
- De mixtura calicis, deque Chrismatis uirtute in  
baptismo quid tradiderint Caluiniani, capite 73. fol. 57.
- Probatur continens & perpetuus miscendi calicis,  
& unctionis usus in baptismo. c. 74. fo. 58.
- Traditiones suas non scriptas Paulum obseruari  
iussisse. c. 75. fo. 61.
- Tertulliani de non scriptis traditionibus obseruã  
distestimonium. c. 76. fo. 61.
- Romanæ Ecclesiæ de Eucharistia religionis au-  
ctorem præter Apostolos reperiri non posse, capite  
77. fo. 62.

INDEX:

- Irenæi de sacrificio missæ sententia. c. 78. fo. 62.  
 Calvinianos ad uerbum Domini addidisse, non Ec-  
 clesiæ Episcopos. c. 79. fo. 64.  
 Patres Ecclesiæ suam sententiam diuinæ non præ-  
 tulisse. c. 80. fo. 65.  
 Ecclesiam inuisibilem uisibilibus sacramentis usam  
 non fuisse. c. 81. fo. 66.  
 Sine semine aut traduce non potuisse Calvinianam  
 doctrinam, si usra sit, ad hæc tempora propagari.  
 cap. 82. fo. 66.  
 Error Calvinianorum, corporis Christi adoratio-  
 nem negantium. c. 83. fo. 67.  
 Si Christus adoretur Calviniani diuinitatem ab hu-  
 manitate distingui oportere docuerunt. c. 84. fo. 68.  
 Christum mundum non iudicaturum, sed Patrem in  
 Filij persona affirmant Calviniani. c. 85. fo. 69.  
 Deum in Filio redemptionem fecisse, atque prop-  
 terea mundum iudicaturum tradiderunt Calviniani  
 cap. 86. fo. 69.  
 Deum in persona Filij in iudicium non apparitum  
 ex Augustini auctoritate. c. 87. fo. 71.  
 Reprehenditur Calviniana uersio. c. 17. Actorum  
 in iudicij mentione. c. 88. fo. 72.  
 In Ecclesia neminem auctoritate excellere conten-  
 dunt Calviniani. c. 89. fo. 73.  
 Plures sacramentariorum sectæ inter Calvinianos.  
 cap. 90. fo. 74.  
 Nonnulli

INDEX

Nonnulli ex Calvinianis preces publicas respuunt.  
cap. 91 fo. 75

LIBRI SECVNDI.

- E**X Calviniana circumcisionis similitudine manducationem Eucharistiae, non ipsam Eucharistiam debere vitæ signum esse. cap. 1 fo. 77
- A corporis fractione metonymiam Caluini impuguari. ca. 2 fo. 78
- Ab ipsa Calviniana similitudine probatur corpus Domini in Cœna non esse significatum. ca. 3 fo. 79
- Confirmationis nomen figuræ corporis Domini non conuenire. ca. 4 fo. 82
- Panem testimonium aut testem non esse confirmationis, & corporis Christi figuram. ca. 5 fo. 82
- Eucharistiam panem dici quàmuis sola specie tenus panis existat. ca. 6 fo. 83
- Sacramenti Eucharistiae & Baptismi non eandem esse rationem. ca. 7 fo. 84
- Non eandem penitus esse rationem sacramenti in genere, quæ est sacramenti in specie. ca. 8 fo. 86
- Eucharistiam re cœlesti ac signata non posse consistere, si extra Eucharistiam esse illa considerantur. ca. 9 fo. 87
- Nostram gratiarum actionem figuram esse non posse,



INDEX.

posse, sed ueritatis corpus. cap. 10	fo. 88
Coenam futuri beneficii confirmationem esse non posse cap. 11,	fo. 89
Manducationem agni immaculati, & azymi panis figuram esse non posse. ca. 12	fo. 90
Panem exemplar membrorum Christi corporaliū esse. ca. 13.	fo. 90
Panis puri substantiam esse non posse imaginem diuini corporis. ca. 14	fo. 91
Probatur nomen imaginis pani non conuenire. ca. 15	fo. 92
Duabus rebus constare manducationem uitæ æternæ, cibo corporis, & opere fidei. ca. 16	fo. 93
Qui translationē carnis diuinæ à Spiritu fieri fateatur; hūc, carnē esse uerē cibū negaturū. c. 17. f. 94	
Qui infideli carnis manducationē negauerit, ab eo iudiciū māducari posse etiā negabit. c. 18	fo. 95
Si panis signum sit uitæ homini fideli, esse itidem signum iudicii infideli debere. ca. 19	fo. 95
Omnes Apostolos eodem cibo à Iesu Christo pastos esse. ca. 20	fo. 96
Si Eucharistia infideli iudicii signum sit, notam aliquam apponi debere, ut intelligatur quando mortis & quando uitæ signum sit. cap. 21	fo. 96
Si distinctione panis sacer fuerit secundum Caluianōs, infideli Eucharistiam sacram esse non posse. ca. 22	fo. 96
	Si

INDEX.

Si Eucharistia diuino corpore uacua, testimonium sit mādicationis, hāc corpus non offerre. c. 23. fo. 97

Seorsum ab Eucharistia diuinum corpus offerri omnino non posse. ca. 24 fo. 97

Si Spiritiualis animæ sit receptio, sed distributio realis fuerit, aliter recipi quā oblatum sit corpus. cap. 25 fo. 98

Animarum non esse factam mentionem, cū manducandæ carnis præceptum fieret. ca. 26 fo. 98

Si præscripta à Domino carnis suæ manducatio, ad animam, non ad corpus spectasset, hoc à Domino expressum fuisse. ca. 27 fo. 99

Quum unum, & una de re præceptum fuerit, peccare qui rem à Domino unitā separant. ca. 28 fo. 99

Christum esse uerè cibum quoquomodo edatur uel non edatur. ca. 29 fo. 100

Verè manducare dicitur, qui nec uerius, nec melius manducare possit. ca. 30 fo. 101

Sicuti totus Christus in homine manducante mansurus est, ita totus homo in eo mansurus, & ideo totus manducaturus. ca. 31 fo. 101

Sine manducatione corporis diuini non fieri eius in aliquo mansionem. ca. 32 fo. 102

Eo modo quo à Patre missus est Filius, hunc manducari oportere. ca. 33 fo. 102

Sanguinem effusum in remissionem peccatorum bibi oportere. e. ca. 34. fo. 103

INDEX.

- Si sola anima bibat, hanc peccati ream constitui debere. ca. 35 fo. 104
- Cum corporis sit redemptio redemptionis cibum ad corpus redemptum spectare. ca. 36 fo. 104
- Cum per Adam mors in hominem totum peruaserit, per Christum in totum hominem uitam peruenire. ca. 37 fol. 113
- Quum morti naturali uiuificatio opponatur, falso hanc animæ tribui. ca. 38 fo. 114
- Reprehenditur Calvinus docens signi uitæ communionem, non ipsam uitam, corpori resurrectionem daturam. ca. 39 fo. 114
- Si signum uitam corpori daturum esset: non debuisse dici Spiritus uiuificans, uel qui uiuificat, sed signum uiuificans. ca. 40 fo. 115
- Spiritum sanctum pignus esse immortalitatis, non frustum panis. ca. 41 fo. 115
- Qui à necessitate manducationis excusentur. cap. 42 fo. 116
- Christum non eo modo Baptismo exhiberi, quo in Cæna exhibeatur. ca. 43 fo. 118
- Baptismo nos complantari similitudini mortis ac resurrectionis Domini, ut amplius non seruiamus peccato: In Cæna autem effici corpus ipsum. cap. 44 fo. 119
- Ex Baptismo Christi nostrum Baptismum metiri oportere. ca. 45 fol. 121
- Cæna

INDEX.

- Cœnam Baptismi confirmationem non esse. capite  
 46 fo. 122  
 Cur repetitis actionibus sacramentum corporis à  
 nobis iteretur. ca. 47 fo. 122  
 Doctrinā uiuificantis Spiritus carni uiuificationis  
 facultatem non eripere. ca. 48 fo. 123  
 Nos esse complantatos similitudini mortis Domi-  
 ni, non insitos in mortis similitudinem. ca. 49. fo. 125  
 Nō uerum esse nihil à nobis requiri ut Christo in-  
 seramur. ca. 50 fo. 126  
 An fides efficiat ut Christi caro sit uiuifica. cap.  
 51 fo. 127  
 Si naturæ carnis nostræ in Christi naturam transi-  
 tione, nequitia extinguatur, fieri non posse quin li-  
 bertatis deprauatio extincta sit. ca. 52. fo. 128  
 Carnem Christi, natura ac decreti necessitate mor-  
 talem non fuisse, quæ peccato contaminata non fue-  
 rit. ca. 53. fo. 129  
 Ab Adami creationis exemplo Christi natiuitatē à  
 mortis necessitate immunem fuisse. ca. 54 fo. 130  
 Christum non mortuum fuisse quòd naturæ neces-  
 sitate mortalis fuerit, sed quòd mori uoluerit. cap.  
 55. fo. 131  
 Christum peccata nostra ad crucem tulisse, non  
 quòd is natura esset pollutus, sed eo modo, quo Hircus  
 Pontificis imprecatione poluitus, peccata populi de-  
 ferret in solitudinem. ca. 56 fo. 133  
 Carnem

INDEX.

Carnem Christi esse uitæ facultate præditam & uiuificam. c. 57. fol. 135.

Vitæ essentiam, nostræ carni uerè & re ipsa seorsum à carne Christi dari nobis non posse, quin soluat<sup>ur</sup> Christus. c. 58. fol. 136.

Christum in carne adorandum esse. c. 59. fo. 137.

Panis similitudine probari seorsum à corpore Christi carnem considerari non posse. c. 60. fo. 137.

Eo modo carnem Christi in se uitam habere, quo Adami caro in se mortem habuerit. c. 61. fo. 138.

Si Adami caro non fuerit canalis, nec Christi carnem uitæ canalem esse posse. c. 62. fo. 140.

Quemadmodum mors Adami citra carnem eius ad nos peruenire non potuit, sic seorsum à carne, uitam Christi in nos infundi non posse. capite 63. fol. 141.

Carnem Christi ad uiuificandum non minorem habere facultatem, quàm ad iudicium habeat. capi. 64. fol. 141.

Iesum Christum non esse nobis secundam uitæ causam, eumq; causam non habere, quum ante omnes causas genitus sit, Patri coequalis & consubstantialis. cap. 65. fol. 143.

Si Adamus secunda mortis causa nobis non fuerit, Christum secundam uitæ causam non esse. capite 66. fo. 145.

LIBRI TERTII

Si uer

INDEX

Si uetus testamentum sanguine confectum exemplar noui fuerit, falsum esse Apostolos in nouo testamento sanguinem non bibisse. ca. 1 fo. 146

Si uinum fuerit quod in Cœna biberunt Apostoli, nulla in re nouum testamentum ueteri respondere cap. 2 fo. 147

Si in cruce tantum, non etiam nouo testamento celebrando se obtulit Dominus, oblationem contra legem factam esse, cum tunc esset peccatis nostris maculatus. ca. 2. fo. 148

Si calix testamentum quem biberunt Apostoli figura fuit sanguinis, non solum legem uiolauit Dominus, sed nouis figuris testamentum cumulauit. cap. 4 fo. 149

Nihil esse differentie inter testamentum calicem, & testamentum in sanguine. ca. 5 fo. 145

Creaturas insensibiles à Christo citra suam iniuriam fuisse benedictas. ca. 6 fo. 152

Ab ipsius doctrina Caluini probari necessario, Christum in Cœna corpus suum obtulisse, a quo sacrificium, id est, missam priuatam approbati. ca. 7 fo. 154

Corpus Iesu Christi hominibus non offerri, sed nec distribui nisi sub speciebus. ca. 8 fo. 155

Ex pronominum natura demonstrari corpus Domini Apostolis porrectum fuisse manducandum non eius figuram. ca. 9 fol. 157

Apostolis faciendi corporis & sanguinis, atque offerendi,

INDEX.

- ferendi, à Domino mandatum habuisse. c. 10. fo. 158  
 Totius dispensationis salutis nostræ memoriam in  
 Cœna celebrari. ca. 11 fo. 159  
 De sanguinis effectione mortisque nuntiatione  
 ca. 12 fo. 160  
 Si panis quem frangimus corporis Domini figura  
 sit, hunc non posse corporis esse participationem, sed  
 figuræ. ca. 13 fo. 162  
 Panem non magis participationis corporis figurâ  
 esse posse, quàm simus unius panis figura, de uno eden  
 tes pane. ca. 14 fo. 163  
 Corporis participationem per metonymiam pro  
 ipso corpore uocari. ca. 15 fo. 164  
 Cibum & poculum gratiarum actionis & benedi  
 ctionis nomen sortiri per metonymiam, quòd ui be  
 nedictionis immutentur. ca. 16 fo. 165  
 Corporis participationem pro effectu capi non  
 posse. ca. 17 fo. 165  
 Per fidem hominis solam absque corporeo mini  
 sterio, nos in Christi carnem conuerti non posse. cap.  
 18. fo. 166  
 Irenæus docet corpora, non animas ali carne et san  
 guine Domini. ca. 19 fo. 169  
 Quomodo intelligi debeat Irenæi de Eucharistia  
 sententia. ca. 20 fo. 169  
 Verbum Domini citra carnem uerbi manducari  
 non posse. ca. 21 fo. 170  
 si

INDEX.

- Si Eucharistiæ substantia non transeat in diuinam,  
eam tribus rebus constare. ca. 22 fo. 170
- Panem in quo gratia acta sunt: esse corpus Domi-  
ni. ca. 23 fo. 170
- Offerri Deo corpus Iesu Christi ab Ecclesia iussu  
Domini. ca. 24 fo. 172
- Ab Apostolicarum Ecclesiarum obseruatione sa-  
crificium Ecclesiæ probari. ca. 25. fo. 173
- Quod Tertulliani testimonio non bene utantur  
Caluini ad suam doctrinam. ca. 26 fo. 174
- De ueteris testamenti figura Tertullianum loquu-  
tum esse, non de Eucharistia. ca. 27 fo. 175
- Casum nominatiuum pro ablatiuo absoluto à Cal-  
uiniæ usurpari in sententia Tertulliani cap. 28.  
fo. 175
- Nouum testamentum sanguine Christi ob signatiu  
docet Tertullianus, atque sanguinem in uino conse-  
crari. ca. 29 fo. 176
- Carnem nut. iri corpore Domini docere Tertul-  
lianum. ca. 30 fo. 177
- Si spiritualiter & non corporaliter Christus edia-  
tur, eum passum esse spiritualiter. ca. 31 fo. 177
- Frustra Caluini Cypriani testimonium citasse.  
cap. 32. fo. 178
- Granorum contusorum reali commixtione, non  
spirituali, realem substantiæ nostræ cum Christo mi-  
xturam realiter significari. ca. 33. fo. 178
- Ostendi



INDEX.

- Ostenditur de sacrificio corporis Domini Cypriani sententia. ca. 34 fo. 179
- Panis transubstantiatio ex Cypriano probatur. cap. 35. 181
- Non posse naturam panis inuisibilem, & simplicem, in corporis Domini sacramentum transire, cum sacramentum compositum sit & uisibile. ca. 36 fo. 183
- Si natura panis pro uirtute accipiatur, non pro substantia, non debuisse dici in carnem, sed in carnis uirtutem ac naturam mutari. ca. 37 fo. 185
- Si substantia panis non mutetur, sed solum significet, uerbi omnipotentiam esse superflua. c. 38 fo. 186
- Quomodo panis figura diuini corporis esse intelligatur. ca. 39. fol. 187
- Diuinam essentiam sacramentaliter infundi non potest, quamuis sacramentaliter latere possit. c. 40. fo. 187
- Si Caluiniana similitudo locum habeat, necessarium sacramentaliter diuinitatem in Christo non corporaliter inhabitare. ca. 41 fo. 188
- Vini probatur transubstantiatio ex D. Cypriano. ap. 42 fol. 190
- Augustini sententia à Caluino corrupta de sacramento similitudine. ca. 43 fo. 190
- Si Augustinus Eucharistiae negasset diuinitatem, hunc non dixisse eos peccare, qui Eucharistiam non adorant. ca. 44 fo. 192
- Loci diui Chrysostomi in Mattheum contra orthodoxos

INDEX.

- doxos à Calvinianis citati explicatio. c. 45. fo. 193.
- Loci quibus manifestè Chrysostomus corpus & sanguinem Domini fieri in Coena, non significari, approbat. c. 46 fo. 194
- Diui Hieronymi de corpore & sanguine Domini in Eucharistia sententia. c. 47 fo. 196
- Episcoporum scripta nos interpretari oportere non ex nostro iudicio, sed religionis obseruatione, secundum quam populi instituerentur. c. 48 fo. 198
- De Gelasij sententia à Caluino aduersus Ecclesiam usurpata. c. 49 fo. 199
- Non ita coniūgi corpus sacramento, uti natura humana diuinæ iuncta est in Christi persona, nisi substantialiter sub panis specie sit corpus. c. 50 fo. 202
- In quo differat incarnationis à consecratione mysterium. c. 51 fol. 203
- Accidentia sine subiecto in Eucharistia, à manna Eucharistiae figura probari. c. 52 fo. 205
- Non mirum uideri debere finitam corporis diuini substantiam plurima uno tempore occupare loca. cap. 53 fo. 206
- Si Gelasius in ea sententia fuerit, quam fingit Caluinus, errasse omnes Episcopos, qui ante illum fuerint. c. 54 fo. 207
- Si panis Coenæ à corpore Domini sit natura disparatus, an possit per significationē de hac qualitate necessaria, quod pro uobis datur, predicare. c. 55. fo. 209
- d      Dis

## INDEX.

Disparatum per significationem de altero non  
prædicare, quin huius necessarias qualitates & natu-  
ram prædicet. ca. 56 fo. 209

Diuini Eucharistie operis à manna probatio. cap.  
57 fo. 212

Nisi Eucharistia supersubstantiale sit opus, de ea  
non posse manna per significationem prædicare. ca.  
58 fo. 212

A pronominum natura ac proprietate probari pan-  
nem quem frangimus & corpus non esse disparata.  
cap. 59 fo. 213

## FINIS.

# INDEX SANE

QVAM LOCVPLES HV-  
ius libri, notatu quæque dignif-  
sima commonstrans.

- A** Domino præceptum est, ut uerba consecratio-  
nis proferantur. folio 48
- A temporibus Apostolorum consecrationis religio  
semper obseruata fuit. 51
- Ab Apostolis cōsecrationis cōstituta est disciplina. 52
- Ab Irenæo calicis mixtura probatur. 59
- Abrogarunt Calviniani preces Ecclesiæ ad Christum  
constitutas. 67
- Absentibus & infirmis deferri Eucharistiam uetant  
Caluiniani. 54
- Absentibus Eucharistia ab exordio Ecclesiæ delata  
fuit. 54
- Accidentia sine subiecto in Eucharistia remanēt. 205
- Ad panem spectant benedictio & fractio. 51
- Ad uerbum Domini addiderunt Calviniani. 64
- Alexandri martyris de sacrificio Missæ. 67
- Altare Domini quid. 162
- Amplius nobis cœna Domini non prodest quàm Apo-  
stolis. 45
- Antiquitas interdixit esu sacramenti pœnitentib. 117
- Apostoli biberunt sanguinem Domini, non sanguinis  
figuram. 147. ¶ 2 Apo-

INDEX.

Apostoli mandatum habuerunt offerendi.	158
Apostoli quidā resurrectioni fidē nō adhibuerūt.	34
Apostoli potu sanguinis Christi in cœna sanctificati sunt, sed in cruce redempti.	38
Apostoli sanctificati sunt ante mortem testatoris, necdum tamen capaces hereditatis eternæ.	38
Apostolicæ Ecclesiæ sacrificium obtulerunt.	173
Aqua Iustini temporibus uino misceri solita.	59
Aquæ mixtura in calice, ab Irenæo probatur.	59
Aquam calici miscendam docet Cyprianus.	61
Aquam uino misceri Caluiniani sacrilegium putāt.	57
Arrius gloriā Christi in filio, nō & filio ponebat.	68
Aspernantur Manichei sanctificationis preces.	49
Atribuit Irenæus sanctificationem & mutationem uerbo.	53
Augustini sententia à Caluino corrupta.	190
Augustinus Eucharistiam adorandam asserit.	192
<b>B</b> aptisma nostrum metiri oportet ex Baptismo Christi.	121
Baptismi & Eucharistiæ discrimen.	3
Baptismi sacramentum in actione consistit.	2
Benedictio & fractio ad panem spectant.	51
Benedictio qua usus est Dominus, non potest aliò quā ad Eucharistiam referri.	50
Benedictione consecratur panis.	53
Benedictionem consecratoriam ut incantamentum reiiciunt Caluiniani.	51
	Benes

## SENT.

Benedictionem in gratiarum actionem conuertunt Caluiniani.	50
Benedictionē ut rē nullius usus respuit Caluiniani.	50
Benedicunt populo sacerdotes oēs post sacrificiū.	42
<b>C</b> alvini impia supplicatio	69.
Calvini cōmentarius in Genesim ridiculus.	42
Calvini uersio reprehenditur in 17.ca. Actorum.	72
Calvini metonymia impugnatur.	78
Calvini sacramentum constat unica panis natura.	8.
Calvini doctrina à scriptoribus Ecclesiasticis dis- fidet.	10
Caluiniani cur abegerint transubstantiationem	4
Caluiniani Idolum appellant Eucharistiam quæ pro uiatico infirmorum seruatur.	2
Caluiniani Marcionis patroni,	7
Caluiniani diuinitatem à sacramento excludunt.	8
Caluiniani Idololatriæ reprehensionem incurrūt.	9
Caluiniani non manducant corpus Christi.	16
Caluiniani fastidiunt esum carnis Christi.	27
Caluiniani confundunt effectus sacrificij cruenti et incruenti.	39
Caluiniani imperiū Domini ritè non exequuntur.	48
Caluiniani sunt Manicheorum discipuli.	49
Caluiniani magicæ incantationis notā inurunt conse- crationis uerbis.	50
Caluiniani benedictionem ut rem nullius usus respu- unt.	50

INDEX.

- Caluiniani benedictionem consecratoriam ut incan-  
tamentum reijciunt. 51
- Caluiniani uetant deferri Eucharistiam absentibus  
& infirmis. 54
- Caluiniani sacrilegium putant aquã uino misceri. 57
- Caluiniani rident unctionem Olei & Chrismatis in  
baptismo. 57
- Caluiniani ad uerbum Domini addiderunt. 64
- Caluiniani Ecclesiam inuisibilem faciunt. 66
- Caluiniani negant corpus Christi adorãdum. 67
- Caluiniani negãt personã Christi supplicãdũ esse. 67
- Caluiniani preces Ecclesiã ad Christum institutas ab-  
rogarunt. 67
- Caluiniani diuinitatem ab humanitate separant. 68
- Caluiniani docent Christũ non iudicaturũ mundũ. 69
- Caluiniani iudicium extremum patris, non filij appel-  
lant. 72
- Caluiniani funditũs ecclesiasticam disciplinam euer-  
tere contendunt. 73
- Caluiniani damnant manuum impositionem 73
- Caluiniani omnes sunt perfecti Theologi sine literis  
& doctrina. 74
- Caluiniani Principes qui chrisinate inficiuntur signũ  
à bestia accepisse dicunt. 74
- Caluiniani quidã admittunt transubstantiationẽ. 75
- Caluiniani negant ullam panis esse benedictionẽ. 87
- Caluiniani docent Christum realiter, sed non corpo-  
raliter manducari. 88

## SENT.

Caluinia. spirituale corporis uiuificatione negat.	114
Caluiniani carnis resurrectionem destruunt.	114
Caluiniani Eucharistiam omni dignitate exuunt.	114
Caluiniani eripiunt facultate uitæ carni Christi.	123
Caluiniani testamenti nomine abutuntur.	147
Caluiniani eripiunt testamento nouo oblatione.	147
Caluiniani phantasticè & imaginariè edunt corpus Christi.	166
Caluianus quidam proprio nepoti stuprum intulit.	74
Caluinianorum blasphemie horrendæ.	74
Caluinianorum secte plures enumerantur.	76
Caluinianorum falsa de diuortio opinio.	76
Caluino nostra Eucharistia metonymia tenus corpus Domini dicitur.	88
Caluinus negat Christum secundum ordinem Melchisedech, sacerdotem fuisse.	42
Caluinus Francisci Regis assensionem captat	43
Caluinus truncat Cypriani Epistolam	43
Caluinus docet usu solo ac opinione panem esse sanctum.	87
Caluinus docet non oportere manducare carnem Christi, ore.	116
Caluinus substantie diuine non admittit corpoream manducationem	116
Caluinus carnis esum corporeum nullius usus esse docet	116
Caluinus detorquet Euangelij uerba.	146
Caluinus mendacij Euangelistas infamat.	150
	d 4
	Capit



INDEX.

Capi et māducari debet caro Christi ut uitā habeam⁹	5
Carnis Christi participatio non traducitur in nos à Spiritu sancto.	5
Caro Christi à diuinitate seiungi nequit.	12
Caro non prodest quicquam exponitur.	110
Cœna domini confirmatio baptismi esse nequit.	122
Christus corpus suum porrigens oblationis rationem habuit.	I
Christus semetipsum in cœna obtulit.	2.35.36.
Christus tunc non obtulit sese cū obuiam iret proditori,	30
Christ⁹ in cruce nō referebat typū Melchisedechi.	40
Christus Melchisedecho perfectè respondebat, cū corpus & sanguinem obtulit in cœna.	41
Christus in cruce panis & uini à Melchised. cho obla- ti non satisfecit.	41
Christus in cruce holocausti uerius quàm oblationis uicem expleuit.	41
Christus per mysterium sanctificat & immutat.	54
Christus in carne est adorandus.	137
Christus proprium corpus manducauit.	121
Christi caro uiuifica est.	135
Communio unde nomen ducat.	3
Communione rei alicuius esse oportet.	3
Confirmationis titulo panē suū adornat Calvinus.	83
Coniunctio dici non potest, quod non adheret aut in- heret,	12
	Consen

## SENT.

Consecratio quibus uerbis fiat.	49
Consecrationis uerba unde suam efficaciam obtineant.	49
Consecrationis religio à temporibus Apostolorum semper obseruata fuit.	51
Cyprianus uocat corpus domini holocaustum, & medicamentum.	13.
Cyprianus Eucharistiam uocat holocaustum ad purgandas iniquitates.	40
Cyrilli testimonium de oblatione Christi in cœna.	37
<b>D</b> E diuortio falsa Caluinianorum opinio.	76
Delata fuit absentibus ab ecclesiæ exordio eucharistia.	54
Desiderium ac fides locum manducationis interdum supplent.	116
Detorquet Caluinus Euangelij uerba.	146
Deus Pater in iudicio non apparebit in persona filij.	71
Diaconorum officium Iustini tempore.	52
Diaconus clamabat olim sancta sanctis.	117
Discipuli Manicheorum sunt Caluiniani.	49
Diuini corporis substantia, plurima uno tempore occupat loca.	206
Diuinitas à carne Christi diuelli non potest.	12
Diuinitatem à sacramento excludunt Caluiniani.	8
Doctrina Caluini à doctoribus dissidet.	10
Doctrina Caluini mors & mendacium est.	189

## INDEX.

Doctrina Caluini uia est ad Arrianismum, Nestorianismum. &c.	189
Dominus carnem suam panem coelestem uocabat.	83
Duas res in unam contrahunt & confundunt Calviniani.	50
<b>E</b> cclesia nutritur à Christo corporea corporis sui manducatione.	24
Ecclesia in ara crucis redempta in coena uerò sanctificata fuit.	40
Ecclesia obseruat hodie sacrificij ritum quem Ecclesia primitiua seruauit.	43
Ecclesiae primitiuae mos de consecranda et conseruanda Eucharistia.	55
Ecclesiam inuisibilem Calviniani faciunt.	66
Edentis fide & distinctione solum panis consecratio & sacramentum non sit.	50
Effectus sacrificij cruenti & incruenti à Calvinianis confunditur.	39
Efficaciã suã unde obtineant cõsecrationis uerba.	49
Esam sacramenti penitentibus interdixit antiquitas.	117
Eucharistia licet non manducetur non desinit esse corpus Christi.	3
Eucharistia manducatur, ne uideatur frustra consecrari.	3
Eucharistia Caluini à manna non differt.	6
Eucharistia absentibus ab exordio delata fuit.	54
Eucharistia	

## SENT.

Eucharistia à puero delata fuit Serapioni.	54
Eucharistia corpus domini non significat sed est.	62
Eucharistia panis dicitur quàmuis sola specie pacis existat.	83
Eucharistia merito uita æterna uocatur.	83
Eucharistia uitæ æternæ effectum habet.	117
Eucharistiæ sacramentū non efficitur manducatione, 2	
Eucharistiæ sacramētū in manducatione nō consistit 2	
Eucharistiæ & baptismi discrimen.	3
Eucharistiæ umbra fuit manna.	22
Eucharistiæ sacramentum corporis et spiritus alimentum est.	86
Eucharistiam quæ pro uiatico infirmorum seruatur Idolum appellant Calviniani.	2
Eucharistiam uocat Cyprianus holocaustum ad purgandas iniquitates.	40
Eucharistiam seruari ex Cypriano.	55
Euangelij uerba detorquet Calvinus.	146
Ex baptismo Christi nostrum baptismum metiri oportet.	121
Ex Cypriano probatur transsubstantiatio panis.	181
<b>F</b> abianus chrismatis unctionem ab Apostolis acceptam fatetur.	fo. 60
Falsa opinio Calvinianorum de diuortio.	76
Fastidiunt Calviniani esum carnis Christi.	27
Ferre non possunt Calviniani adorationem corporis Christi.	67
	Fide

INDEX.

<i>Fide sola perfecta non fit cōmunicatio corporis Christi citra sacramentum.</i>	18
<i>Fides sufficere non potest, si tempus adsit manducandi.</i>	118
<i>Filij dicendum est iudicium extremum non patris.</i>	72
<i>Fractio &amp; benedictio ad panem spectant.</i>	51
<i>Frustra Calvinus Cyprianum adducit.</i>	178
<b>G</b> <i>Elasij sententia Calvinus se tuctur.</i>	199
<b>G</b> <i>Elasij sententia explicatur.</i>	199. 201. 202
<i>Gloria patri &amp; filio in Ecclesia canendum.</i>	67
<i>Gloria patri in filio canebat Arrius.</i>	68
<i>Gratiarum actio &amp; Christi benedictio incantamentum magicum non fuit.</i>	47
<i>Gregorij Cæsariensis error.</i>	91
<b>H</b> <i>Abet Eucharistia uitæ æternæ effectum.</i>	117
<b>H</b> <i>Hoc facite ut intelligendum est.</i>	157
<i>Holocausti uerius quàm oblationis uicem in cruce Christus expleuit.</i>	41
<i>Holocaustum ad purgandas iniquitates Eucharistiam uocat Cyprianus.</i>	40
<i>Hostia manducationem præcedere debet.</i>	29
<b>I</b> <i>Deas Platonicas Calviniani reuocant.</i>	168
<b>I</b> <i>Idolo'atriæ arguuntur Calviniani.</i>	9
<i>Imago diuini corporis nequit esse puri panis substantia.</i>	91
<i>Imaginis nomen pani conuenire non potest.</i>	92
<i>Imperfecta est manducatio eius, qui sine fide suscipit.</i>	151
	Impe=

## SENT.

Imperiū Domini ritè nō exequantur Calviniani.	48
In Eucharistia corpus Domini & omnia quæ ad corpus attinent exhibentur.	119
Incantamenta non redolent preces diuinæ consecrationis.	47
Incantamentū magicum non fuit gratiarum actio & Christi benedictio.	47
Incantationis magicæ maculā inurunt Calviniani consecrationi.	50
Infantes in fide parentum baptizantur.	20
Infantes in fide parentum sanctorum communione Eucharistiam manducant.	20
Infirmis & absentibus Eucharistiam deferri uetant Calviniani.	54
Insensibiles creaturæ à Deo benedictæ.	152
Irenæi de sacrificio Missæ sententia.	62
Ireneus sanctificationem & mutationem uerbo attribuit.	53
Iudas in cœna corpus Christi sumpsit. 10. 16. &	96
Iustini de sacrificio Missæ sententia.	63
Iustini temporibus uinum aqua misceri solitum.	59
<b>L</b> ocum manducationis interdum supplent desiderium ac fides.	116
Lucas uirum appellans Christum non excludit ab humanitate diuinitatem.	73
Lux solis substantia ne sit an accidens.	05
	Mali

INDEX.

<b>M</b> Ali etiam sumunt corpus Christi.	94
Manducatio non est sacramentum.	2
Manducatio spiritalis quid.	21
Manducans non panem sed carnem habet uitam aeternam.	10
Manducandum sacramentum spiritaliter non fide solum aut spiritu.	21
Manducatione non efficitur eucharistiae sacramentum.	2
Manducatur eucharistia ne frustra uideatur consecrata.	3
Manè offerimus, uespere Christus obtulit.	44
Manichaei sanctificationis preces aspernantur.	49
Manicheorum discipuli sunt Calviniani.	49
Manna à Caluini eucharistia non differt.	6
Manna eucharistiae umbra fuit.	22
Manuum impositionem damnant Calviniani.	73
Marcionis patroni Calviniani.	7
Melchisedech ideo Sacerdos dici nequit, quòd Abraham benedixerit.	42
Melchisedechi typum non referebat Christus in cruce.	40
Melchisedecho perfecte Christus respondebat cum in cena corpus et sanguinem suum obtulit.	41
Mendacij infamat Euangelistas Calvinus.	150
Mensa domini quid.	162
Miracula circa manna enumerantur.	211
Miraculum in fornace apud Babylonem.	205
Miscendam aquam calici Cyprianus docet.	61

## SENT.

Metonymia Caluini impugnatur.	78.
Mixtura calicis ab Ireneo probatur.	59
Mors Christi fuit consummatio effectus sacrificij in cœna facti.	39
Mortalia & terrena in Christi substantiam conuer- tuntur.	251
<b>N</b> obis non amplius cœna domini prodest quàm Apostolis.	45
Nomen imaginis pani conuenire non potest.	92
Nomen uerbale est (oblatio) offerentis actionem sig- nificans.	1
Non efficit fides ut Christi caro sit uiuifica.	127
Non necessitate nature mortuus est Christus.	130
Non potest benedictio qua usus est dominus aliò quàm ad eucharistiam referri.	50
Nomen sacramentariorum sectæ.	54
Non potest panis fieri sacer, nisi solenni benedictione consecratus.	47
Non potest sufficere fides, si tempus adsit manducan- di.	118
Novatus in lecto baptizatus.	60
Nutritur ecclesia à Christo corporea manducatione carnis suæ.	24
<b>O</b> blatio nomen est uerbale, offerentis actionem significans.	fo. 1
Oblationis Christi signum esse nequit panis non ob- latus.	1
	Oblatio



INDEX.

Oblationis rationē habuit Christus corpus suum por-	
rigens.	1
Obtulit semetipsum Christus in cœna.	2
Obtulit Christus in cœna pro uiuis & mortuis	155
Offertur Deo corpus Christi.	172
Officium Diaconorum Iustini tempore.	52
Olei & Chrismatis unctiōem in Baptismo rident	
Caluiniani.	57
Olim clamabat Diaconus sancta sanctis.	117
Omnes Apostoli eodem cibo à Christo pasti sunt.	96
Omnes Caluiniani perfecti sunt Theologi sine lites	
ris & doctrina.	74
Omnes patres post beatum Petrum mentionem sa-	
crificij fecerunt.	43
Omne signum sensibus subiectum esse oportet.	185
Ore non manducari oportere carnem Christi docet	
Calvinus.	116
Ore sacerdotis uerba proferuntur & Dei uirtute pro-	
posita consecrantur.	49
<b>P</b> ANE uita non redimitur.	fo. 116
Panis benedictione consecratur	52
Panis consecratio & sacramentum sola fide edentis	
& distinctione non fit.	50
Panis esse uidetur quod corpus est Domini.	3
Panis & uini à Melchisedecho oblati, figura Chri-	
stus non satisfacit in cruce.	41
Panis non est motus sed materia.	1
	Panis

## SENT.

- Panis non oblatus Christi oblationis signum esse nequit. 1
- Panis sacer fieri non potest, nisi solenni benedictione consecratus. 47
- Panis puri substantia nequit esse imago diuini corporis. 91
- Panis si uita signum sit, erit & signum iudicij. 95
- Panis nisi fiat caro domini non uiuificat. 115
- Panis substantia non est pignus resarrectionis. 115
- Panis quem frangimus exponitur. 196
- Participatio carnis Christi non inspiratur in nos à spiritu sancto. 5
- Participatio corporis domini non euenit spiritus sancti defluuio. 4
- Peccant qui imaginariam Caluini manducationem, patrum spirituali manducationi respondere dicunt. 117
- Peccant qui rem à domino unitam separant. 99
- Peccatores etiam sumunt corpus Christi. 94
- Pœnitentibus esu sacramenti interdixit antiquitas. 117
- Perfectio effectus sacrificij in cœna facti, fuit mors Christi. 39
- Platonicas Ideas Caluiniანი reuocant. 169
- Poculum tam potum quàm uas significat. 151
- Poculum transsubstantiatum potionem intelligimus. 151

## INDEX.

Policarpo missa fuit eucharistia in signū unitatis.	54
Præceptum est à domino ut uerba consecrationis proferantur.	48
Preces diuine consecrationis incantamenta non redolent.	47
Preces ecclesiæ ad Christum institutas obrogarunt Calviniani.	67
Preces consecrationis Manichei aspernantur.	49
Principes qui chrismate inficiuntur signum à bestia accepisse dicunt Calviniani.	74
Promittitur ei resurrectio qui carnem non qui signum manducauerit.	115
Pronomen hoc quando dicitur hoc facite quid notet.	48
Proprium corpus Christus manducauit.	12
Pura panis substantia saluare hominem nequit.	95
Pura panis substantia perdere hominē non potest.	95
Purgari iniquitates sacrificio docet Cyprianus.	44
<b>Q</b> uæ ratione id nominis habeat calix domini.	161
Quamuis nemo manducet eucharistiam, non ideo desinit esse corpus Christi.	3
Quæstio cur patrem & spiritum sanctum non manducet Calviniani.	16
Quæstio cur sacramentum à nobis iteretur.	122
Quæstio quomodo corpus antea non oblatum sacrificium fuisse dicatur.	29
Quibus uerbis fiat consecratio.	49
Quid	

## SENT.

Quid notet pronomen (hoc) quando dicitur hoc facite.	40
Quidam excusantur à necessitate manducationis.	116
Quinq; panibus ordeaccis quomodo 5. millia hominū saturata.	207
Quis sit calix domini.	161
Quomodo in nobis maneat Christus.	103
Quomodo intelligendum hoc facite.	157
<b>R</b> egis Francisci assensionem captat Calvinus.	43
Rem sacramenti signum esse nunquam dixit Augustinus.	83
Reprehenditur Caluini uersio in ca. 17. actorum.	72
Respuunt Caluiniani benedictionem ut rem nullius usus.	50
Resurrectio propriè promittitur ei qui carnē non qui signum manducat.	115
Resurrectio propriè ad corpus attinet.	100
Resurrectioni Christi fidem non habuerunt Apostoli quidam.	34
Resurrectionis pignus nequit esse panis substantia.	116.
Rident Caluiniani unctionem olei & chrisimatis in baptismo.	57
Ritum sacrificij ecclesie seruatum à principio eundē hodie seruat ecclesia.	43
<b>S</b> acramenti definitio generalis.	fo. 86
Sacramēti eucharistie & baptismi discrimē.	84

INDEX.

Sacramentum baptismi in actione consistit.	2
Sacramentum Eucharistiæ corporis & spiritus alimentum est.	86
Sacramentum ex speciebus & Christi corpore constat.	87
Sacramentū conficitur ex signo & re signata.	88
Sacramentum Eucharistiæ in esu non consistit.	2
Sacramentum non potest influuium diuinæ carnis figurare.	5
Sacramentum manducandum est spiritualiter non si de sola aut spiritu.	21
Sacramentum non est manducatio.	2
Sacrificij mentionem fecerunt omnes patres post beatum Petrum.	43
Sanctificat & immutat Christus per ministrum uerba proferentem.	54
Sanctificata in cœna fuit Ecclesia, at in cruce redempta.	40
Sanctificati in cœna potu sanguinis sunt Apostoli, sed in cruce redempti.	38
Sanctificati sunt Apostoli ante mortem testatoris, sed non fuerunt capaces hereditatis æternæ.	38
Sanctificationem & mutationem uerbo attribuit ireneus.	53
Scorsum ab Eucharistia diuinum corpus omninò offerri non potest.	97
Serapioni à puero delata est Eucharistia.	54
Signo	

## SENT.

Signo nulla inest uita facultas.	115
Signū ac sacramentum dici potest Eucharistia.	84
Sola fide perfecta non fit corporis communicatio ci- tra sacramentum.	18
Species remanentes in sacramento sacramenti nomi- ne propriè definiri debent.	83
Spiritualis manducatio quid.	21
Spiritus sanctus pignus est immortalitatis non panis.	115
Stuprū nepoti proprio intulit Caluianus quidā.	74
<b>T</b> empus manducandi si adsit, nō sufficit fides.	118
Terrena & mortalia in Christi substantiam conuertuntur.	51
Tertulliani de unctiōe sententia.	59
Tertulliani de non scriptis traditionibus obseruan- dis testimonium.	61
Tertulliani de sacrificio testimonium.	64
Tertulliani testimonio abutuntur Caluianiani.	174
Tertullianus asserit carnem nutriri corpore Domi- ni.	177
Tertullianus docet nouum testamentum sanguine ob- signatum esse.	176
Testamenti uocabulo abutuntur Caluianiani.	147
Testamēto nouo oblationē eripiunt Caluianiani.	147
Testimonium Cyrilli de Christi oblatione in cœna.	37
Testimonium Clemētis de chrismate [sanctificato per orationem.	58

INDEX.

- Totam Eucharistiam sacramentum uocat Ecclesia.  
83
- Totius dispensationis salutis nostræ memoria celebratur in Missa. 159
- Traditiones suas non scriptas Paulus obseruari iussit  
61
- Transubstantiatio ex Cypriano probatur. 181
- Transubstantiatio necessaria est in hoc sacramēto. 82
- Transubstantiatio nē admittunt quidā Calviniani. 75
- Transubstantiationem cur abegerint Calviniani. 4
- Tria in Eucharistia sunt considerata. 78
- Truncatur Cypriani Epistola à Caluino. 43
- V**alentini somnium. fo. 5
- Valentinus auctor defluuij Calvinistici. 5
- Vbi accessit consecratio panis fit diuinum corpus. 91
- Verba consecrationis à Christo non frustra pronuntiata fuerunt. 47
- Verba consecrationis unde sanctitatem & efficaciam obtinent. 49
- Verba consecrationis ut intellexerit Chrysostomus  
51
- Verba Euangelij detorquet Caluinus 146.
- Verba sacerdotis ore proferuntur & Dei uirtute proposita consecrantur. 49
- Versio Caluini reprehenditur in 17. cap. Actorum.  
72
- Vespere obtulit Christus, manè nos offerimus. 44
- Vini

SENT.

Vini mixturam Iustinus prædicat.	59
Vini transubstantiatio ex Cypriano probatur.	190
Vino & pane iter ad sanctificationem facit Calui- nus.	38
Vinum aqua misceri oportet in Missa.	58
Vinum post consecrationem Christi sanguinem suum confitetur.	172
Vita æterna meritò uocatur Eucharistia.	83
Vita pane non redimitur.	116
Vitæ æternæ effectum habet Eucharistia.	117
Vmbra Eucharistiæ fuit manna.	22
Vnctionis vires ex Cypirano.	60
Vnica panis natura constat Caluini sacramentum.	8
Vnus in Ecclesia omnium nomine offert.	155

FINIS.



181  
182  
183  
184  
185  
186  
187  
188  
189  
190  
191  
192  
193  
194  
195  
196  
197  
198  
199  
200

AD ARTICVLOS I  
CALVINIANÆ, DE SA-

CRAMENTO EUCHARI-

stie traditionis, ab eius mi-

nistris in Francia An-

tarctica euulgatæ,

responsiones.

PER NICOLAVM VIL-

lagagnonem Equitem Rhodium.

AD ECCLESIAM CHRI-

STIANAM.

Panis cœnæ Dominicæ nobis est  
signū oblationis corporis Iesu Chri- Art. I.  
sti pro nobis, ad cuius cōmunionem  
necessaria est fides.

PANEM NON OBLATVM, OB-

lationis corporis Iesu Christi signū

esse non posse, ostenditur.

CAP. I.



HAEC propositio magnū  
mihi negotium exhibuit,  
interiorem oblationis si-  
gnificationem introspeci-  
enti. Oblatio enim nomē

A est

est verbale, motum & offerentis actione significans: panis autem non est motus sed materia, quæ ad motum nullam portionem aut rationem habere potest. Quamobrè falsum est si propriè oblationem intellexerimus, huius signum esse panem. Si verò oblationem non pro motu, sed pro oblata passaque Christi substantia per metonymiam sumpserimus, & panem huius signum esse Richerus docuerit, in maiorem errorem incidet. Nam panis natura est impatibilis, quæ naturam Christi patibilem significare non poterit. Quoquò ergo se vertat Richerus, non vitabit ignorantia suspitionem dicens: *Panè cœnæ suæ oblationis Iesu Christi signū esse.*

Si præceptorem suum sequutus à panis analogia similitudinem duxisset, atq; docuisset sic nos corpore Christi verè & nõ indignè manducato, nutriri ad æternitatem, vti ad tempus pane pascimur, ferendus esset, sed à Christi doctrina discenderet. Is enim corpus suum porrigens, non quidem alimenti, sed oblationis rationem habuit, dicens: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, non corpus quod vos alit.

Præterea mirum est cum in cœna panem Deo non offerant, & maxima animi contentione inficietur se in cœna Christum obtulisse, illum docere nullam panis oblationem Iesu Christi non etiam oblatis signum esse. Proinde cum in primo ad tuam Calvine doctrinam aditu tam grauius offenderit, coniecturam ceepi, cum ostendere nobis voluisse, quam spem de totius doctrinæ vestræ traditione concipere debeamus.

Art. 2

*Dominus Iesus per cœnæ communionem, se distribuit realiter, sed non corporaliter, alendo nos proprio corpore, cuius participationem facit in nos defluere uirtute spiritus sancti, in nobis implendo quod figurat sacramentum, sed talis præsentia non est alligata panis, nec inclusa in pane, sed dependet ex Christi promisso, in uirtute uerbi sui.*

MANDUCATIONE NON EFFICI  
eucharistiæ sacramentum. Cap. 2.

**H**uius uiri opinionem bene cognitã non habui, donec ab eius fratribus hæc mihi fuerit explicata. Cum dicit, Per cœnæ communionem se Christum exhibere, docere uult extra panis manducationem nullum

A 2 esse

N. VILLAGAGN. ADVERSVS  
esse sacramentum & in esu hoc sacramen-  
tum penitus consistere, perficiq̄ue mâdu-  
catione, sicut ablutione Baptismi Sacra-  
mētum perficitur: quo sophismate addu-  
ctos Calvinianos statuere cōperi, Euchari-  
stiam, quæ in eorum qui vita excedunt,  
viaticum asseruatur, merum idolum esse:  
eaq̄ue opinione multos auersos esse. Il-  
lam expugnemus.

Certum est Baptismi sacramentum in  
actione omnino cōsistere, hoc enim ipsa  
Baptismi etymologia comprobat. Nam  
Baptismus est lauatiōis actio, nō est aqua.  
Quamobrem incorporeū esse Sacramen-  
tum necesse est. At Eucharistia, corporis  
est sacramentum, nō actionis. Panis enim  
noster vi diuini verbi immutatus non de-  
finit esse substantia: non enim expirat in  
actionem. Quare tantum à Baptismo dif-  
fert hoc Sacramētū, quantū inter actio-  
nem & corpus discriminis intercedit.

Si Eucharistiæ manducatio & non ipsa  
Eucharistia Sacramentum esset, mandu-  
cationis ad Baptismum ratio subsisteret,  
ceu actionis ad actionem: sed nemo oīm  
dixit manducationem esse Sacramētum.  
Præterea notandum est ea actione, qua Ba-  
ptismi

primi Sacramentum conficitur, ipsa eadē  
 simul & Sacramenti gratiam conferri, nā  
 simulac lauatur cutis, accipitur gratia. Ba-  
 ptizo te, inquit sacerdos.

At Eucharistiæ longa alia est ratio, ea  
 quidem actione qua fit Sacramentum, vt  
 putā benedictione, verborūque pronun-  
 ciatione, communionis gratia nō tribui-  
 tur, sed sola id fit māducatione. Hinc eue-  
 nit, vt quamuis non manducetur Eucha-  
 ristia, hæc tamen non desinat veritatis esse  
 corpus, sed ne frustra corpus effectum sit,  
 superest vt manducetur, ad gratiam com-  
 munionis obtinēdam. Quamobrem cor-  
 poris effectioni manducatio necessariō  
 succedit. Ex quibus rebus apparet, cōmu-  
 nione, id est, sacrificij manducatione, nō  
 fieri Sacramētum, aut, vt docet Ri-cherus,  
 corporis exhibitionem, sed vi diuini ver-  
 bi exhibitum corpus, ad cōmunionis be-  
 neficium manducatur. Denique non sic  
 ut in Baptismo quod videtur est, nam  
 videtur esse panis quod corpus est Do-  
 mini; sed quod agitur, est & creditur, fit  
 enim consecratio, quæ verè est opusque  
 Dei.

N. VILLAGAG. ADVER.  
COMMUNICANTES NON ALI  
*corpore domini per communionem, sed in commu-  
nionem per manducationem. Cap. 3.*

**I**N eodem errore versatur docens, com-  
municantes pasci per corporis commu-  
nionē. Paulus enim panis & corporis mā-  
dicatione, de eo communicari docet. Er-  
go communicantes, ali corporis mandu-  
catione potius sunt dicendi, quàm com-  
munionem, quæ quidem est manducatio-  
nis effectus.

DE COMMUNIONE CAP. 4.

**V**T nos ab hac euoluas difficultate, di-  
spiciamus vnde nomen ducat cōmu-  
nio: hinc euenire mihi videtur, quod fiat  
inter plures. Nā vnus, nō posset esse com-  
munionem: insuper rei alicuius oportet esse  
cōmunionem. Ergo quū inter se multi in  
cœna communicant, hi tibi Richere, ho-  
mines erunt vel animæ: qua autem de re  
hos inter se communicare censēbis? num-  
de panem? nam panem, corporis tui cibum  
esse cōstituis: animæ diuini corporis sub-  
stantiā attribuēs: hoc tibi donemus: cor-  
pora inter se de pane cōmunicent: animæ  
de

de Christi corpore: tantum ut Pauli sententiam huc conferamus: Quonia, inquit, multi unus panis, unum corpus sumus, omnes quidem de uno pane participamus: Hec plana, nuda, atque aperta est sententia: Oes qui de uno pane participamus, sumus unus panis: qui panis enim is de quo intercesserit participatio, cuius fractio communicatio est: is sane est secundum Pauli sententiam. Ex eius enim participatione, est multis personis intercedit unius panis & corporis effectio. Is autem sit, secundum te, panis substantia, non caro Domini: Aut falsa est Pauli sententia, aut in ipsam eandem panis substantiam, quam ab omnibus manducata sit, corpus tuum convertetur, & anima in corpus Domini redigetur. Vide quam aliena sit a Paulo haec traditio: Nescitis, inquit: quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Igitur nec animae Christi corpus esse possunt, cum id corporibus praesentent, nec corpora panis effici: sed necesse est ut homines plures, corpus Christi sub panis specie in alimentum insumentes, de eo inter se communicantes, id ipsum corpus efficiantur, nec panis, cibus ad eam rem esse debet, nisi quantum panis effigiem gerat.



N. VILLAGAGN. ADVERSVS  
Nunc à priori sententia, se Richerus incli-  
nat in commentum aliud, post corporis  
mentionem subiungit, *Cuius participationē  
facit in uos defluere uirtute spiritus sancti.*

PARTICIPATIONEM CORPORIS  
Domini non euenire spiritus sancti defluuio: sed  
manducatione. Cap. V.

**H**IC participationis defluxus, mira-  
me afficit admiratione: defluere res  
nulla potest, quæ vacet substantia; partici-  
patio autem non est substantia, sed parti-  
cipantis motus: ergo nõ defluit is motus:  
quum motu defluuū perficiatur. Quòd  
si Richerus sumpserit participationē mo-  
tumque pro re motui subiecta, id est, cor-  
pore Domini, cuius fit participatio, in-  
tuam Caluine reprehensionem incurret:  
tibi enim sunt ridiculi, qui putent Chri-  
sti carnem in animam communicantis in-  
fundi, aut defluere. Vnde patet falsam es-  
se Richeri propositionem.

Vos ad euertendam Ecclesię de Eucha-  
ristia religionē, ab humanis præcipuè sen-  
sibus, arma mutuari soletis. Hinc euenit  
vt trās substantiationem abegeritis, quòd  
vestram

vestram intelligentiã superet: utq; nihil quod naturæ, humanisque sensibus repugnare videatur, de ea credi oportere ita tueritis: attamen hoc inauditum, ac stupendum carnis vel participationis defluuiũ, nobis Ecclesię tuę nomine obtrudit tuus Ecclesiastes: sed nõ sentit se sibi resistere. Nam si participatio nobis obueniat Spiritus defluuiõ, desinet esse per cœnæ cõmunionem, uti antea docuit: aut per fractionem ac distributionem cibi benedictionis, ut docet Paulus. Influxus enim carnis, aut eius participationis, nihil habet cum manducatione commune: non enim comeditur caro si defluit, agit enim qui manducat, patitur autem qui defluuium suscipit: sed ex præscripto Domini capi & māducari debet caro, ab eo qui vitã habere velit. Accipite, inquit, & manducate. “

CARNEM CHRISTI A SPIRITU  
*non traduci, aut inspirari. Cap. VI.*

**V**alentinus vestri auctor defluuij, ineptè minus insaniebat, quàm tuus Ecclesiastes, umbra quadã obtegebat suũ defluuium: Somniauerat Christi carnem

cælestem, ventre Mariæ virginis defluxisse, velut aqua canalibus effluit. Sed Riche-  
 rus suis verborum præstigijs, nihil obdu-  
 cit, præter virtutem Spiritus sancti, non  
 exponit tamen, cur Christo, ad hoc deflu-  
 uium faciendum, Spiritus sancti opera ne-  
 cessaria fuerit. Nam Spiritus sanctus, vim  
 & virtutem suã in nobis aliter exercere  
 non solet, quàm secundum propriam na-  
 turam, id est, spiritualiter viuificando, &  
 inspirando, vt quũ facta carnis, opera Spi-  
 ritus mortificauerim<sup>9</sup>, spirituales effecti,  
 in Christo Domino nostro viuamus, isq;  
 in nobis viuat. Legimus à Christo mitti  
 ad nos Spiritum sanctum, non autem car-  
 nem, aut carnis participationem in nos  
 traduci, aut inspirari à Spiritu, aut Spiritũ  
 carnis instrumentum effici, quum caro  
 sit Spiritus organum.

SACRAMENTVM NON POSSE  
*influum diuine carnis figurare: nec si fi-  
 guraretur, huius rei complemen-  
 tum esse. Cap. 7.*

Postquam Doctor hic reuerendus ex-  
 posuit dominũ efficere, vt per cenã,  
 virtute Spiritus sancti, in vos diuina caro  
 de-

defluat, adiungit, implēdo quod figurat sacramentum. Sed tam alienum ab influuio esse sacramentum intelligo: vt à me ratio iniri non potuerit, qua huius viri boni excusam vanitatem. Quum animum meū diu exercuissem scrutando, quid in sacramento reperiri possit, quod cum influuio comparatum hoc figuret? vbi nihil succurrisset, tui me subiit Caluine recordatio. *Sua des, in cœna animas uestras uerè pasci corpore Domini; eiusq; rei panem esse uobis figuram.* Ex hoc coniecturam feci, Doctorem Petrum hoc ipsum tradere voluisse: sed alieno loco defluuium subrogasse: Hoc autem docere voluerit: Quomodo ingenio assequemur, animas per panem verè pasci corporis Domini substantia, si huius actionis, aut rei figura sit panis? Quum animæ pascuntur per cœnæ communionem, si re vera pascantur, verum esse suum cibū nō negabitis, siq; verus sit cibus, quomodo huius cibi figura esse poterit? Nō enim figura est simul, & figurę complementum.

MANNA A CALVINI EVCHARISTIA non differre. Cap. 8.

Poterimus tamen, & hoc illi tribuere, vt se manifestioris vanitatis in simulet,

let, assentior vt calix figura sit, si tamē Lu-  
 23 cam appellare nobis licuerit. Hic est, in-  
 23 quit, calix nouum testamentum: Nihil di-  
 scriminis inter nouum testamētū, & po-  
 culi sacramētum interponit. Tibi autem  
 Richere, calix figura est: ergo in figura,  
 non in veritate, nouum vobis testamen-  
 tum Deus Christus constituit: ergo vetera  
 non transiuerunt, omnia nō sunt facta  
 noua. Audiamus de hoc Ioannem in Cœ-  
 23 na loquentem: Ecce iam palām loqueris,  
 23 & prouerbiū nullum dicis. Scilicet qui  
 palām loquebatur, figura cœnā celebra-  
 turus? manducationem, quæ in remissionē  
 nē peccatorū est, in prouerbijs docturus?  
 In figura figuris finē facturus? Cæterū  
 dic nobis cuius rei vini tui potus figura  
 sit? *Participationis*, inquis, *sanguinis Domini*:  
 ita sit. *Impletur*, inquis, *figura si fidē habueris*,  
*Impleatur*: ergo è vino fit sanguinis parti-  
 cipatio, vinumque in sanguinē mutatur  
 veritatis presentia, & figuræ complemen-  
 to. Quid ad hæc dicemus? Rursus expone.  
 Cuius rei manna manducatio fuerit figu-  
 ra? num eiusdem participationis? Patres  
 23 vestri (inquit Paulus) oēs sub nube fue-  
 23 rūt: eandem omnes escam spiritualem in  
 nube

nube manducarunt, eundem potum spiri-  
 ritualem biberunt: Cuius ergo rei, aquæ  
 è petra effluentis potus fuit figura? si &  
 eius poculi, de quo fide in Cœna bibi-  
 mus, figura sit; non verum est vmbri man-  
 næ & aquæ eucharistiam nostram præcele-  
 lere. Sed audi Christum. Non Moses de-  
 dit vobis panem de cœlo verum: sed pater  
 meus dat vobis panem de cœlo verum. At  
 tamen hoc Caluino displicet: huic enim  
 non verior Cœnæ panis est, quàm manna:  
 non verior eucharistiæ potus, quàm aquæ  
 deserti. Nō ergo verum est, illarum vmbra-  
 rum Cœnam esse veritatem: non verum est  
 nubem, veritatis ac lucis aduentu, depul-  
 sam ac discussam esse: non verum est à fi-  
 guris Cœnam differre: nō verum est à le-  
 su Christo veteris testamenti figuras im-  
 pletas esse. Felicem Marcionem qui tan-  
 to pōst tempore, tales nactus sit patronos.  
 Si hostiæ salutaris oblatio, nouumque te-  
 stamētum in Cœna figuratum sit: vestro  
 quidem iure potestis contendere, eiusdē  
 hostiæ maestationem atque holocaustum,  
 fuisse figuratum, sic enim mortuum sicut  
 oblatum oportuit, inque figura passum,  
 qui in figura, oblationis suæ figuram ex-  
 pleues

Leuit. 16

pleuerit: non enim minus erat necesse, impleri figuram asperſionis ſanguinis veteris teſtamenti, ac oblationis hoſtiæ pro peccato, quàm huius maſtationis.

NON POSSE EXHIBITIONEM  
corporis ſacramento figurari, quin ſacramentum ueritatem contineat.

Cap. 9.

**S**ed fieri poteſt, ut hanc ſacramenti figuram, ad deſluuium (animæ cibum) Doctor non referat: ut ergo diſcamus, cuius rei figura eſſe poſſit: dogmatis uerba repetamus, & expendamus. Per Cœnæ communionem, re uera ſe Chriſtus exhibet, alēdo nos proprio corpore, implēdo quod figurat ſacramentum. Quum ſe ergo per eucharistiā Chriſtus exhibet, adimpletur figura ſacramenti: ſed ſi impleatur, figura eſſe deſinit, & res noua eſſe cœpit. Hanc rem quam eſſe demonſtrabis? Debebit eſſe corporis exhibitio, ipſa enim ante complementum à uobis figurabatur: ſi erit, panis eſſe deſinet, & nos huc redigetis, ut credamus ſacramentum, aut fieri corpus Domini, aut ipſum continere: nam alioqui corpus exhibere nō poſſet, ſi eo ipſo eſſet vacuum. Verùm ad hanc fidem hoc accedit incommodi,

modi, quòd panis vestri, ad corporis diuini exhibitionē, nulla sit proportio aut similitudo. Nam exhibitio, actio est, panis verò materia, actioni & motui subiecta: cuius materiæ ad actionem, nulla est comparatio, vti suprà de oblatiōe docuimus. Vt enim quadret & conueniat comparatio, fieri solet materiæ ad materiam, vt putà panis ad corpus, & actionis ad actionem, sic ergo exhibitionis ad exhibitionem, figura esse debuit, non panis ad exhibitionem,

**AN CORPVS DOMINI SACRAMENTO exhibeatur, si eius negetur presentia. Cap. 10.**

**S**Ed frustra laboramus: succedens Doctoris oratio, ab hac nos consideratione reuocat. Ostendit, neque corpus exhiberi sacramento, neque exhibitionem figurari.

*Talis (inquit) presentia nec adheret pani, nec inheret, sed dependet ex Christi promisso, uirtute uerbi sui. Hanc sententiam excutiamus.*

**Q**Uum diuinitatem à sacramento excludatis, quomodo Christum per sacramentum exhiberi vobis posse putatis?



N. VILLAGAGN. ADVERSVS  
tis? Cur pani vestro sacramenti nomē im-  
ponitis? panis ab effectu, sacramenti no-  
men obtinuit: si ergo diuinitate, reque sa-  
cra sit vacuus, abs re, & falsò sacramēti no-  
men retinet, atque vnica panis natura cō-  
stabit vestrum sacramentum, nō duabus,  
Iren. lib. 5 contra Augustin. & contra corporis Chri-  
sti rationem, duabus rebus terrena ac cœ-  
lesti consistentis.

PANIS A COMMUNI, SOLO VSV  
differens, corpus Domini natura diuinum  
non posse figurare. Cap. XI.

HÆC opponēti mihi respōsum est.  
Panem Coenæ nostræ, (quamuis hic à nobis  
diuinitate spoliatur) hoc tamen à pane communi  
distare, quòd in alium usum à nobis manducetur,  
quàm communis: si cōq; usu, & distinctione, non na-  
tura, appellationem sacramenti sortiri, atque cor-  
pus Domini figurare, non esse aut fieri. Hac bla-  
phemia, nulla maior hactenus fuit confi-  
cta. Si panis, vsu solo, à communi differēs,  
corpus Domini figuret: corpus Domini,  
solo item vsu & distinctione, (si veritas fi-  
guræ respondeat) non natura, diuinū est:  
solaque distinctione, & opinione, Mosi,  
Helix;

Helix, & Ioanni Deus Christus dissimilis foret. Huc se agunt præcipites, qui sibi plùs cæteris omnibus sapere videntur: & (vt inquit Apostolus) inflati sensu carnis suæ, volunt ambulare in religione, & veritate angelorum, quam non norunt, nõ tenentes caput, ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratur, crescit in augmentum Dei.

## AN VSV NON NATVRA

*panis in Cœna sanctificetur. Cap. 12.*

QVoniã nullo scripturæ testimonio, nullæue Orthodoxorum auctoritate ostēdis Eucharistiam, quæ Christi verbum est, & opus veritatis, vsu solo à pane communi distare, adduci non potui, vt id mihi persuaderem, sed potiùs ex Ecclesię sententiã credidi, eam sanctificationis rationem esse phantasticam. Hoc vt doceã, primùm ex te sciscitabor, quĩ fieri posses, & qua virtute, vt quod natura prophanum est ac commune, vtentis fide aut opinione sanctificetur, quõue pertineat hæc sanctificatio? Si vsu panis sanctus est, sanctitudinem à te profectam esse testaberis: hanc autem nulli vsui tibi futurã esse

B

plæ

planum est: ea enim non eges vt sanctifi-  
 ceris, cum tanti sis, vt fide tua rem prop-  
 nam sanctitate afficias. Veruntamen ostē-  
 dis, non inesse tibi sanctificandi faculta-  
 tem, si alieno egeas ad obtinendam sanctifi-  
 cationem auxilio. Quod si non in hanc ra-  
 tionem, & conditionem panis à te sancti-  
 ficetur, vt tibi prodesse possit, quā in spē  
 vsu ac fide eū sanctificas? an vt animæ tuæ  
 sanctitatis sit testimonium? si ita est, fru-  
 strā eam operam impendis. Nam si habeat  
 anima quod illi testatum cupis, abs re ex-  
 poses huius rei testimonium, in ea enim,  
 quod ei testatum cupis, situm est. Rursus  
 si dixeris panem, quamuis hic à vobis sa-  
 crum nomen obtineat, non tamen intelli-  
 gi sanctum esse, sed ita nuncupatū, quod  
 pro re sancta, à vobis insumat: abusu non  
 vsu, sanctificatus est: eo enim abutimini  
 pro re sancta, atque in Idololatriæ repre-  
 hensionem incurritis, dum rem prop-  
 nā in rei sanctæ loco, pretio, honoreq; ha-  
 betis. Cæterum si panem vsu solo sanctū,  
 in opus vel testimonium sanctitudinis ve-  
 stræ insumpseritis, vt existimetis sanctos  
 effici vos huius panis manducatione, eo  
 sanctitatis genere vos fieri sanctos neces-  
 se est,

se est, quo vestram Eucharistiã mensi fueritis, id est vsu, ac distinctiõe, vos sanctos effici, non natura, vosq; vsu membra esse Christi, nõ natura, quòd vos à reliquo hominum cœtu distinguatis, ac segregetis. Quoniã hæc tua doctrina non potest subsistere, atque passim à scriptoribus Ecclesiasticis panis verbo Dei esse sanctificatus doceatur, à te dissensi; Apud Cyprianum *In* habetur, vbi sceleratũ os panis verbo sanctificatus intravit, quasi palea ex area exsufflatus est, de Iuda in Cœna sermonem faciens: Item de lapsis. Sanctificatus in sanguine Domini potus, è pollutis visceribus *cc* erupit, quum paulò antè dixisset, non statim *cc* corpus Domini inquinatis manibus *cc* accipiat, aut ore polluto Domini sanguinem *cc* bibat. Credo ergo natura non vsu aut vtentis distinctione panem fieri sanctum, vbi is verbum Domini perceperit, atque per eum naturæ nos diuinæ fieri consortes.

AN PRAESENTIA CORPORIS Christi in cœna, dependeat à Christi promissione, quum Eucharistia esse diuinitate uacua creditur.

Caput 13.

B 2

Vbi

**V**bi tuus hic Ecclesiastes negauit di-  
 uini corporis præsentiam, eius ta-  
 men exhibitionem asseruerit, vt proposi-  
 tum assequatur, pro fugit ad Christi polli-  
 citationes. Dependet (inquit) præsentia diuini  
 corporis in sacramento ex Christi promisso, uir-  
 tute uerbi sui. Ergo non manducatur Chris-  
 stus, sed adest, aut interest. Coenæ vestræ:  
 quoniam futurū esse promiserit, vt quū  
 panis substantiā viniq; biberitis, effectus  
 rum se uirtute uerbi sui, vt corporis & san-  
 guinis eius, anima uestra sit particeps. E-  
 quibus tamen scripturis, hæc ad vos reue-  
 latio peruenerit, non indicatis. At Apo-  
 stoli Iesu Christi docuerunt futurū esse:  
 vt qui manducauerit, non panem, sed caro-  
 nem, habeat vitam æternam. Qui uerò nō  
 manducauerit eius carnem, & non bibe-  
 rit eius sanguinem, nō habeat in se uitā.  
 Vide quanto interuallo uestrum Euange-  
 lium à nostro differat. Nemo hactenus, eò  
 prorupit, vt se, in hunc, quem uos editis,  
 & peruulgatis errorem, induceret. Com-  
 mentum est, enatum ex hominis inimici  
 semine, Ecclesiæ tam repugnans, quàm  
 ueritati mendacium,

Ioan. 6.

EOS

## EOS NON POSSE FRUCTVM

corporis pro nobis corporaliter crucifixi  
capere, qui hoc realiter tantum, &  
non corporaliter reci-

piant. Cap. 14.

**H**Vius commentum emergit sua sponte  
vanitas, animo contemplanti, quid  
enunciet Richerus docens. *Christum ue-*  
*strum, se vobis realiter exhibere, sed non corpo-*  
*raliter: manducandum se realiter porrigere, sed*  
*non corporaliter.* Quæ mihi res tã noua est,  
& inaudita, vt hic homo, aut ludere, aut  
insanire videat. Hoc sanè nec actiuè nec  
passiuè verum est. Vos homines reali cor-  
pore constatis, & corporali. Quí ergo fieri  
potest, quum máducatis, quum accipitis,  
vt respectu carnis vestræ realiter hoc fa-  
ciatis, & non corporaliter? Quomodo ac-  
cidit vobis hæc rei corporis vestri, à ve-  
stro corpore, reuulsio, aut separatio, vt re-  
uerà manducetis, & nõ corporaliter? Præ-  
tereà corpus vestrum qualecunq; fuerit,  
vesci nõ potest, nisi cibo corporeo. Quo-  
modo ergo realiter, sed nõ corporaliter,  
hoc à vobis aliquando pascitur? Corpus  
Domini & redemptoris nostri Iesu Chri-  
sti, nostro corpori, (peccato excepto) nõ

est dissimile, reale est & corporale. Hoc quum nos manducamus, rem corporis ab eius corpore non secludimus. Hoc realiter & corporaliter comedimus: edimus enim corpus pro nobis in mortē realiter, & corporaliter datum, ut mortis fructum capiamus & gustemus: hoc si etiam edere vos putetis, rem corporis, ab ipso corpore distinguentes, erratis, ut hoc realiter manducetis & non corporaliter, nullusque mortis & resurrectionis fructus, inde ad vos redibit, quum res corporis eius sine corpore mortua non fuerit. Euangelium nostrum, nos ita docet. Qui me manducat, viuet propter me, me (inquit) rem corporis à corpore non distinguens ac fecerens: Si realiter manducetis & non corporaliter, eo tantummodo corpus possidebitis, quo manducaueritis. Quid aut vobis proderit realiter possidere, & non corporaliter corpus, pro vobis corporaliter mortuum.

Doctōris paradoxū insequēs, nō minus quā præcedens exhibet negotij. Veritas (inquit) signo coniuncta est, non habito signi respectu, sed quatenus ei respondet.

CORPVS NON ESSE PANI CONIUNCTUM, si diuinitas à pane exclusa sit. Cap. 15,

Inge-

Ioan. 6.

23

22

**I**ngenij mei aciem, huc nõ penetrare fa-  
 teor, vt assequar, quomodo Deus Chri-  
 stus, sit vestro pani coniunctus, nisi infu-  
 sione diuinæ essentiæ, mutata fuerit in ei⁹  
 carnem panis natura, panis effigie nõ mu- *Cypria. in*  
 tata, vt quemadmodum in humano cor- *cœna.*  
 pore, infusa latebat Christi diuinitas, sic  
 sub panis specie, id est, signo, diuina la-  
 teat caro. Hoc expressè docet in cœna sua  
 Cyprianus: Si secundum hanc sententiã  
 Richerus affirmaret, signo veritatem esse  
 coniunctam, nõ multùm laborarem. Sed  
 non possum cogitatione complecti, aut  
 animo comprehendere, quomodo signo,  
 id est, pani puro, sit diuina caro coniu-  
 cta, si seorsum à pane hæc à vobis infuma-  
 tur, ipsaque non sit sacramenti vera sub-  
 stantia. Certum est coniunctum dici non  
 posse, quod non inhæreat, non insit, aut  
 adhæreat.

AN CORPVS DIVINVM

*correspondeat pani diuinitate prorsus  
 susuacuo. Cap. 16.*

**C**aro Christi est diuinitate perfusa &  
 prædita, vt nulla ratione, aut intelli-  
 gentia, ab ea diuinitas diuelli possit. Si  
 enim separetur, desinet esse caro Christi,



N. VILLAGAGN. ADVER.  
& communis ostēdetur. Quomodo ergo  
vestro puro pani, cui sola fides Christum  
connectit, diuina caro respōdeat nō per-  
spicio: aut quomodo panis natura diuini-  
tate prorsus carens, carnem prorsus diui-  
nam signet, ac figuret. Porrò omnino ne-  
cesse est, signi haberi rationē, si signo ve-  
ritatē respōdere dixerimus. Ergo non ve-  
rum est panē diuini corporis signū esse.

AN NECESSARIA SIT VIR-  
*tus altissimi, Omnipotentis, ad nuncupan-*  
*dum panem metonymicè. Cap. 17.*

NE tamen dubitemus, pane diuinū  
Christi corpus significari, addidit  
Richerus. *Panem fieri corpus Domini per meto-*  
*nymiam, uirtute uerbi omnipotentis.* Hanc me-  
tonymiam, ioco, ab eo huc esse intromis-  
sam existimaui, donec è tua schola, hanc  
permanasse cōpertum habuerim. Sed ad-  
huc cognitum non habeo, cur uirtutē ver-  
bi, ad eam asciscat, cū cuique (etiam stul-  
tissimo) sit liberum, rem quamq; alieno  
nomine nuncupare. Satis probatur, ridi-  
culè huic loco metonymiam aptari: quū  
(vt diximus) carnis diuinitatē, panis sub-  
stantia non possit ostēdere: similitudo eis  
melius

melius conueniret, qui à sanctitate prorsus alieni, verborum artificio, & sermonis elegantia, atque facundia, veritatem mendacio contaminant: quiq; improprie similitudinis iniquitate, carnem Dei Christi diuinitate spoliant.

PANEM ANTE CONSECRATIONEM

*exemplar esse membrorum Christi corporalium: post consecrationem corpus ipsum. Cap. 18.*

**E**ustathius (vt refert Epiphanius aduersus Gregorium Niocaesariensem) exponens hunc prouerbiorum locum. Edite panem meum, & bibite vinum quod misceui vobis: panem (inquit) & vinum, cuius membra corporaliu Christi prædicat. *ἀντίτυπον*, exemplar similis formæ dici potest. Deinde adiungit: Ille verò ex eodem fonte hauriens, vt omnes Sacerdotij mystæ cognoscunt, in precatione diuinae anaphoræ (ita Græci partem missæ vocant) sic alicubi legit, confitentes nomini tuo, sacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa Sancti corporis, & sanguinis Christi tui, te precamur, & inuocamus, & quæ deinceps sequuntur, sententiâ patrû amplius confirmant, quòd ante

2. Syno. Ni  
cena, sess. 6

Cap. 9.

- „ consecrationē, antitypa vocauerunt, post  
*Cyprianus.* consecrationem corpus Domini. Cypria-  
 „ nus in cœna, Ante verba Domini panem  
 „ communem nutriendo tantum corpori  
 „ idoneum, post verba corpus Domini vo-  
 „ cat, esseq; dicit holocaustū, & medicamen-  
 „ tum, ad sanandas infirmitates, & purgan-  
*ena. li. 4* das iniquitates existens. Irenæus, tua ip-  
*5.* „ sius confessione, ante inuocationem ver-  
 „ bi, panem communem vocat, post, Eucha-  
 „ ristiam corporis & sanguinis Domini no-  
 „ stri Iesu Christi, ex quibus consistit car-  
*Emisenus.* nis nostræ substantia. Emisenus in tracta-  
 „ tu de corpore & sanguine Christi: Quan-  
 „ do benedicendæ verbis cœlestibus crea-  
 „ turæ, altari imponuntur, antequam inuo-  
 „ catione diuini nominis consecretur sub-  
 „ stantia, illic est panis & vinum, post verba  
 „ autem, corpus & sanguis Christi. Augu-  
*Augustin.* stinus de verbis Domini sermo. 28. Me-  
 „ mini sermonis mei, quum de sacramentis  
 „ tractarem, dixi vobis quod ante verba  
 „ Christi, quod offertur panis dicitur, vbi  
 „ Christi verba expressa fuerint, iam nõ pa-  
 „ nis dicitur, sed corpus. Ex Orthodoxis  
 „ nemo hactenus huc se præcipitem egit,  
 „ vt sanctam Eucharistiam, corpus Domini  
 meto-

metonymicè nuncupauerit.

NON ESSE NECESSARIAM

*consecrationem, ut panis corpus Domini  
mysticum significet.*

Cap. 19.

**N**E quippiam difficultatis, verbis Eustathij inhæreat, quum panem communem, exemplar similis formæ mēbrorum Christi corporaliū appellauerit, est animaduertendum, hunc, ad Ecclesiam, exemplar rescribere, quæ ex multis corporibus, in vnum Christi corpus copulatur, & coalescit: vti ex pluribus granis cōtritīs, & cōtusīs, vnus efficitur panis. Hoc elegantissimè exponit Cyprianus, in Epist. 3. libri 2. neque ad eam demonstrationem, necessaria est panis sanctificatio. Alij exemplar panis azymi & puri, referunt ad carnem, è qua natus est Christus, antequàm verbum caro fieret.

His rebus ostensis, venerandus noster Mystes, se in alienam opinionem proripit, ita scribens. Veritas huius sacramenti Cœ Art. Rē  
*nae, complementum est eius rei, qua per signum fi-* cheri.  
*guratur, & significatur: in quantum Iesus Chri-*  
*stus, propriæ substantiæ nos facit participes: ut*  
*nos uniat ceu capiti mēbra: hoc faciēs aīas nutrit,*

NON

N. VILLAGAGN. ADVER.  
non corpora, quamuis hoc sacramentum arra sit  
resurrectionis corporum nostrorum.

AN PANIS, CORPVS DOMI-  
ni figurare possit, si corporis fieri partici-  
pem, ipsomet pane figuretur. Cap. 20.

Superiori dogmate, corporis diuini me-  
tonymia didicimus, id est, panem ideo  
dici corpus, quod hoc figuret; hic autem pa-  
tescit huius propositionis vanitas. Osten-  
ditur aliquem corporis diuini fieri parti-  
cipem, pane significari, atque hac ratione  
figuram impleri. Ad utram sententiam po-  
tius adhaereamus, non video, sed agnosco  
has inter se longissimè discrepare, atque  
suspicio neutram defendi posse. Hoc in-  
spiciamus. Hic fieri participem, pane figu-  
ratur, fieri autem actio est, actio ergo pa-  
ne figuratur, non corpus. At superius, cor-  
pus cuius fieret participatio, signabatur.  
Panis verò, utrumque simul figurare non  
potest: hic enim materia consistit & sub-  
stantia, fieri materiae participem (vti dixi-  
mus) actio est, non substantia: quamobrem  
non quadrabit figura: nam substantia, non  
figurabit non substantiam, potius meo iu-  
dicio dicendum fuit, panis manducatio-  
nem,

mem, esum diuinæ carnis signare: Nam utriusque rei manducatio in actione consistit: sic panis ad corpus, manducationis huius, ad illius manducationem, ratio quædam constaret. Præterea si hæc actio, fieri Christi participem, figuræ sit cõplementum, quum impletur figura in eam participationis actionem, panis, qui figura est, transsubstantiatur, & desinit esse panis, alioqui manet figura, nec verum est eam impleri. Vide quot figuras, ac veritates nobis obtenderis. Primùm oblatio signabatur, deinde exhibitio, post participationis defluuium, tandem corpus, postremò, huius fieri participem. Quarum rerû nulla, meo iudicio, vera figura est.

SI HOC CHRISTI HOMI-

*nes alantur corpore, animas solas ali non*

*posse. Cap. 21.*

**A**B hoc errore se incitat in voraginẽ, & aqua (nisi tu manũ ei porrexeris) vix poterit enatare. Docet Christum propria uos alere substantia: ita tamen, ut animas nutriat, non corpora. Putaui vsque adhuc, homines vos esse, non animas: hoies si sitis, & vos aluerit Dominus propria substantia: corpora nutrit,

Gene. 2.

nutrit, non animas solas: Nam homines corporei sunt. Atque adeo, hanc sortiti sunt nominationem, antequam essent anima præditi. Scriptum est, & fecit hominẽ de limo terræ, & inspiravit in faciem eius spiraculum vitæ, & factus est homo in animam viuentem. Hominem autem nutrit hinc probatur. Qui manducat carnem meam & bibit meum sanguinem, habet vitam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Homo perfectus ergo, vt suscitetur, manducare debet.

SI ANIMAE ALANTVR SOLA, corpore Domini, non corpora, imaginariam esse manducationem. Cap. 22.

SED concedamus vos animas esse, non homines: quam inibitis nobis rationẽ õ animæ, vt ostendatis, corporis Domini substantiam, à vobis verè manducari? Animarum intellectualis essentia, terrenam materiam non capit, non edit, non admittit: quid ergo? imaginaria & phantastica est vestra manducatio? At (Caluine) tuis edicis, atque præcipis, tota mente vt caueant, ne hoc errore se induant: sed credant, *uti caro Domini uerè est cibus, & sanguis eius*

eius uerè est potus. sic his alimentis, fideles in uitam æternam educari oportere: perstas tamen in hac sententia, cibum carnis diuinæ, esse spiritualem, & ad solam animam spectare: fideiq; & intellectu, non reali manducatione manducari, uestramq; manducationem, non esse aliud quàm fidei fructum, & effectum. Sic dum imaginariis manducatione, ex phantastica emerfisse manducatione, in eam subito relaberis, illa tua fidei manducatione. Eo namque pacto, à te nõ manducatur caro, sed putatur manducari: atq; in carnis locum supponitur fides. Hoc si Christo Domino placuisset, non dixisset, Caro mea verè est cibus: sed fides in meã carnem & passionem. Quæro ex te si credendo in passionem Christi, hic à vobis comeditur: non æquè etiam Patrem, & Spiritum sanctum manducetis? creditis enim in Patrem, & Spiritum, non minùs quàm in Filium.

FIDEM TAM ESSE NECES-  
sariam, quàm manducationem, ne uita man-  
ducata pereat. Cap. 23.

**N**on tibi repugnabo affirmanti, ne-  
cessariam esse fidem, nobis mensam  
Domi-



- Domini ad eum tibus: ut vitæ cibus, quo nutri-  
 trimur, non pereat. Nam scriptum est, Qui  
 audit sermones meos, & crediderit in eum  
 qui me misit, habet vitam æternam. Item:  
 hæc est autem voluntas patris mei qui misit  
 me: ut omnis qui videt filium, & credit in  
 eum, habeat vitam æternam, & ego susci-  
 tabo eum in nouissimo die. Proinde no-  
 lo fidem à manducatione secludere: sed  
 credo hanc æquè esse ad salutem necessa-  
 riam, atque sit manducatio, ut verè man-  
 ducetur Christus, Nam (ut testatur Apo-  
 stolus) qui vitæ panem comedit indignè,  
 iudicium sibi manducat, & bibit. Quo au-  
 ctore, idem Christus, vni est lapis offensio-  
 nis, & petra scandali, odor vitæ in vitam,  
 alteri odor mortis in mortem, positus in  
 ruinam multorum. Nec desinit esse vita &  
 redemptio: propterea quod huic sit ruina:  
 Nec (ut scribit August. contra Donatistas  
 lib. 5. ca. 8.) malum accipiēdo, sed malè ac-  
 cipiēdo, locum in se Diabolo præbuit Iu-  
 das: Sic indignè quisque sumens Dominicum  
 sacramentum, non efficit ut quia ipse malus  
 sit, malum sit, aut quia non ad salutem ac-  
 cipit, nihil accipit. Corpus enim Domini  
 & sanguis Domini, nihilominus etiā erat  
 eis,

eis, quibus dicebat Apostolus, qui manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit.

Ne verbum credendi (quò diximus ex Ioanne omnes qui viderint filium, & crediderint, vitam habere) aliquam difficultatem pariat, audi, quomodo Irenæus hoc intellexerit: Credere, inquit, est voluntatem Dei facere. Voluntas autem Christi verbis sequentibus declaratur, Ego sum panis vitæ, qui de cælo descendi, ut si quis manducauerit ex hoc pane, vivat in æternum. Rursus qui manducat carnem meam, habet vitam, nõ ergo fidei prædicatione manducationem sustulit aut negavit Dñs.

PROBATVR EX HILARIO

*unum nos effici cum Christo naturaliter,  
per sacramenti manducationem.*

Cap. 24.

Hilarius fidem, modum esse docet ob-  
tinendæ naturaliter vitæ: sed Eucharistiam ipsius vitæ substantiam habere.

Hoc loco sequenti probat: Non pro eis tantum rogo, sed pro eis, qui credituri sunt in me. Honorem què dedisti mihi, eis dedi, ut vnum sint, sicut & nos vnum sumus:

C ego —

Hilar. li. 8.  
de Trinit.

» ego in eis, tu in me, vt sint omnes confu-  
 » mati in vnum. Is intelligit sacramenti mā-  
 » ducatione, hunc Apostolis honorem da-  
 » tum fuisse, vt vnum carne essent cum ip-  
 » so naturaliter. Docemur ergo carnis com-  
 » munionem, re vera nobis nō dari sine car-  
 » nis manducatione, quamuis Baptismo,  
 » Spiritum sanctum, vimque resurrectio-  
 » nis, Spiritus infusione susceperimus: Hæc  
 » sunt eius verba. Si enim verè verbum ca-  
 » ro factum est, & nos verè verbum carnem  
 » cibo Dominico sumimus, quomodo non  
 » naturaliter manere in nobis existimādus  
 » est, qui & naturam carnis nostræ, iam in se  
 » parabilem, sibi homo natus assumpsit, &  
 » naturā carnis suæ, ad naturā æternitatis,  
 » sub sacramento nobis communicandæ  
 » carnis, admiscuit? Quisquis ergo natura-  
 » liter patrem in Christo negabit, neget  
 » prius nō naturaliter vel se in Christo, vel  
 » Christum sibi inesse: quia in Christo Pater,  
 » & Christus in nobis vnum in his esse  
 » nos faciunt. Si verè igitur carnem corpo-  
 » ris nostri, Christus assumpsit, & verè ho-  
 » mo ille, qui ex Maria virgine natus fuit  
 » Christus est, nosq; verè sub mysterio car-  
 » nem corporis sui sumimus, & per hoc vnū  
 » erimus,

erimus, quia Pater in eo est, & ille in no-  
 bis, quomodo voluntatis vnitas asseritur,  
 quin naturalis per sacramentum proprie-  
 tas, perfectæ sacramentum sit vnitatis? Vi-  
 de perfectæ sacramētum vnitatis esse Eu-  
 charistiam: Non ergo fide sola, perfecta sit  
 corporis communicatio, citra sacramen-  
 tum: Paulò pòst subiungit: De naturali  
 enim in nobis Christi veritate, quæ dici-  
 mus, stultè atque impiè dicimus, nisi ab  
 eo didicimus. Ipse enim ait, caro mea ve-  
 rè est esca, & sanguis meus verè est potus,  
 qui edit carnem meā, & bibit meum san-  
 guinem, in me manet, & ego in eo: & hæc  
 accepta, & hæc hausta, id efficiunt, vt &  
 nos in Christo, & Christus in nobis sit:  
 Paulò pòst: Quod autem in eo, per sacra-  
 mentum cōmunicatæ carnis & sanguinis  
 sumus, ipse testatur dicens, & hic mundus  
 iam me non videt, vos autem me videtis:  
 quoniam ego viuo, & vos viuetis, quoniā  
 ego in patre, & vos in me, & ego in vobis.  
 Deinde qui edit carnem meam, & bibit  
 meum sanguinem, in me manet, & ego in  
 eo. Non enim in eo erit, nisi in quo ipse  
 fuerit, eius tantùm in se assumptā habens  
 carnem, qui suā sumpserit: Paulò pòst vt

N. VILLAGAGN. ADVER.

ostendat, quomodo sumi debeat, subiungit: perfectæ autem huius unitatis sacramentum superius iam docuerat, dicens: sicut me misit pater viuēs, & ego uiuo per patrem, & qui me manducat, uiuit per me: uiuit ergo per patrē, & quo modo per patrem uiuit, eodem modo per carnem eius uiuemus: Omnis enim cōparatio, ad intelligentiæ formam præsumitur, ut id de quo agitur, secundum propositum exemplum assequamur: Hæc ergo vitæ nostræ causa est, quod in nobis carnalibus, manentem per carnem Christū habemus, uicturibus nobis per eū, ea cōditione qua uiuit ille per Patrem. Qui uolunt plura uidere, legant Hilarium lib. 8. de Trin.

OSTENDITVR POST NV-  
bium discussionē aduentumq; lucis, nunc pro-  
pter necessarium Domini mandatum, in  
Spiritu & ueritate exequi oportere,  
quod in umbris & Spiritu  
Patres præstiterint.

Cap. 25.

Ostendimus ex Hilario, sacramento cōmunionis carnis solo, fidei admixto, nos carnaliter & naturaliter in nobis habere vitam manentem: quanquam Baptismo,

tismo, Spiritum viuificantem, vimque resurrectionis, Spiritus infusione susceperimus: Probandum ergo mihi superest, necessariam esse nobis naturalem carnis communionem. In quam rem tuæ traditionis Caluine accersam auxilium. *Scribis necessario nos fieri mēbra Christi, os ex eius ossibus, carnem ex eius carne, unumque esse cum Christo oportere, ut è nostra, in illius naturam emigremus: ex eo uiuamus, succum uitæ ab eo trahentes, uti surculus ex radice, alioqui uitam nos consequi nō posse.*

Hoc tibi assentior. Dico ergo à te etiā doceri, carnem Christi naturalem, necessario esse manducandam, nō fide solūm, sed verè ac naturaliter, ut docuit Hilarius, Cyrillus, Chrysostomus, & quotquot fuere vetusti scriptores, cū nullum alium modum habeamus, quo eam gratiam post baptismum prolapsi assequamur. Huic tuæ sententiæ veteres figuræ me cōfirmarūt: quas ad sanctificationem, ac carnis emundationem, lex Patribus necessario præscriperat: Tum quidem ante veritatis aduentum, quum huius manducationem, temporis necessitas impediret, solo Spiritu, ac fide, in merito futuræ veritatis, sanctificatio perficiebatur: Sola enim spe, hūc vi-

C 3      debant

debant quem nos videmus diem, & læta-  
 bantur: sed postquam venit tempus, in  
 quo non solum in Spiritu, sed in veritate  
 etiã adorari, ac sibi sacrificari voluit. Deus  
 nõ amplius solo Spiritu, sed spiritualiter,  
 id est, carne & Spiritu, figuras expletas es-  
 se ex Christi decreto oportuit: tamq̃; ne-  
 cessariò perfici communicationis corpo-  
 ris Sacramētum: quàm Baptismi, si secun-  
 dum tuam sentētiã, naturaliter in Chris-  
 sto nos, & cum in nobis viuere volueria-  
 mus: carnisq̃; nostræ nequitiam proflig-  
 gare. Huic nostræ sententiæ Richeriani  
 opposuerunt infantes, quos hæc dicētes,  
 videmur è spe salutis excludere, quòd nõ  
 habeãt in se Christum corporaliter ac na-  
 turaliter manentem. Huc & Patres addu-  
 xerunt, qui solo Spiritu, escam spiritualẽ  
 manducarunt: sed temporis necessitatem  
 excusationis loco illis obduxi. Addidi  
 nec re ipsa, in veritate baptizatos patres  
 fuisse, quibus tamen baptismus vmbra-  
 tis profuerit: ex eo tamen propter decre-  
 tum Domini, cõcludi non oportere, à no-  
 bis lauacri veritatem negligi posse: sic,  
 quamuis vmbra solã futuri boni habe-  
 ret manna, agniq̃; māducatio, reliquæue  
 expia

expiationes : ac nihilominus in veritatis futuræ merito, vmbre istæ Patribus profuerunt : non posse tamen sine peccato, hostiæ veræ manducationem aut Baptismū negligi, post nubē discussam, propter necessarium Domini mandatum : Ex quo affirmavi, aliam nobis nunc nouam, ac viuentem esse viam à Domino initiatā, sanctificationisq; rationē propalatam, quā Patribus fuisset, quam qui trāsgressus fuerit, rectā ad perditionem exitiumq; pergere : Quòd enim Spiritu in vmbra, ante lucis ortum satis erat præstare, nunc tenebris discussis, in Spiritu & veritate exequi ac perficere nos oportere, à Christo edoctos esse. Ergo, inquiūt, aliter in Christi corpore manebimus, aliter Patres : ergo, inquā, & aliter lauati Patres, aliter lauamur : quid tum si nòdum erat māducatio corporea, baptismusq; ppositus ac institutus : nunc autem propter tēporis necessitatem, ac nouum Domini mandatū à figuris ad veritatis culturam transgressi, longè vberior effectus per Dei misericordiam conferatur ? Ab hoc proposito non *Tertullia*. alienū esse iudicavi, quod à Tertulliano de *Baptif.* didici. Christū humanam omnium perso mo.



nam gessisse, eamq; ob rem suum baptis-  
 mum ad Adamum ipsum, omnesq; suos fi-  
 lios respexisse. Si ergo Christi baptismus  
 Patres respexerit, eisq; fuerit imputa-  
 tus: cur non sui eius corporis manducatio,  
 potusq; sanguinis, illos etiam spectabit,  
 quos non voluntas, sed magno suo dolo-  
 re necessitas, à veritatis manducatione dil-  
 soluit? Irenæus scribit Patres nunc in ope-  
 ribus Ecclesiæ consequi, propter Sancto-  
 rum communionē, quod solo desiderio  
 præstiterint: Itē particeps (inquit David)  
 factus sum oīm timērium te. Videmus &  
 infantes, qui per ætatem credere non pos-  
 sunt, in fide parentum baptizari, cur nō ij  
 etiam in fide parentum, ac Sanctorum cō-  
 munionē, manducabunt? præsertim cum  
 vna & eadem sunt, cum his viris substan-  
 tia, quos ex carnis & sanguinis Chri sub-  
 stantia consistere, propter diuinæ carnis  
 manducationē, cognoscit Ecclesia: Si cre-  
 datis supplicio carnis Christi, Adamū, om-  
 nemq; carnem redemptam esse, cur non  
 carnis Christi, sui à se corporis manduca-  
 tione facta sanctificatio, non etiam retro  
 trahetur? Quum nihil haberē, quominus  
 id crederem, in tua sententia conqueui:

*è natura*

*Irenæus.*

*Psal. 118.*

è natura carnis nostræ, in Christi naturam necessa-  
 riò emigrari oportere, ut ex eo succum vitæ traha-  
 mus, uiuamus, & coalescamus. At cū antiquis  
 iudicauim, id nō posse fide, ac religionis cō-  
 sensu solo perfici, sed vi mysticæ benedi-  
 ctionis ac Eucharistiæ reuerà manducate,  
 cuius ministerio efficitur, vt vnum cum  
 Christo re vera esse possumus, atque ha-  
 bere Sacramēti beneficio instituto, quod  
 à natiuitate habeat Filius, vt cum ipso v-  
 num simus in Deo. Intereà tamen negari  
 non debere, nos baptismo Spiritum, vim  
 que mortis ac resurrectionis eius conse-  
 qui: sed Cœnā baptismo superesse, vt na-  
 turaliter vitam habere ( vt antea dictum  
 est) possimus, naturalis carnis manduca-  
 tione, esseq; consensu, carne & Spiritu, v-  
 num cum Christo, eumque in nobis ha-  
 bere naturaliter manentem, quum, vt di-  
 ximus, post acceptam baptismi gratiā re-  
 lapsi fuerimus, & à carne Christi per pec-  
 catum separati.

### MANDUCARI SPIRITVA-

*liter, non fide sola, aut Spiritu*

*oportere. Cap. 26.*

**P**Eccandi occasionem captastis ab Au- *Augustin.*  
 gustino dicēte, non qui premit dente,

C 5 sed

- „ sed corde, vitam manducare. Ita enim nõ  
*Ioan. 6.* carnaliter, sed spiritualiter tantum hanc  
 manducari debere intelligitis. Dicam ergo  
 hac de re quod sentiam. Spiritualis manducationem non reijcio: sed hanc intelligi debere secundum antiquorum religionem iudico: ut secundum Spiritus participationem, nõ secundum carnis defraudationem, (ut inquit Irenæus) spiritualem cibum hominẽque esse dixeris. Qui enim carnem excludit, & solo Spiritu, fide, ac  
 „ animo manducat, iam non spiritualiter  
 „ manducat, sed Spiritu: neque spiritualis talis homo dicitur, sed Spiritus. Quum ergo docet Augustinus, spiritualiter manducari oportere, hominis spiritualis manducationem significat: non fidei solius futuram esse: sicuti Paulus dixit nos esse spirituales, quum in carne non sumus, sed in Spiritu: non quod carnei esse desierimus, sed quia Spiritu facta carnis mortificemus,  
*1. Corin. 5.* sicuti idem Paulus eos vocat azymos, qui malitiæ fermento expurgati fuerint: non ergo qui rectè Augustinum interpretatus fuerit, fidei solius manducationẽ docebit: sed hominis Spiritu Dei mortificati oris manducationem, esse Spirituale  
 manu

māducationem credet. Augustinus enim Spiritualem manducationem prædicans, non intelligebat eo modo manducari oportere, quo Patres manducasse dicitis, quum id ipsum, loco à vobis citato, reprehendat, manna, Eucharistiæ vmbra fuisse confirmans: oportuit enim Cyrillo teste, vt non solum anima per Spiritum sanctum, in beatā vitam ascenderet, verum etiam vt rude atque terrestre hoc corpus, cognato sibi gustu, tactuq; & cibo, ad immortalitatem reduceretur. Vide carnis & Spiritus distinctum esse cibum. Hoc autē (vt suprā demonstrauius) fieri non potuit, antequam lux in mundum venerit: quod expressis verbis Deus docet dicens: Patres vestri manna māducauerunt in deserto, & mortui sunt: qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Quæ comparatio à Domino frustra fuisset vsurpata, nisi manducandi rationem diuersam, sicut diuersum effectum proposuisset, vnam Spiritus, spiritualem alteram, id est, carnis & Spiritus: Insuper frustra mannae & huius manducatio, Eucharistiam & huius manducationem figurasset, nisi in manducandi ratione cōuenirent. Hanc ergo Eucharistiam

Cyrillus in  
Ioannem.

cc  
cc  
cc

Ioan. 6.

cha

charistiam, mannae veritatem, tam verè &  
 spiritualiter manducari oportere contem-  
 do, quàm verè & spiritualiter ad vitam à  
 Patribus umbra māducata sit: quod si nō  
 aliter comedi velis, quàm sub nube, id est,  
 in figura panis, adhuc in Mose manduca-  
 bis, & è Christo Mosem facies, qui nō ali-  
 ter nobis panem vitæ manducandum de-  
 derit, quàm Moses. Quum ergo dicis te,  
 vñà Christum Spiritu manducare, quum  
 à te manducatur panis: Respondeo, eodē  
 modo vñà cum manna, à Patribus mandu-  
 catam fuisse veritatem. Nulla ergo ratio-  
 ne Christus Iudæos corripiebat, & verbis  
 castigabat. *Cyrillus lib. ii. ca. 26. de fide-*  
*lium corporali cum Christo vnione disse-*  
*rens, hoc clariùs exponit: Pauli locum ad*  
*Ephes. huc afferens, vt doceat corporale*  
*nostram vnionem, à Patribus agnitā non*  
*fuisse: Hæc sunt Cyrilli verba. Hæc autē*  
 vñio ad Christū, quòd carnis eius parti-  
 cipatione acquiratur, ipse rursus Paulus  
 de mysterio pietatis disserens, testatur.  
 Quod alijs (inquit) generationibus non  
 est agnitum filijs hominum, sicut nūc re-  
 uelatum est sanctis Apostolis eius, & Pro-  
 phetis in Spiritu, esse Gentes cohæredes,

Ephes. 3.

concorporales, comparticipes promissio-  
 nis in Christo. Idem paulò superiùs dixe-  
 rat: vt igitur inter nos & Deum singulos  
 vniret, quamuis corpore & anima diste-  
 mus, modum tamen adinuenit cõsilio pa-  
 tris & sapientiæ suæ congruentem, suo e-  
 nim corpore credentes, per communio-  
 nem benedicens, & secum & inter nos v-  
 num nos corpus effecit. Nã si omnes vnũ  
 panem manducamus, vnum oës corpus ef-  
 ficemur: diuidi enim Deus non patitur.  
 Idem lib. 4. ca. 16. Propterea corpus & mē-  
 bra Dei sumus, quia per hanc benedictio-  
 nẽ mysterij ipsum Dei filium suscipimus.

SI HIC SIT FINIS ALIMEN-

*ti diuini: ut manducantem uniat Christo, ceu  
 capiti membra, ali corpora, non ani-  
 mas solas. Cap. 27.*

**H**is intellectis rebus, Ministri nostri  
 doctrinam prosequamur: Rationem  
 adiungit, cur nos suæ substãtiæ Dominus  
 noster faciat participes. Nos nutrit (inquit)  
 ut sibi nos coniungat, ceu membra capiti. Ergo,  
 huic alimẽto finis est à vobis propositus,  
 vt vos coniungat & uniat cum Christo.  
 Cùm ita sit, eam rem, cui subministratur  
 ali-

1. *Corin. 6.* alimētum, Christo vniri oportebit. Quā  
 ergo ad animas vestras alimentum perti-  
 neat, non ad corpora: has solas vniri, & fie-  
 ri mēbra Christi, dicere debetis. Sed Pau-  
 lus ab hoc somnio me deducit scribens:  
 Nescitis quoniam vestra corpora mēbra  
 sunt Christi? Hunc si non respuitis (atta-  
 men in hac manetis sententia, vt putetis,  
 id vniri Christo, quod diuina carne vefci-  
 tur) est necesse, vt Ecclesiæ assentiatis, ho-  
 mines, non animas solas carnem Christi  
 manducare. Nam homines sunt membra,  
 non animæ.

SI SPIRITV TANTVM MAN-  
 ducetur Christus, Spiritus esse cum eo copu-  
 lam, non corporis. Cap. 28.

**H**OC quoque vobis est animaduerten-  
 dum, si vestra manducatio sit Spiri-  
 tus: id est, fidei & intellectus, eo modo  
 vos corpori Christi inhærere, atque eius  
 fieri membra, quo manducatis, id est Spi-  
 ritu & fide, non re ipsa, cum Christo vnū  
 fieri corpus, & non vti è pluribus granis  
 contulis panis conficitur: Nam quod ex  
 Spiritu nascitur, est Spiritus.

SI ANIMAE SOLAE, CHRISTI

*stī alantur carne, eas in carnem mutari oportere. Cap. 29.*

**R**ursus, si animæ vestræ seorsum à vestro corpore, vera & naturali carne vescantur, oportet eas in carnem conuer-  
 ti: quoniam quod nascitur ex carne, caro Ioan. 6.  
 est. Augusti. in persona Christi loquens, August. cōn  
 hoc probat his verbis. Cibus sum gran- fess. lib. 7.  
 dium, non me mutabis in te: sed tu muta-  
 beris in me. Anima igitur in carnē Christi mutabitur.

EXEMPLO VXORIS ET MARITI

*substantiarum communiōe, Ecclesiam unum cum Christo fieri corpus. Cap. 30.*

**P**aulus ad Ephesios, hunc nobis nodū Cap. 5.  
 dissoluit, mariti & vxoris cōparatiōe.  
 Nemo (inquit) carnem suam odio habet, cc  
 sed nutrit ac fouet eam, sicut Christus Ec- cc  
 clesiā: conuersa ratione, sicut vnusquisq; cc  
 carnem suam nutrit, sic Christus Ecclesi-  
 am. Discamus igitur ex hac similitudine,  
 quomodo à Christo nutriat Ecclesia: Si  
 à te caro tua cibo corporeo nutriatur, nō  
 fide & credendo, ex Pauli sententia fa-  
 teri debes Ecclesiam à Christo, corporea  
 mandu-



manducatione nutriri, & foueri. Pretereà  
 hoc loco docemur, eo modo Ecclesiam ef-  
 se carnem Christi, quo caro nostra sit no-  
 stra. Non credo putare te, carnem tuã esse  
 tibi tuam spiritualiter, sed re vera: sic etiã  
 fateri debes, re vera Ecclesiã carne Chri-  
 sti constare, non Spiritu solo. Addit Pau-  
 lus: Qui membra sumus corporis eius, de  
 carne eius, & de ossib<sup>9</sup> eius, propterea re-  
 linquet homo patrem & matrem, & adhe-  
 rebit vxori suę, & erunt duo in carne vna.  
 Superior sententia hoc exemplo confir-  
 matur. Sicut Eua erat os ex ossibus mari-  
 ti, caro ex eius carne: Ecclesia caro est, ex  
 sponsi sui Christi carne, & os ex eius ossi-  
 bus. Et sicut Eua cum Adamo vna fuit ca-  
 ro: sic Ecclesia cum Christo caro vna cen-  
 senda est. Superest considerandum, qua-  
 lis sit mariti cum vxore copula: vt secun-  
 dum hanc de nostra cum Christo cõmu-  
 nione iudicemus. Qui contendet spiritus  
 vinculo, cum Christo nos esse copulatos,  
 & vxoris cum marito esse carnis commu-  
 nionem, peccabit in similitudinem. Nulla  
 enim est materiæ ad Spiritum proportio  
 aut ratio.

SI AD ANIMAS SOLAS PER-

*tinebat corporis Domini manducatio, ad ho-  
mines manducandi præceptum fru-  
strà directum fuisse. Cap. 31.*

**H**Uc Domini mandatum conferamus. *Matth. 26.*  
Accipite (inquit, corpus suum porri-  
gens) & manducate. Si ad animas specta-  
bat corporis māducatio: cur ad homines  
Apostolos directum est mādatum? A Do-  
mino panis est porrectus facer: si seorsum  
à pane, carnem animæ credendo mandu-  
carunt: hanc nō sibi à Domino porrectā,  
sed sine præcepto manducarunt? Accipi  
autem debuit, & māducari, ex præscripto  
Domini, quicquid datum sit, siue corpus,  
siue animam edentis respexerit munus.  
Vnum enim, & vna de re, fuit præceptum.  
Præterea, si animæ, corporis diuini substā-  
tiam receperūt, relicto corporibus pane,  
eis seorsum à corpore, quid esset suæ fun-  
ctionis, à Domino præscribi oportuit. Sed  
(vt diximus) vnum, & vna de re, fuit Do-  
mini præceptum. Item, si seorsum à cor-  
pore anima credēdo manducet, seorsum  
à corpore credere etiam, & capere corpus  
debet, ac re vera māducare. Sed corde cre-  
ditur ad iustitiam, ore fit confessio ad sa- *Roma. II.*  
lutem.

Iudem. Hæ sunt partes corporis fidelis, non animæ. Quum fides corpori & animæ communis sit, æquum est, vt communiter diuina vescantur substantia.

AB ANIMAE ET CORPORIS

*communione, cibum hominis non animæ solo-  
lius, sed utrique proprium esse pro-  
bati. Cap. 32.*

**C**IBUM utrique communẽ fuisse pro-  
bat hoc quoque Domini mandatum:  
Hoc facite in meam commemorationem:  
ad homines, non ad animas solas sermonẽ  
dirigens: Non enim debet quod Deus cõ-  
iunxit, ab homine separari, vt alteri tan-  
**Matth. 15.** tùm parti bonum applicemus. Scriptum  
est, relinquitis mandatum Domini, vt tra-  
ditionem vestram statuatis. Videte ne cõ-  
mittatis, vt in vos hoc dictum competat.  
Dominus iubet edi suum corpus, sangui-  
nemque bibi in remissionem peccatorũ:  
vos hoc inuertitis, corpori beneficiũ hoc  
eripitis, transfertis ad animam solam, ne-  
gantes homini carnis diuinæ manduca-  
tionem: hanc carnem, aut eius commu-  
nionem, fide in animam inspirari conten-  
ditis. Quis manifestiũs cum Christi ver-  
bis pugnare potest? Quum inspiratur ca-  
ro

ro (inspirari si possit) non māducatur. At manducandum est corpus, & bibēdus est ei sanguis, qui credidit, & audierit sermonem Domini. Insuper carnis communio, non à Spiritu, sed à manducatione ex Pauli sententia perficitur. Panis quem frāgimus, nōne participatio corporis est? Vide communicationem frāctioni tribui, non spiritus defluuio.

1. Cor. 10.

CORPVS MANDVCANTIS

*in animam suam, corporis diuini substantiam*

*non transfundere, si ea substantia careat*

*panis, atque in pane non insit diuini-*

*tas. Cap. 33.*

**R**icherus, ne in hanc reprehensionem incurreret, cōcedebat aliquādiu diuinā substantiā è signo in animā suā penetrare, simulac à se carnis signum manducaretur. Sed ab hac opiniōe deiectus est, & resipuit, quum ostenderemus fieri non posse, vt in animam, diuina caro transmitteretur à nostro corpore, quin corpus fieret cū anima sua particeps: simul videbat huc incidendum esse sibi, vt fateret̃, è pane diuinam substantiā depromi oportere, si esu panis, hæc in animā peruaderet.

D 2 Nam

Nam è pane diuinitate vacuo, elici nõ potest diuinitas. Reliqua doctrinæ membra  
*Articulus.* profequamur. Per Cœnam realiter se Christus distribuit, quoniam nos haurire uitam facit è carne sua, semel in sacrificiũ oblata. Sed interim imaginari non decet, hunc se corporaliter exhibere, uel carnis suæ substantiam cum nostra cõmiscere.

AN CHRISTVS REALITER  
 se per Cœnam exhibeat, cum eius negetur  
 præsentia. Cap. 34.

QVum is prædicaret, Christum se realiter per Cœnam exhibere, ex eo quæsiui, num etiam realem corporis præsentiam admitteret. Scriptum mihi propria reliquit manu, planè se hanc negare: quãuis realem distributionẽ affirmaret. Hoc ænigma his dissoluit verbis. *Christus se realiter distribuit, id est, hoc nos afficit beneficio, ut in mortem suam credentes, hac ipsa fide, uitam ex eius carne hauriamus, quæ pro nobis in sacrificiũ oblata est.* Sed hoc responso nihilo mihi plus adiecit intelligẽtiæ: Si enim fide hoc afficiamur beneficio, ut vitã hauriamus, non fit per cœnam carnis vera manducatio, uti docuit superiùs: Sed nec etiam fit distributio. Imputatur enim potiùs, atq;  
 meris

meritum applicatur hoc pacto, quàm distribuatur: atq; còtra quòd Dominus carnem manducari iusserit, vitam quæ in carne est, inspirari docetis ó spirituales, erroremque scripturæ à vobis creditum, hoc hauriendi vocabulo restituitis, carnis esum fastidientes.

QVVM BENEFICIUM RE-

demptionis ad hominem respiciat, cui peccatum imputatur: corpus eius à manducatione arceri non debere.

Cap. 35.

PRætereà spes & beneficium crucis, ad hominem ex Domini pollicitationibus redire debet, non ad animas solas. Nã corporis (vt ait Apost. ad Rom. 8. cap.) est redemptio. At superiori capite huius doctrinæ, dicim<sup>9</sup> à carnis mādicatione corpora submoueri. Ab hac sententia si Doctor non decessit, animæ solæ vitam hauriunt ex sacrificio: atque ab hoc hauſtu vitæ, arcētur corpora. Tametsi auctore Domino nostro, homini peccatum imputat.

NOSTRAM RESVRRECTIO

nem debere intelligi secundum Christi re-

surrectionem. Cap. 36.

D 3

VT

**V**T Richerus resurrectionem ad animam pertinere doceret: Spirituale animę nostrę propter peccatum mortem opposuit. Sed responsi loco docuimus Christum, carnis esse resurrectionem, nõ animę solius: eoq; modo resurrectionem intelligendam esse, quo hac ipse sit vsus, quoq; hanc credendam esse voluit, Lazarum mortuũ exuscitans. Cur ergo corpus, sui boni fruitione priuatis, hoc bonũ animę (cui resurrectio futura est inutilis) attribuentes?

**AN CORPVS AETERNITATIS gloria fruiturum sit, animę prærogatiua & communioni: An uerbi Dei beneficio. Cap. 37.**

**A**nima (inquit Richerus) corpori hanc communicabit. Quid verò opus est hoc circuitu? si ab anima gloriã corpus obtineat: hanc animę, non Christo debet, eiq; habenda erit gratia, non Christo. Præterea nisi ab anima Christus gloriam habuerit, nos nec à nostra gloriam consequi poterimus: cum eo modo simus resurrecturi, quo ipse ad vitã excitatus est. Videamus quomodo futura sit corporũ restitutio,

& reparatio: vt hanc dubitationem diluamus: Apostolus in Epist. ad Roma. cap. 8. Spiritui Dei hanc attribuit, his verbis: Spiritus Domini qui suscitauit Iesum à mortuis, viuificabit mortalia vestra corpora, propter Spiritum Domini habitantem in vobis. Non dixit propter animam, sed propter Spiritum Domini: Non ergo ab animæ cōmunionē viuificatus est Dominus, sed à carnis diuinitate. Ezechiel cum Paulo concordat: Ecce (inquit) comotio, & accesserunt ossa ad ossa, vnumquodq; ad iuncturam suam: & vidi, & ecce nerui, & carnes, ascenderunt, & extenta est in eis cutis desuper, & Spiritum nō habebāt: Vides ante reditum animæ ad corpus futuram membrorum reparationem? Sequit̃ paulò pōst. Hæc dicit Dominus: A quatuor ventis, veni Spiritus, & infla super mortuos istos, vt reuiuiscāt, Ergo vi Spiritus Domini, reuicturi sunt mortui, non animæ prerogatiua, & beneficio. Irenæus hanc fuisse sui temporis religionem, tastatur, lib. 5. Quēadmodū (inquit) lignum vitis depositū in terra, suo fructificat tempore, & granum tritici decidens in terrā, & dissolutum, multiplex surgit,

Ezech. 37.

cap.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Iren. eus.

cc

cc

cc



22 per Spiritum Dei, qui cōtinet omnia, quę  
 22 deinde per sapientiam in vsum hominis  
 22 veniūt, & sanguis Christi: sic corpora no-  
 22 stra ex eo nutrita, & reposita in terram, &  
 22 resoluta in ea, suo resurgent tempore, ver-  
 22 bō eis resurrectionem donante in gloriā  
 22 patris. Non ergo animæ communicatio-  
 22 ne, corpora resurgent in gloriam, sed ver-  
 22 bi opera incarnati.

SI ANIMAE PRAEROGATI-  
 ua, uictura sint corpora, eius peccato, hæc  
 etiam interitura. Cap. 38.

S I ab anima felicitatem corpora mutua-  
 rentur: infelicitatem homines perditū,  
 ab anima similiter acciperent: hoc si acci-  
 deret, non sine iniuria Christus corpora  
 in perditionem cōdemnaret. Ite ( inquit  
 scriptura iudicium prædicans) maledicti  
 in ignem æternum; non deberet in homi-  
 nes ferri sentētia, sed in animas. Sed quia  
 propter peccatum moriūtur corpora (vt  
 testatur Apostolus ad Rom. 8. cap.) hæc ve-  
 niunt in iudicium, vt probat idem Apo-  
 22 stolus ad Corinth. 2. cap. 2. Oēs enim nos  
 22 manifestari oportet ante tribunal Christi:  
 22 vt referat vnusquisque propria corporis.  
 prout

prout gefsit, fiue bonum, fiue malū: operationes boni & mali non sunt anime, sed hominis, vt eas è iudicio referat. Præterea si homines, folius animæ vitio moriantur & intereant, Adamo non moriuntur: non enim ex ipfo est anima, sed caro. At Paulus fcribit in Adam, & per Adam, veniffe mortem in mundum. Immorādum mihi nō erat in re tam aperta, nifi apud nos hic error iam fupra modum increbuiſſet.

A COENA AD MORTEM

*Chriſti non reiectos fuiſſe Apoſtolos.*

Cap. 39.

**R**Estat vna pars huius dogmatis nobis discutienda, quæ me non minus an- git quàm superior. Quum oblatae carnis in sacrificium mentionem faceret Richerus, è qua hauriri vitam contendit: hunc putabam oblationem, (cuius primo suo dogmate meminit) indicare. Sed hac de re interrogatus, respondit. Eò doctrinam suam non spectare, neq; se ulla ratione adduci unquam posse, ut consentiat Iesum Christum sub speciebus, corpus Deo patri obtulisse, quicquid Papiſtæ deblaterent & garriant: sed uerbis suis, à Coena ad mortem Domini reijci conuiuas, ut inde fru-

N. VILLAGAGN. ADVER.

*Etiam expectatū percipiant, nihilq; in Cœna percipi, nisi quod à communicante allatum fuerit.*

SI APOSTOLI AD MORTEM  
à Cœnareiecti sint, quomodo in Cœna sacrificij participes fuisse potuerint? Cap. 40.

**I**Niestus sum in maximā admirationē: Quum is neget oblationē corporis ante maetationē, contra veteres figuras Hostiæ pro peccato: quomodo corpus antea non oblatum, sacrificium fuisse confiteatur. Deinde quum Apostolos carne & sanguine Domini, per Cœnæ communionē, verè fuisse pastos affirmarit, quomodo accidere potuerit, vt sacrificij non manducati, nō oblati, nondum sacrificati, re ipsa fierent participes? Nam ante oblationem sacrificij, de sacrificio cōmunicari nō potest, auctore Paulo dicente; Videte Israël  
” secundum carnem: nōne qui hostias e-  
” dunt, participes sunt altaris? Hostia ergo,  
” manducationem debet præcedere.

AN OBLATIO HOSTIAE IN  
sacrificium, & huius Hostiæ maetatio, una  
& eadem res fuisse potuerit.

Cap. 41.

TV

**T**V me ex hac difficultate expedies, v-  
 bi docueris, quæ exemplo oblatio, &  
 Hostiæ maectatio, vna, eadēq; res & actio  
 fuerint. In tuis commentarijs legere me-  
 mini, *Huc omnis ueteris testamenti uictimas per-* **Comment.**  
*tinere: ut ad Christum ducerent pro nobis sacrifi-* **in Epist. ad**  
*catum.* **Hebræ.**

Duxerint: Ex 16. cap. Leuitici dispicia-  
 mus, sacrificij ad sacrificiū similitudinē.  
 Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne om-  
 ni tempore ingrediatur sanctuarium, nisi  
 ante hoc fecerit: Vitulum pro peccato of-  
 feret, & arietem in holocaustum, quumq;  
 obtulerit vitulum, & orauerit pro se, ac p-  
 domo sua, duos hircos stare faciet coram  
 domino, in ostio tabernaculi testimonij,  
 mittens super vtrunq; sortem: vnam Do-  
 mino, alteram capro emissario: Cuius exie-  
 rit fors Domino, offeret illum pro pecca-  
 to. Cuius autem in caprum emissariū, sta-  
 tuet illū viuū corā Dño, vt fundat preces  
 super eum, & emittat eū in solitudinem.  
 His ritē celebratis, offeret vitulum, & ro-  
 gās pro se, ac domo sua immolabit eum.

**ANTE SOLENNES PRECES**

*et oblationem, Pontificem secundum legē  
 sacrificare non potuisse. Cap. 42.*

Hic

**H**ic video aditum in sancta Pontifici non patuisse, ante solennes preces, & oblationem: Video preces, & victimę oblationem, immolationi & mactationi antevertisse. Ex te intelligo, his rebus, nos ad Iesum Christum sacrificatum adduci: Cur ergo negatis oblationem mactationi Domini pręvertisse? Quomodo ante oblationem, Pontifici, sanctuarij fores à Deo vetitas aperitis?

## AN SE OBTULISSE DICITUR

*Dominus, quòd obuiam ierit proditori. Cap. 43.*

**M**ortem oblationi successisse, hac re prætexitis, quòd Christus proditori obuiam processerit, morti se vltro exponens. At considerate, non implere vos figuram sacrificij pro peccato: Nam oblatio extra Ecclesiam, ac sine precibus facta esset: Orans autem offerre debuit Aaron, ad ostium tabernaculi, antequam sancta ingrederetur: Ad hoc Christus progrediens in occursum proditoris, non se Deo patri obtulit (si hæc fuit oblatio) sed carnificibus & proditori.

## NOVVM TESTAMENTVM

*sine sanguine fieri non potuisse, neq; creden-*

*dum esse, in parte, figura pro peccato à*

*Domino satisfactum, in parte non sa-*

*tisfactum fuisse. Cap. 44.*

**A**postolus, adumbratæ hostiæ pro pec-  
 cato, verissimus illustrator, Epist. ad  
 Heb. testatur, Dominum Iesum extra por- Heb. 13.  
 tam passum fuisse: vt figuræ veritas respõ-  
 deret. Quorum (inquit) animalium infer-  
 tur sanguis in sancta per Pontificem, ho- cc  
 rum corpora crematur extra castra: pro- cc  
 pter quod & Iesus vt sanctificaret popu- cc  
 lum per suum sanguinem, extra portã pas- cc  
 sus est. Mirum est, in hoc Dominũ nostrũ  
 figuram impleuisse, dum extra portam in  
 holocaustum emittitur: De cætere autẽ,  
 huic parti non satisfecisse, vt in Ecclesia  
 Deo patri corpus immoladum obtulerit,  
 sanguinemq; in sancta intulerit, antequã  
 extra portam pateretur. Huic proximus  
 est error, quem euulgatis, Cœnam q̄ fuit  
 testamentum Iesu Christi, sanguinis eius  
 oblatione, & asperzione obsignatam non  
 fuisse, sed vino: quamuis idem Apostolus  
 ab exemplo veteris testamenti approbet,  
 nouum testamentum sine sanguine con-  
 fici

N. VILLAGAGN. ADVER.

fici non potuisse. Insuper vt incautis facum faciatis, traditis calicem noui testamenti à Domino à discipulis distributum; figuram sanguinis eius fuisse, qui pro nostra redèptione in cruce est effusus: huic- que noui testamenti nomen imponitis, Cœnæ sanguinē non recipientes. Quæ opinio, sic per Europā vestris artibus per- uagatur, eamq; nacta est auctoritatem, vt hanc vix putē coërceri, aut supprimi posse: etsi veritati non minus esse contraria, quàm luci tenebræ, ei ostendi potest, qui sana mente ad Apostolicam doctrinam se confert. Imprimis ab ea me detrahit Apostolus, docens in comparatione veteris & noui testamēti, vetus sine sanguine dedicatū nō fuisse, vnde planum facit, nec nouum absq; sanguine confici etiā potuisse. Quòd si in vino vt putatis, nouū testamētum confectum sit, certum est vetus testamentum exemplar non fuisse noui.

SI COENA NOVVM TESTA-  
*mentum non fuerit, nullum fuisse nouum  
testamentum constitutum.*

Caput 45.

**H**is intellectis reb<sup>us</sup>, à vobis doceri cupio, vestro iudicio, quid intersit discrimi-

criminis, inter Cœnam, & nouũ testamen-  
 tum. Quantum ad me attinet, hanc nun-  
 quã eripi, ac extorqueri mihi fidẽ patiar,  
 vt vobis credam, poculũ Apostolis à Do-  
 mino distributũ, non fuisse sanguinis no-  
 ui testamenti; sed vini sanguinis figuræ:  
 Nam si vinum fuerit, quum sine sanguine  
 institui testamentum nõ potuerit, Cœna  
 non fuit testamentum: Quòd si hæc, testa-  
 mentum non fuerit, vanum est, à Domino  
 vllũ fuisse cõditũ testamentũ. Toto enim  
 ferè spatio, quod fuit inter Cœnã & mor-  
 tem Domini intermissum, ipse fuit in alie-  
 na potestate vinctus. Quo tempore, secun-  
 dum legem testari non potuit. Superest  
 ergo, vt tempus testamento constituatis:  
 Huic si mortem assignetis, Apostolo repu-  
 gnatis affirmanti, morte testamentũ con-  
 firmatum, non factum fuisse: Vnde, testa-  
 mentum denotat mortẽ antecessisse, at- *Hebræ. 9.*  
 que veteris instar, sanguine obfirmatum  
 esse. Hoc tamen obstinatè inficiantur tui  
 discipuli: volunt testamentum in Cœ-  
 na cœpisse sine sanguine, atque hoc, in  
 morte perfectum fuisse. Sed non senti-  
 unt, hac ratione armis insignibus, Marcio-  
 nis antitheses à se cõfirmari, atq; instrui,  
 quum



N. VILLAGAGN. ADVER.

quum exemplaris rationem non habeat:  
moram inter asperisionem sanguinis, &  
testamentum interponentes.

AN HAEC VOX, EST, APVD

*Lucam & Paulum nouum testamentum  
significet. Cap. 46.*

**P**Ræterea Paulo ac Lucæ aperte con-  
tradidunt & resistūt: hic calix (inqui-  
unt) nouum testamētum est: in sanguine  
meo: hanc vocem (est) significatiuam esse  
vultis, quasi dixerint Apostoli, hic calix  
significat nouum testamentum: sed non  
aduertitis ad eandem ineptiam vos reuol-  
ui. Negatis enim testamentum, etsi hoc si-  
gnificatis, aut contra Paulum, mortem (q̄  
testamenti fuit confirmatio) in Cœnæ lo-  
cum subrogatis.

SI APVD MATTHAEVM ET

*Marcum, est, sanguinem significet, apud Lu-  
cam non posse testamentum signi-  
ficari. Cap. 47.*

**M**attheus & Marcus, vestra confessio-  
ne, non docuerunt testamentum si-  
gnificari, sed huius sanguinem, dicentes:  
hic est sanguis meus noui testamenti: Est,  
enim vestra interpretatione, apud hos si-  
gnifi-

gnificat testamenti sanguinem, non testamentum: ita ergo cōcluditis, testamentum sine sanguine esse non potuisse, aut falsam fuisse significationem. Nam quod non est, nec futurum est, significari non potest. Quòd si Cæna testamentum fuit & sine sanguine testamentū dedicari non potuit, poculum quoq; sanguinis non vini fuisse palàm est.

POTVM SANGVINIS IN

*Cæna, aspersioni sanguinis ueteris  
testamēti, meritò respondere.*

Caput 48.

**I**Rides eos qui Mosaicę sanguinis aspersioni, potum sanguinis testamēti noui, *Ad Heb. 9* respondere docuerunt. E quorum numero est Chrysostomus vir sanctissimus & doctissimus, dicēs animas discipulorum, librum fuisse testamenti, eorum corpora, tabernaculum & vasa testimonij: nos populum esse. Sed irrisores irridebit, & subfannabit Dominus, atque sapientes in sua sapientia comprehendet. Vir sanctus non est sine auctore in hanc sententiam adductus: Paulus 8. cap. ad Heb. Ieremię hunc <sup>cc</sup> ita explanat locum: Ecce dies veniet dicit

E Do-

N. VILLAGAGN. ADVERS.

33 Dominus, consummabo super domum  
 33 Israel, & super domum Iuda testamen-  
 33 tum nouum, non secundum testamen-  
 33 tum, quod feci Patribus eorū, in die qua  
 33 apprehendi manum eorum, vt educerem  
 33 eos de terra Aegypti: Paulò post: hoc est  
 33 testamentum, quod disponam domui Is-  
 33 rael: Post dies illos, dabo leges meas in mē-  
 33 tibus eorum, & in corde illorū superscri-  
 33 bam illas. Si Lex Domini in mentibus, &  
 33 cordibus fidelium scripta sit, nūquid me-  
 33 ritò dici possunt Apostoli in volumen li-  
 33 brumq; legis euasisse? Item scriptum est:  
 33 inhabitabo in eis & inambulabo: Quum  
 33 in eis Deus inhabitet, nunquid taberna-  
 33 culum Dei meritò dicentur? Iesus Chri-  
 33 stus à Paulo tabernaculum vocatus est:  
 33 Christus (inquit) assisteas Pontifex futu-  
 33 rorum bonorū, per amplius & perfectius  
 33 tabernaculum introiuit semel in Sancta.  
 33 Cur ergo ridiculi tibi videntur, qui Apo-  
 33 stolos, in quibus inhabitat Dominus, vi-  
 33 cem tabernaculi suppleuisse existimant?  
 33 Si vasa ministerij non fuerunt, nec Paulus  
 33 fuit vas electionis. Quum ergo ij volumē  
 33 legis, & tabernaculum testimonij, vasa  
 33 que fuerint ministerij, hos aspersos fuisse  
 aqua

aqua mixta sanguine, nemo sanus inficiabitur, eisque aspersionem potu sanguinis obtigisse.

SI MANDUCATIO SIT

*opus fidei impossibile est Apostolos manducasse.*

Cap. 49.

**H**AEC in hanc causam tanto studio explicauimus, ut monstrarem non absque iudicio, dogma tui discipuli à nobis reiectum fuisse, dicentis. Apostolos in Coena suam sanctificationem non hausisse à corporis manducatione, sanguinisque potu, sed à cruce: credendo CHRISTVM pro nostris peccatis moriturum, ac pro nostra aeternitate resurrecturum: atque eò usque suam sanctificationem, Coenaeque fructum suspensum fuisse: ac fidei effectum, fuisse corporis manducationem, quod credendo, resurrectionem uitamque manducamus. Ostendimus tamen si hoc verum est, ab Apostolis corpus manducatum non fuisse. Nam teste Ioanne, cap. 13. nec mortis, nec resurrectionis illi fructum in Coena sperabant, aut credebant. Hæc sunt eius verba: Filioli, adhuc modicum vobiscum sum, quæritis me & sicut dixi Iudæis: Quò ego vado, vos non potestis venire.

- venire. Quem Simō Petrus interrogavit,  
 Domine quò vadis? Hæc verò post Cœ-  
 nam acta fuisse certum est. Hinc ergo cer-  
 tò constituemus vim mortis Domini A-  
 postolos latuisse: deinde Domino dicen-  
 ti, vado parare vobis locum, & si abiero &  
 preparauero vobis locum: iterum venio,  
 & accipiã vos ad me ipsũ, vt vbi sum ego,  
 & vos sitis: & quò vado vos scitis, & viã  
 scitis, dicit Thomas. Domine nescimus  
 quò vadis, & quomodo possimus viã sci-  
 re? Rursus idem, planum facit Apostolus  
 nullam fidem resurrectioni adhibuisse.  
 Hoc de se & Petro loquitur, expressis ver-  
 bis attestatur. Tum ergo introiuit & ille  
 discipulus qui venerat primus ad monu-  
 mentum, & vidit & credidit, nondũ enim  
 sciebant scripturam, quia oporteret eum  
 à mortuis resurgere. Cleopas id ipsum ig-  
 norare se monstrauit, dicens: sperabamus  
 quòd redempturus esset Israël: de tempo-  
 rali regno cogitans. Si ergo eo quo tu tra-  
 dis modo, caro manducaretur, illi sanè  
 non manducauerunt.

AB EXEMPLO ASPERSIONIS VETE-  
 ris testamenti ad emundationẽ carnis, Paulũ cõ-  
 scientiarũ emũdationẽ testamẽti noui sanguine,  
 probare. Cap. 50. VT

**V**T Apostolus probet veri sanguinis *Heb. 9.*  
 potu, cōscientias emundari ab ope-  
 ribus mortuis ad seruiendum Deo viuen-  
 ti: hoc ostendit ab aspersione sanguinis  
 hircorum & taurorum, cinerisq; vitulæ:  
 Si, inquit, sanguis hircorum & taurorum, *cc*  
 & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sancti- *cc*  
 ficat ad emundationem carnis, quātō ma *cc*  
 gis sanguis Christi, qui per Spiritum san- *cc*  
 ctum semetipsum obtulit immaculatum *cc*  
 Deo, emundabit conscientiam ab operi- *Hilarius.*  
 bus mortuis. Hilarius aduersus Arrium *cc*  
 lib. 8. docet, omnem comparationem ad *cc*  
 intelligentiæ formam præsumi, vt id de *cc*  
 quo agitur secundum propositum exem- *cc*  
 plum assequamur: Necessè ergo est, no- *cc*  
 stram sanctificationē ad exemplū à Pau-  
 lo propositum referri, & Apostolos suam  
 expiationem (vt cum Dionysio loquar)  
 sanguinis mysterio, in testamenti confe-  
 ctione assecutos esse: quam Patres Hebræi  
 assequerentur. Repetam tamē quod à no-  
 bis antea demonstratum est, à morte (quæ  
 testamenti confirmatio, oblationisq; cō-  
 summatio est) ei quæ à testamento est san-  
 ctificationi, vim adhiberi, perfectionisq;  
 efficacitatem accedere.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
CHRISTVM LEGEM NON

*impleuisse, nisi sanguinem suum in Sancta,  
ante mortem intulerit. Cap. 51.*

**D**Octrinam tuam inspectans, hac præcipuè ratione in errorem te incidisse existimaui, quòd corporis & sanguinis oblationem, in Cœna esse factâ inficieris: sed si in Paulum animum intendisses, hûc lapsum faciliè vitasses: Docens enim non per tabernaculum manu factum, nec huius creationis, sed per proprium sanguinem in Sancta introiuisse, indicat sanguinem à Spiritu oris sui sancto fabricatum, *Chryso.* vt ait Chrysostomus, de spirituali sanguine *ad Heb. 9.* ne sermonem habens. Quomodo, inquit, „ si sanguis est spiritualis, non fluxit è corpore? fluxit, inquit, sed quod fuit à sancto Spiritu fabricatum, quum dixit: hoc „ est corpus meû, hic est sanguis meus. Per „ hunc ergo sanguinem intrauit in Sancta, quum se ipsum pro nobis sanctificauit, Deo patri se, sanguinemque offerens. Hoc quû tuis displiceret, ex eis quæsiui, quid putarent à Paulo Sanctorum appellatione intelligi? Ij tecum intellexerunt ea cœlû esse, vbi Chr̃s sedet ad dexterâ Patris: Ergo, inquam, cœlum Christo (qui Sancta *Sano*

Sanctorum est) erit tibi sanctius? Ego vè-  
 rò cum Chrysoftomo ac Cyrillo iudica-  
 ui: Sancta sanctorum esse diuinum Chri-  
 sti corpus, à quo Apostoli, ac Ecclesia san-  
 ctitatem adepti est corporis participa-  
 tione: tumque in Sancta proprium san-  
 guinem intulisse, quum Deo se, sangui-  
 nemque obtulit, bibitque cum Apосто-  
 lis, vt per eum sanguinem, etiam in San-  
 cta & ipsi introirent, corporis (vt dixi-  
 mus) communionem, atque vt in eo sancti-  
 ficarentur. Nam qui Christum contendit  
 sanguinem pro nobis effusum, in Sancta  
 ante mortem non intulisse, meo iudicio  
 non bene subducta ratione esse videtur,  
 ad veritatis intellectum, sed se in hunc er-  
 rorem induere, vt affirmandum sibi sit,  
 secundum legem sacrificium pro peccato à Do-  
 mino confectum non fuisse. Nam anima- Heb. 13. ca.  
 lium, quorum corpora extra castra crema-  
 rentur, necesse fuit sanguinem in Sancta  
 inferri per Pontificem, antequam crema-  
 retur. Hoc ergo à Christo impletum oportet  
 tuit, vt sanctificaret populum per suum san-  
 guinem, antequam extra portam passus fue-  
 rit. Opponitur, hinc à me doceri sanctifi-  
 catum esse populum per eum sanguinem,



N. VILLAGAGN. ADVER.

qui extra portam, non qui in Cœna effusus sit: sed respōsi loco sumi potest, quod est à nobis supra demonstratum, mortem fuisse & confirmationē testamenti, ac oblationis, & sanctificationis consummationem: vimq; perficiendæ sanctificationis, à morte ad testamentum accessisse: quod vt ostendat Paulus, dixisse, passum esse extra portam, vt per sanguinem populū sanctificaret.

QVOMODO SE CHRISTVS  
pro nobis sanctificauit, & quid sanctificare  
significet. Cap. 52.

PRæterea quum Apostolus docet, Christum se per Spiritum obtulisse, si de morte hoc intelligamus, tam Spiritu seorsum à corpore mortuum eum fuisse ostendemus, quàm Spiritu illum māducas: Tū ergo oblationem in Cœna factam defendo, quum pro nobis seipsum offerens, lauansq; in vix sanguine stolam suam sanctificauit, tuncq; oblationem, atque sanctificationem consummatam fuisse, quū extra portam passus est. Ne me putes de meo hæc attulisse, subiungam Cyrilli sententiam hanc materiam tractantis, cap. 25  
lib. II. in Ioannem, Sanctificari, inquit, secundum

Gene. 49.

Cyrillus.

22

cundum legalem cōsuetudinem dicitur, quod vt sacrum Deo offertur: quēadmodum & omne primogenitum vuluā aperiens in filijs Israēl. Paulò pōst: Hanc sanctificandi secundum legem significatiōnem perspicuam Salomon facit, dicens, laqueus viro est citò suorum aliquid sanctificare, sequitur enim pœnitentia plerunq; post votum. Ita sanctificare, offerre quicquam Deo secundum legis cōsuetudinem significat: Pro nobis igitur sanctus Christus sanctificauit, id est, obtulit; obtulit nempe se ipsum Deo patri vt sanctā hostiam, mundum ei reconcilians. In Cœna ergo cū se sanctificauit, se obtulit, Sanctorum viam propalans, id est, notam nobis viam faciens sternensq;, qua ad Sancta sanctorum sanguinis præsidio perueniamus. Rursus subiungit Cyrillus. Sed q̄ in his verbis saluatoris intentio est? sanctificationem in Spiritu, & per Spiritū ad nos ex Patre deriuabat, & quod erat initio quando à Deo creati fueramus, id ipsum renouat: Paulò pōst: Quum igit̄ sanctus sit natura Deus, quumq; ipse sanctificationem creaturis immittat, efficiatq; vt creatura & sit, & duret in sancto Spiritu.

N. VILLAGAGN. ADVER.

„ tu: propter nos sanctificatur: non ab alio  
 „ id acquirens. sed ipse suę carni sanctifica-  
 „ tionem immittens. Ita Spiritum sibi ipsi  
 „ vt Deus præbet, & vt homo accipit, quod  
 „ non propter se ipsum, sed propter nos fe-  
 „ cit, vt ex ipso, & in ipso primo, recepta san-  
 „ ctificationis gratia, ad totum genus tran-  
 „ sfiret. Nam quemadmodum in primo ho-  
 „ mine morti addicti sumus maledictione,  
 „ benedictio ac viuificatio quæ per Spiri-  
 „ tum est, ad totam nostram penetrauit na-  
 „ turam. Sequenti capite hoc planiùs facit  
 „ his verbis: Vt igitur inter nos & Deū sin-  
 „ gulos vniret, quamuis corpore simul &  
 „ anima distemus, modum tamen adinue-  
 „ nit consilio Patris & sapientiæ suæ con-  
 „ gruentem, suo enim corpore credentes  
 „ per communionem mysticam benedi-  
 „ cens, & secum, & inter nos vnum corpus  
 „ effecit. Nam si omnes vnum corpus man-  
 „ ducamus, vnum omnes corpus efficimur.  
 „ Idcirco Ecclesia etiam corpus Christi ef-  
 „ fecta est: In fine capit. Vnum dico ha-  
 „ bitudine atque effectu, vt incipientes di-  
 „ cebamus vnum pietatis consensu, vnum  
 „ sanctæ carnis communionem, vnum vnus  
 „ sancti Spiritus participatiõe. Miror ergo,  
 quum

quum nobis in introitum sanctorum Christi  
 ftus in suo sanguine viam nouam, ac vi- *Hebr. 9.*  
 uentem per carnem suam initiauerit, quo-  
 modo hac neglecta in viam tuam desle-  
 ctis, vt sensu carnis tuæ captus, vino & pa-  
 ne iter ad sanctificationem facias. Typus  
 antiquæ sanctificationis indicis tibi loco  
 esse debet, quomodo Christus summus  
 Pontifex in sancta introiuerit, eo enim  
 modo quo veteribus, illi ad sancta patuit  
 aditus. Animo etiam repete, quid externi  
 auxiliij, ad fidem pœnitentes adiungere  
 deberent, cum ad sanctificationem acce-  
 debant: vt ex hoc intelligas in veritate ita  
 sanctificatum te esse oportere, ad consci-  
 tiæ puritatem, atque in vmbri ante lucis  
 ortum illi sanctificarentur, neque tuam,  
 quàm illorum fidem pluri esse ad sancti-  
 tatem: sed in veritate secundum Christi  
 preces, Pater sanctifica eos in veritate, san *Ioan. 17.*  
 ctificari te oportere cognosce. Iesus autē  
 Christus veritas est, eodem ipso dicente,  
 sermo tuus est veritas: in mentem tibi ve-  
 nire eorum debet, qui igne alieno sacrifi-  
 cantes perierunt.

APOSTOLOS POTV SAN-  
 guinis in Cœna sanctificatos, ac purgatos, sed in  
 cruce redemptos. Cap. 53. Sic

Heb. 9.

**S**imulac Apostolus sanguinis mentionē  
 fecit, cuius asperſione emundantur no-  
 ſtræ conſcientiæ ab operibus mortuis, ad  
 ſeruiendum Deo, hæc addit rationem. Et  
 ideo noui teſtamēti mediator eſt, vt mor-  
 te intercedente in redemptionem earū  
 præuaricationum, quæ fuerant ſub prio-  
 ri teſtamēto, repromiſſionem accipiant,  
 qui vocati ſunt æternæ hæreditatis. Vi-  
 des Apoſtolos ſanctificationem aſſequu-  
 tos, gratosq; factos ad ſeruiendū Deo vi-  
 uenti ante mortem teſtatoris, ſed nõ fuiſſe  
 ſe capaces hæreditatis æternæ, quouſque  
 redempti fuerint à mortis maledicto, ſub  
 peccato venundati. Quamobrem & ſan-  
 guinem in cruce fundi oportuit, vt decre-  
 tum, quod erat aduerſum nos, deleretur.  
 Verum eſt, vno quidem ſanguine purga-  
 tos ac redemptos fuiſſe Apoſtolos: ſed in  
 Cœna ſanctificatos Patrū inſtar, in mor-  
 te autem redemptos, Nā neceſſariò in ve-  
 teri lege, ꝑꝑiciatorio ſacrificio holocau-  
 ſti ſacrificium ſuccedebat. In interiorem  
 enim eodē ſemel in anno ſummus Pōtifex  
 ingrediebatur, oblatiſ priùs hoſtijs propi-  
 tiatorijs, habēs vtrāq; manū plenā, vnā va-  
 ſculo carbonū, alterā incēſo cōpoſitionis,  
 vt

vt quū fuisset ingressus, statim superposito incenso carbonib⁹, fumus ascenderet, totamq; ædē repleret, vt aspectū Sanctorum quem ingressus Pontificis reuelauerat, nubes velaret incensi. Incensum autē sunt orationes nostræ, quas fundit Deo Pontifex, quasq; igni charitatis ac Spiritus sancti purgat Domin⁹. Sed & ipsa azymorum solēnitas nos docet, propitiatiōnē saluti ac holocausto anteuertere, principium enim azymorum ad finem Pasche coniungitur. Pascha autem ille dies appellatur, in quo agnus occiditur, reliqui verò azymorum dies appellantur. Facies, inquit scriptura, solennitatem azymorū septem diebus. Vide quò pertineat sacrificium salutare. Prius repropitiatio querenda est, & post hæc offerendum est sacrificium salutare. Non enim, vt ait Cyrillus lib. 5. in Leuiticum, saluus esse quisquam potest, nisi prius propitiet Deum. Huic proximum est, quod sacrificio propitiatorio incensum admouebatur: pro holocausto autem, nec oleum lætitiæ, nec thus suauitatis accedebat. Hęc diffusissimè tractat Cyrillus in Leuiticum. Veruntamen horum beneficiorū, quū tota vis in montis

Cyrillus.

“

“

—

tis

tis merito sita sit, dici posse fateor, vt iam  
 demonstrauius, effectus sacrificij in cor  
 na facti mortem fuisse cōsummationem,  
 & perfectionem. Atq; eatenus sanctifica  
 tionem, nostramq; propitiationē ad mor  
 tem pertinere, quia à morte eius vita de  
 pendeat. Sed ij effectus à te confundunt:  
 Si quid autem Cyrilli sententia tibi dubi  
 tationis attulerit, considera in corpus Do  
 mini Ecclesiam inseri debuisse, vnumq;  
 cū eo corpus ante mortē effici, vt suū fie  
 ret mortis ac resurrectionis meritum, nō  
 imputatione quidem, sed eo modo, quo  
 Adami rebellio nostra fuerit, & vt in iusti  
 corpore insiti, cū eo moreremur, atq; per  
 passionem in gloriam resurgeremus. Sic,  
 vt diximus, tota vis sacrificij in cōmunio  
 ne atq; gratiarū actiōe nō cōsistit: sancti  
 ficationem enim secum habet cōiunctam  
 cōmunio. Infitio enim & vnitas fieri non  
 potuit, quin fermētum malitiæ expurga  
 tum esset, vt fieret noua cōspergio. Nā cū  
 puritate non coeunt sordes, nec Ecclesia  
 sordida Spiritū Dei continere posset, nec  
 cū azymis sinceritatis cohærere, si verò  
 vnita corporaliter & naturaliter nō fuif  
 set, nec cū Christo cōsepulta esse, nec re  
 surges

furgere potuisset. Ex his ergo reb<sup>9</sup> in hęc adductus sum sententiã, vt Ecclesia in ara crucis redempta sit, in Cœna verò sanctificata, ac eluta instãtis mortis merito: ab- lutionem enim peccati satisfactio subsequitur. Opponitur, mūdōs ante Cœnam fuisse Apostolos, propter verbū quod audierant, vt inquit Dominus, vos estis mundi, sed non omnes. Veruntamen huic rei Dominum respondisse, qui lotus est, ei o- *Ioan. 15.*  
 pus esse vt pedes lauet, præterea habenti *Ioan. 13.*  
 dari, & abundantius dari. Ideoque Cœnã *Luc. 19.*  
 fuisse propitiatoriam, vt ampliorem mun-  
 dationem consequerentur.

TESTAMENTO DIMITTI

*peccata. Cap. 54.*

**A**D hanc probationem accedit Pauli testimonium cõfirmantis, testamēto dimitti peccata, hoc est testamentum (inquit) quod testabor ad illos: post dies illos, dicit Dñs, dabo leges meas in cordib<sup>9</sup> eorum, & in mentibus eorum inscribam *Hebra. 8.*  
 illas, & iniquitatum & peccatorū eorum *cc*  
 non recordabor ampliùs. Vbi autem ho- *cc*  
 rum remissio, iam nõ est oblatio pro pec- *cc*  
 cato. Quum in testamento de remissione *Hebra. 10.*  
 peccat<sup>9</sup> *cc*



Cyprianus  
in Cœna.

peccatorum certiores fiamus, atq; credamus in Cœna fuisse testamentum institutum sanguinis potu & aspersione, non dubitandum est Apostolos reconciliationem, atq; purgationem in Cœna obtinuisse: Cyprianus in hanc sententiam holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates Eucharistiam vocat.

IESVM CHRISTVM ITA

*demum sacrificium fuisse, si ante holocaustum cum precibus sui corporis oblationem fecerit.*

Cap. 55.

Psal. 109.  
Hebr. 5.

**Q**uamuis à nobis suprà sit demonstratum, oblationem Hostiæ debere mactationem præcedere, non abs re tamen mihi videtur hac quoque consideratione id confirmare. Scriptum est, Iesum Christum esse summum Sacerdotem, secundum ordinem Melchisedech, eum etiam fuisse Hostiam, & sacrificium pro peccato. Nisi tamen oblatio Hostiæ, mactationi præverterit, neutrum horum esse potuisse. Pontificis Melchisedechi typum non referebat Christus, quum penderet affixus ligno, damnatus sententia, quam pœnam sequi oporteret, factus pro nobis maledictum, exe-

execratio, holocaustum & pro peccato, fe-  
 rens humanas iniquitates, vermis & non  
 homo, & hominum nouissimus. Qua con-  
 sideratione à Melchisedecho longissimè *Leuit. 16.*  
 differebat. Sacrificium nec etiam fuisset,  
 non priùs oblatum, quàm sordib' nostris  
 Pontificis imprecatione pollueretur, hiri-  
 ci emissarij exemplo. Hic enim immacu-  
 latus offerebat, & postquàm peccatis po-  
 puli, imprecatione Pontificis sordidatus  
 esset, in perditionem emittebatur, offerri-  
 que amplius non poterat. Tum Christus  
 autem Melchisedecho perfectè respóde-  
 bat, quum sui iuris existens, à plebe maxi-  
 mis iubilationibus Rex pacis salutatus, at-  
 que diuinis affectus honoribus, panem &  
 vinum, id est, corpus & sanguinem obtu-  
 lit Deo, suos que pavit, ab inimicarum po-  
 testatum cæde, ac mundi victoria, ad glo-  
 riam regni in eo properantes. Scriptum est: *Matth. 21.*  
 Dicite filiæ Sion, ecce Rex tuus venit ti-  
 bi mansuetus, sedens super asinam & filiū *cc*  
 subiugalis. Turbæ autem quæ præcede- *cc*  
 bant & sequebantur, clamabant dicētes: *cc*  
 Osanna filio David, benedictus qui venit *cc*  
 in nomine Domini, Osanna in excelsis. *cc*  
 Tunc ergo verè Melchisedechi Regis &  
 Facer-

N. VILLAGAGN. ADVER.  
sacerdotis typum referebat.  
OSTENDITVR CHRISTVS  
holocausti uerius, quàm oblationis uicem in  
cruce expleuisse. Cap. 56.

**H**Ac quoque ratione Christum in Cœ-  
na se obtulisse, probari posse existi-  
maui, quod in ara crucis, meo iudicio ho-  
locausti uerius, quàm oblationis uicem subiuit,  
Hostiaque non Hostijs litauit: in super in  
cruce panis & uini à Melchisede cho obla-  
ti, figuræ non satisfecit, nec emundatio-  
nis cælestium necessitatem secundum ex-  
plar ab Apostolo propositum præstitit. Do-  
cuimus tabernaculum, librum legis, va-  
saque testimonij Apostolos, eorum men-  
tes, populumque significasse, eosque Apo-  
stolos res esse cælestes, quas necessario  
melioribus Hostijs mundari oportuisse  
*Hebra. 9.* docet Apostolus, quàm fuerint exempla-  
ria, quæ sanguine brutorum in uetere te-  
stamento emundabatur. Quum ergo hac  
in re ueritas figuræ respondeat, quare mi-  
nus necessarium esse putabis, Apostolos  
in Cœnæ sacrificio obtinuisse, quod sua  
eorum exemplaria in Cœnæ figura ha-  
buerint? Si hæc nostra sententia non nihil  
tibi negotij exhibeat, edissere quid cæle-  
stium

stium Paulus, quidue Hostiarum meliorū  
 nomine intellexerit, quibus in nouo te-  
 stamento cælestia mundari oportuerit,  
 cūrue plurali numero Hostiarum non Ho-  
 stia meminerit. Quantum ad me attinet,  
 iudico de Hostijs eum intellexisse, quas in  
 peccatorum remissionem Sapiaentia ma-  
 ctasse apud Solomonem prædicitur, pro-  
 uerbiorum nono dicentem: Sapiaentia pa-  
 rauit mensam suā, mactauit victimas suas,  
 dixit: Venite, eūte panem meum: bibite  
 vinum quod miscui vobis. Vno ergo mi-  
 xto, sanguinem effusum in remissionem  
 peccatorum prædicari, & pane, corpus p-  
 nobis in propiciatorio sacrificio oblatū  
 intelligo, antequam salutis & redemptio-  
 nis Hostia, holocausto, id est, charitatis in-  
 cendio consumaretur. Hæc dicentem tui  
 ad commentarium tuum in Genesim me  
 reiecerunt, vbi negas panis & vini Mel-  
 chisedechi oblationem, ad Christum re-  
 spexisse, sed ad Abrahamum à cæde Regū  
 redeuntē, de via fessum conuiuio acceptū  
 spectasse, quamobrē stultitia non vacare  
 qui credant, illud conuiuium corporis &  
 sanguinis vmbra esse. Hæc legens nega-  
 re te etiā credidi, Iesum Christum secun-

Cap. 14.

dum ordinem Melchisedech sacerdotem  
 fuisse, nam si tua sententia veritate nititur,  
*Hebra. 5.* nunquam Pontificio munere functus est  
 33 Melchisedech. Omnis enim Pontifex assu-  
 mitur ex hominibus, ut offerat dona & sa-  
 crificia. At tuo iudicio nunquam obtulit  
 Melchisedech: Si ergo secundum huius or-  
 dinem, qui nunquam obtulerit, Iesus Chris-  
 tus Pontifex fuerit, is nec unquam obtu-  
 lisse dicendus est. In hos, inquis, Melchise-  
 dech Pontificem se gessit, quod Abraham  
 benedixerit, sed si propterea sacerdos di-  
 ci possit, non verum est omnem Pontifi-  
 cem ex hominibus assumi ut offerat, sed  
 ut benedicat: quamobrem tam secundum  
 ordinem Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Da-  
 uid, & Patrum dici potest Iesus fuisse Pon-  
 tifex, quam secundum ordinem Melchi-  
 sedech. Ex usu fuit omnium Pontificum,  
 ut post sacrificium populo benedicerent:  
 quae etiam religio ad nostri temporis sa-  
 cerdotes traducta est, qui post missam po-  
 pulo ac Ecclesiae benedicant, sed qui in le-  
 ctionem Genesis animum infiget, facile  
 iudicabit oblationem panis & vini, Deum  
*Gene. 14.* altissimum spectasse. Nam scriptum est, pa-  
 33 nem & vinum protulit. (erat enim sacer-  
 dos

dos Deo altissimo): vt nonnulli habēt co-  
 dices: vel altissimi, vt vulgaris habet edi-  
 tio. Vide an hęc dictio(enim) frustra hūc  
 locum occupet: tantum mihi significare  
 videtur, ac si dixisset, quoniam erat sacer-  
 dos, obtulit Deo altissimo panem & vi-  
 num: Si in hoc nō acquiescis, expone cur  
 necesse fuerit Melchisedech sacerdotem  
 esse Dei, vt fame laborantem exercitū cō-  
 uiuio acciperet: hoc & solent facere, qui  
 sibi à militum violentia prospiciunt: sed  
 frustra hunc locum tot verbis terimus,  
 quum hactenus in Ecclesia fuerit nemo,  
 qui tibi huius tuæ sentētiae auctor fuerit.

OMNES POST BEATVM PE-  
 trum sacrificij mentionem fecisse.

Cap. 57.

**A**B auctoritate vniuersalis Ecclesie, in  
 hanc quam exposuimus fidem, atq;  
 religionem adductus sum. Nemo enim à  
 B. Petri temporibus est inuentus, qui sa-  
 crificij Cœnæ dominicæ non meminerit,  
 contra tuam traditionem institutæ. Cle- *Alexander*  
 mens & Anacletus, qui Petri & Pauli co- *Epistola*  
 perarij fuerunt. Et post eos Alexander: *decretali.*  
 Crimina (inquit) & peccata oblati his<sup>cc</sup>

Domino sacrificijs delentur: talibus Hostijs delectatur Dominus, & peccata dimittit ingentia.

PROBATVR EO MODO SACRIFICIO Ecclesiam à principio usam fuisse, quem hodie obseruat Ecclesia.

Caput 58.

**A** Beorum temporibus in hanc nostram aetatem, neminè à religione hac defecisse, Iustinus, Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, Chrysofost. Hierony. Ambros. August. & qui post eos scripserunt Orthodoxi, locupletissimi sunt testes. Ij enim Iesu Christi corporis & sanguinis oblationè acerrimè defendūt, traduntque eo modo esse ab Apostolis acceptam, quem hodie obseruat Ecclesia: præcipuè Cyprianus ea ipsa epistola, (ex cuius truncatis quibusdã sententijs captas tibi Francisci Regis nostri assensionem, animùmque erga te concilias) docet apertissimè hanc offerèdi & sacrificandi legem, à Christo, atq; ab Apostolis profectam esse. Hæc sunt verba quæ

» tu Frãncisco reticuiisti; Si Iesus Dominus &  
 » Deus noster, & summus Sacerdos Dei patris,  
 » & sacrificium Deo patri primus obtulit,  
 » & hoc fieri in suam cõmemoratiõnem

Epistola 3.  
lib. 2.

Cyprianus.

nem præcepit: utique ille Sacerdos vice  
 Christi verè fungitur, qui id, quod Chri-  
 stus fecit, verè imitatur: Audi præcepto  
 Christi, Ecclesiam offerre quod obtulit  
 Christus. Paulò post adhuc se planius ex-  
 plicat, ut intelligatur, de Cœnæ sacrificio  
 loquutus esse. At enim (inquit) nõ manè,  
 sed post Cœnam, obtulit Dominus: Dein  
 de, circa vesperam offerre Christum oportebat,  
 ut ostenderet occasum & vesperam  
 mundi. Paulò post: Nos autè resurrectio-  
 nẽ Domini manè celebramus, & quia pas-  
 sionis eius menciónem in sacrificijs omni-  
 bus facimus (Passio em̃ Domini est sacri-  
 ficiu quod offerimus) nihil aliud quàm  
 quod ille fecit, facere debemus. Scriptura  
 enim dicit: Quotiescunq; enim ederitis  
 panem istum, & calicem biberitis, mortẽ  
 Domini annũciabitis, donec veniat. Quo-  
 tiescunq; ergo calicem in cõmemoratio-  
 nem Domini & passionis eius offerimus:  
 id quod constat Dominum fecisse, facia-  
 mus. Alio loco hoc sacrificio purgari, in  
 Cœna, & deleri iniquitates exponis, his  
 verbis. Sed ex quo à Dño dictum est, hæc  
 est caro mea, hic est sanguis meus, quoties-  
 cunq; his verbis, & hac fide dictum est,



panis iste substantialis, & calix solenni be-  
 nedictione sacratus, ad totius hominis vi-  
 tam, salutemq; proficit: simul medicamē-  
 tū ad sanandas infirmitates, & holocaustū  
 ad purgandas iniquitates existens.

*Chrysoſto.*

Post hunc Chrysoſt. in epist. ad Hebrę.  
 cap. 9. Pontifex autem noster, ille est qui  
 Hostiam mundantem nos obtulit: ipsum  
 offerimus, & nunc quæ tunc oblata quid-  
 dem, consummari non potest.

*August. lib.*

Augustinus, cibus ille incomparabilis,  
 ineffabilis viaticum tibi erit saluberrimū  
 redemptionis tuæ precium, redemptoris  
 monumentum, & redempti munimentū.

*de Visit.*

*infirm.*

*libro 2.*

*cap. 3.*

*Psal. 73.*

*Sermon.*

*28. de*

*uerbis*

*Domini*

*in Luc.*

*De Tri-*

*nitate,*

*libr. 17.*

*cap. 20.*

Item alibi: Sacramenta noui testamenti  
 dant salutem. Sacramēta veteris testamen-  
 ti promittebant saluatorē. Alibi: Qui vul-  
 nus habet, medicinā requirat. Vulnus est,  
 quia sub peccato sumus, medicina est. ca-  
 leste, & venerabile Sacramentum. Alibi:  
 Ita enim sacrificium successit omnibus il-  
 lis sacrificijs veteris testamenti, quæ im-  
 molabantur in umbra futuri. Propter quod  
 vocem etiam illam eiusdē mediatoris per  
 Prophetam loquentis: sacrificium & obla-  
 tionem noluiſti, corpus autem perfecisti  
 mihi. Quia pro illis omnibus oblationi-  
 bus,

bus, corpus eius offertur, & participantibus ministratur.

Ex his locis apparet falsum esse, à Cœna ad mortem Apostolos amandatos fuisse: ut à peccatis mundarentur, fructuque oblati in cruce Christi corporis potirentur, atque eam gratiam haurirent, quam extra crucem hauriri non posse contēditis.

NON AMPLIUS NOBIS COE  
nam prodesse quàm Apostolis.

Cap. 59.

**A** Vestra doctrina hac quoque re deterritor: quòd dissimili ab Apostolis ratione, nos velitis mortis frui beneficio. Illi in Cœna, vestro iudicio, nihil sumpserunt, sed ad mortem futuram remissi sunt: nos econverso à morte ad Cœnam amandamur: Sed credibile est, non plus ad nos, quàm ad illos emolumentum ex Cœna peruenire, nisi obstiterit hæc acutissima tui Petri traditio, qua tuo nomine nos instruit. *A uobis carnem Christi non manducari: sed in uos inspirari & traduci: ceu solem conspiciamus radijs in terram emicantem, ad generandos, uege De Cœna: tandosque eius fœtus, suam quodammodo substantiam cap. 20. in ad eam traicere: sic non inferiorem esse Spiritus stitutio.*

Sancti irradiationem, ad communionem carnis & sanguinis Christi in uos traducendam.

SI SPIRITVS SANCTI IRRADIATIONE corpus Christi traducatur, non ad mortem Domini Apostolos amandari debuisse, sed ad diem, quo Spiritum Sanctum acceperunt.

Caput 60.

**H**Oc si verum est, fateor Petrū optimam ducirationem docentem. Apostolos à Cœna amandatos, non ad mortem solum, sed ad eum diem, quo Spiritum Sanctum in nomine Trinitatis acceperunt. Si enim caro non manducatur, sed Spiritus irradiatione in animam traducitur: (quum Cœnæ tempore nõdum Spiritus ad Apostolos missus esset) irradiatio in eorum animas peruenire non potuit, uti ad vos Baptismo traduci docetis. In eos qui post aduentum Spiritus, Cœnam celebrant, Spiritum immitti, & traicci posse minùs mirum est: in Apostolos autem ante Spiritus infusionem, eam fieri traductionem potuisse non intelligo. Si dixeritis carnis communionem in animas traduci, non carnē ipsam, respõsi loco sumi potest, quod à nobis est suprà demonstratum.

tum. Participationem, quæ non est substantia, nec etiam traduci posse.

OSTENDITVR APOSTOLOS

*Cœna aut passionis tempore nondum Spiritum Sanctum accepisse Cap. 61.*

**A**postolos nondum in Cœna Spiritum accepisse testatur Augu. Quales, (inquit) erant discipuli Christi, quando cum eis ante passionem loquebatur, magna cum paruis: sed sic oportebat, ut diceretur magna paruis, quia nondum acceperant Spiritum Sanctum. Quemadmodum enim post eius resurrectionem, vel ipso insufflante, vel desuper veniente, acceperunt, humana magis quam diuina sapiebant: Hoc ipsum testatur Dominus dicens. Expedi vobis, ut ego vadam. Si enim non abiero, Paracletus non veniet ad vos. Si autem abiero, mittam eum ad vos, Itaque post resurrectionem scriptum est. Hæc quum dixisset, insufflauit, & dixit eis. Accipite Spiritum sanctum. Ut propositum teneas dicere debuit Dominus. Spiritus in vos meæ carnis communionem infundet, non autem mittam eum ad vos.

PECCARE SOLIS SIMILITV.

*Anem, ad probandam Christi carnis translationem Spiritus irradiatione. Cap. 62.*

Hæc

August. in

Ioan. 16.

Tract. 103.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

Ioan. 16.

cc

cc

cc

Ioan. 20.

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

cc

De Coena  
instituit.  
cap. 20.

Joan. 6.

**H**AEC irradiatæ & traductæ carnis tuæ  
disciplina, tam noua est & inaudita:  
vt mirari fatis nequeam, quomodo hanc  
comminisci potueris: bis peccare mihi vi-  
detur similitudo, qua tu nos posse in tuos  
laqueos irretiri arbitratus es. Sol tibi quo-  
dammodo substantiam suam traiecit, ad uegetan-  
dos terræ fœtus: sic Spiritus irradiatio in te tra-  
ducit corporis Domini communicationem, ut ani-  
mam tuam nutriat. Si dixisses, vti sol suã sub-  
stantiam traiecit, sic Spiritus suam in nos  
substantiam irradiat, aut traducit, meliùs  
conueniret & quadraret comparatio. Seu  
tua similitudo eît propriæ solis substan-  
tiæ, ad alienam substantiã, aut ad nõ sub-  
stantiam. Sol pomi substantiam non traj-  
cit in ficum. Ita nec Spiritus carnis substã-  
tiam debet in animam tuam traducere, vt  
hanc nutriat. Sed fingamus traducere. Ho-  
rum alterum euenire necesse est. Aut car-  
nem traductam euanescere, atque in ni-  
hilum redigi, sicq; minimè nutrire: aut si  
integra maneat viresq; non amittat, & ani-  
mam nutriat, animam in carnem mutari,  
& conuerti. Scriptum est: Qui manducat  
carnem meam, & bibit meum sanguinem,  
in me manet, & ego in eo. Eo ergo modo  
in

in Christo manebimus, quo is in nobis manet. Caro eius, in nos inspiratur ex tua traditione, simul ergo euenire necesse erit, vt nostrum corpus in diuinum inspiretur, & traducatur. Aut si factu difficile hoc tibi videatur, in nobis aliter manebit Dominus, quàm in eo mansuri sumus cõtra verbum eius. Quòd si à carnis translatione ad participationis translationem pfugeris, cum animo tuo reputa, eã rem quæ nõ sit substantia (cuiusmodi est participatio) traduci non posse: neque etiam tui corporis communionem in Christũ trahjci.

Ex his elapsi angustijs, adducimur in vestram consecrationis abiurationem.

Quantum ad consecrationẽ (inquit Richerus) imaginari non oportet, hanc fieri incantationibus, uel magicorum coniurationibus, tanquam sufficiat uerba murmurasse super creaturas insensibiles: sed sit prædicatione effectum suum sortiente, atq; efficaciam suam afferente in auditorum corda, discernentium panem, conformiter ad uerbum, & ab alio pane profano distinguendo: unde sequitur fragmenta panis, quæ non sunt distincta, nec separata uerbo, panem communem remanere, atq; delirium est plusquã puerile, cogitare horũ fieri reliquias oportere.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
PRECES DIVINAE ANAPHORAE  
*re & consecrationis, incantamenta non  
redolere. Caput 63.*

Quum dicit panem suum, ab alio pane profano sola distinctione differre, innuit utrumque profanum esse. Quum vero preces consecrationis, solennemque ciborum benedictionem in magicas incantationes vertit, ira percitus in id intemperantiae irrumperere videtur, Evangelij oblitus planum faciētis, post gratiarum actionem, & benedictionem, à Domino panem demum Apostolis distributum fuisse. Quae re constat gratiarum actionem & Christi benedictionem ab Apostolis memoratas, incantamenta magica non redolere: atque verba à Christo non frustra pronunciata, & emissa fuisse.

OSTENDITVR PANIS SACER  
*fieri non posse, nisi solenni  
benedictione*

Cap. 64.

Plurimum tui Petri innatae iracundiae condonamus, sed usquequaque à nobis ferri non potest: Quum fileat quomodo à Domino sacratum fuisse panem & vinum intelligat: obscurum est an existimet, sine

ne precibus & verbis, sed nutu, aut manu  
 um impositione, hoc à Domino effectum  
 esse mysterium. Ex eius tamen sermoni-  
 bus certiores fieri potuimus, manuū im-  
 positionem, summa animi execratione à  
 vobis damnari, & reijci. Quū verò à pre-  
 cibus etiam tantoperè abhorreat nihil re-  
 liquum facit, quo Dominus ad panis be-  
 nedictionem vsus sit, præter prædicatio-  
 nem præcedentem, & manducantis distin-  
 ctionem, qua sola iudicat, vestram Eucha-  
 ristiam à communibus & vsitatis cibis dis-  
 stare. At nisi his conceptis verbis, hoc est  
 corpus meum, de pane à Domino dictum  
 sit, in gratiarum actione, benedictione &  
 fractione, eaque ratione panis sanctifica-  
 tio perfecta fuerit, Apostoli se vanitatis  
 arguunt, affirmantes, à Domino sibi præ-  
 scriptum esse: vt his vterentur verbis, atq;  
 ritu, quotiescunque ad panis sanctifica-  
 tionem & fractionem conuenirent. His  
 enim enarratis & repetitis verbis Domi-  
 ni, gratiarum actione, & benedictione,  
 addunt: Hoc facite, quotiescunque man-  
 ducaueritis in mei memoriam: hæc dictio  
 (hoc) non solùm distributionem notat &  
 respicit, sed quicquid distributioni cõiun-  
 ctum



Etum est: vt his omiffis, imperium Domini ritè exequi non videantur, qui panem frangunt atq; communicāt. Richerus putabat ideo panē fàcrum dici, quòd fumatur, & distinguañ vt corpus significet, id est, vt fiat Sacramentum. Sed eo etiã modo ante Cœnam hoc nomine nuncupari poterat, cùm ad mensam in eam spem adferretur. Præterea eis Iolis esset Sacramentum, qui eam fidem haberent, sicque à fumentis fide sanctificatio perficeretur, & infideles à Sacramenti manducatione excluderentur.

## FIDEM VERBIS DOMINI

*adhiberi non posse, nisi uerba pronuncientur. Cap. 65.*

**H**AEC audiens Petrus animo permotus, nobis opposuit. *Verbis à me nimiti tribui, ijs uirtutem non inesse, quòd pronunciantur: sed quòd eis adhibeatur fides. Proinde fidei atque distinctioni debere sanctificationem imputari, non uerbis. Sed uerbis, inquam, qui fides haberi poterit, nisi pronunciatu? Si à Domino eorum pronunciatu iubeatur, tu quis es, qui hanc inhihes? qui obsistis omnipotentis imperio? Non video cur adeo*



N. VILLAGAGN. ADVERS.  
SI DISTINCTIONE ET FL-  
*de fumentis fit panis sacer, diabolicum esse oportere, quem diabolicus & hereticus*  
*distinguit C. p. 66.*

**H**is de rebus me orationē extrahētem,  
tuus Petrus sua iracūdia interpella-  
uit, vt sermonem conficere nō potuerim.  
Quamobrem peto à te, vt hanc mihi tol-  
las dubitationem. Si sola distinctione, &  
non verbis Domini conceptis, solenniq;  
benedictione, panis sanctificetur, quid  
ei fiet, qui ab heretico distinguetur, post  
heretici ministri concionem? diabolicū  
ne dicendus erit, qui secundum diabolicam  
doctrinam fuerit à communi pane  
distinctus? Nemo ante vos, quod sciam,  
præter Manichæum sanctificationis pre-  
ces aspernatus est: Is eo quò vos iudicio  
zeloque Cœnam suam obibat, panemq;  
distinguebat, vti potest ab August. intel-  
ligi lib. 20 cap. 13. Huius verba sunt hæc:

*August.*

- » Noster autem panis, & calix non quili-
- » bet quasi propter Christū in spicis & sar-
- » mentis ligatum, sicut illi desipiunt, sed
- » certa cōsecratione mysticus fit nobis, nō
- » nascitur. Proinde quod ita fit, quamuis
- » sit panis & calix, alimentum est refectio-
- » nis,

nis, non Sacramentum religionis. Vides  
Ecclesiæ consensu Eucharistiam certa cō-  
secratione fieri corpus Domini, cui con-  
secrationi incantationis magicæ maculā  
inuritis. Quasi Christus magicam exercu-  
erit, aut hanc Apostolos docuerit.

QVEM LOCVM VERBVM  
*tenuit in conceptionis sacramento,  
hunc in consecratione tene-  
re. Cap. 67.*

**V**irgo Maria non sola fide, sed è Spiri-  
tu Sancto verbis cōceptis & ab An-  
gelo pronūciatis concepit. Neq; exorcis-  
mi gratia, aut frustrā ab Angelo emissa  
sunt verba: Sic nec fieri poterit edentis fi-  
de & distinctione, panis consecratio &  
Sacramentum, nisi verbum Domini acces-  
serit, ab Angelo Domini (qui est eius sa-  
cerdos) emissum in opus sanctificationis,  
vt verbū eum locum obtineat in Eucha-  
ristia, quem in conceptione obtinuit, vt  
Sacramentum Sacramento respondeat.

BENEDICTIONEM QVA V-  
*sus est Dominus, nō posse aliō quā ad Eucha-  
ristiam referri. Cap. 68.*

**S**i sine precibus, solēni benedictione, &  
gratiarū actione debet panis accipi &

manducari: cur ante fractionē, hunc à Domino fuisse certa gratiarū actione sacramentum, & benedictum filetis? sed pro nihilo putantes benedictionem, eamque ut rem nullius usus respicientes (ut tamen hominum reprehensionem fugiatis) benedictionem in gratiarum actionem conuertitis, duas res in vnam contrahitis, & confunditis, atque hac re non contenti (ne exorcismo Christus usus fuisse videatur) gratiarum actionem aliò trāsfertis, quàm ad

*In harmon.* panis sanctificationem.

*Calui. in*

*Marcum.*

*Chrysoſt.*

*Traditis hanc actionem quandam preparatiōnem, & transitū fuisse ad reputandum mysterium.*

Qua in re cum Ecclesia vos discordare, & dissidere docet Chrysoſtomus his verbis. Dñs gratias porrò egit ut nos instrueret, quomodo mysterium hoc facere debeamus. Is vult instituto Domini, ad panis & vini sanctificationē, adhiberi benedictionem, & gratiarum actionem. Tu verò, hanc sanctificandi rationem, magis incutos decipias, sententiæ tuæ, versionem lectionis Euangelicæ accommodas. Sumpto (inquis) Iesus pane quum benedixisset, fregit. Aliorsum indicās Iesum vsursum fuisse bene

benedictione, atque indicet Marcus Apostolus, qui dominicam benedictionem ad panem respexisse declarat his verbis: λαβὼν ὁ ἰησοῦς εἶρ ἄριστον ἐυλογήσας ἔκλασε. Quod ita verti potest, si vulgaris versio non recipitur. Quum accepisset Iesus panem, & benedixisset, fregit, ut fractio & benedictio ad panem spectent, vnumquodque casum regat, non ut excogitasti, viam præparent ad reputandum mysterium; Hæc enim esse linguæ Græcæ phrasim atque rationem periti huius iudicabunt: ut nisi benedictio & gratiarum actio panem respiciant, nec fractio ad eum pertineat. Hoc nobis indicat Matthæus scribens, λαβὼν ὁ ἰησοῦς εἶρ ἄριστον καὶ ἐυλογήσας ἔκλασε. addita copulatiua, ut hanc rem testatam nobis relinqueret.

*Quomodo Chrysostomus uerba consecrationis intellexerit.*

Chrysostomus qui meritò in sua lingua tibi nec cõcedere, nec inferior haberi debet, hunc Matthæi locũ ita vertit: Cœnantibus autem eis accepit Iesus panem, & benedixit, atque fregit, deditque discipulis, &c. Hieronymus Marci hunc locũ ita vertit: Accepit Iesus panem, & benedicens fregit; & Eusebius Emicenus ut ostendat

corpore & sanguine Domini. ad creaturas benedictionem pertinere, in tractatu de corpore & sanguine Christi: Quanta itaque, & quàm celebranda vis  
 33 diuinæ benedictionis operetur, quomo-  
 33 do tibi nouum & impossibile videri nõ  
 33 debeat, quod in Christi substantiam ter-  
 33 rena & mortalia commutantur: te ipsum  
 33 qui iam in Christo es regeneratus interro-  
 Cyprianus ga. Cyprianus: Qui vsque hodie hoc ve-  
 in Cœna. racissimum corpus suum creat, benedi-  
 cit, & diuidit. Vide quid benedictioni  
 33 vir hic tribuat: q̄ vos vt incantamēta reij-  
 33 citis & expellitis. Quid à te nobis propo-  
 ni potest, cur tuo arbitrio perpetuam vsi-  
 tatamq; Ecclesiæ religionem deseramus,  
 atque ab ea deficiamus, tuamq; traditio-  
 nem Ecclesiæ testimonio præferamus?

CONSECRATIONIS RELI-  
 gionem à temporibus Apostolo-  
 rum semper obseruatam  
 fuisse. Cap. 69.

SI priora quæq; tempora notauerimus,  
 Seorumque omnium religionem ac in-  
 stituta diligenter exploremus, nullã æta-  
 tem fuisse inueniemus, qua non sanctif-  
 simè exulta fuerit sanctificationis & cõ-  
 secrationis religio, quam tanta odij & cõ-  
 tume-

tumeliarum effusione, tantoque studio,  
& animorum contentione abegistis.

*Probatur ex Iustino uerbi: panem, in carnem  
mutari in consecratione, quemadmodum uerbum  
caro factum est.*

Iustinus Martir, vir ob eximiam doctri- Apolo. 2.  
nam, vitæque sanctitatem, ab Ecclesia  
posteritati commendatus, viginti ferè an-  
nis post Ioannem Euangelistam, Ecclesiæ  
uniuersalis causam egit apud Senatû Ro-  
manum, & Antonium pium Imperato-  
rem. Ibi que rationem reddidit nostræ re-  
ligionis doctissima, elegantissimaque il-  
la sua Apologia, atque exposuit quis esset  
Ecclesiæ consecrandi ritus. Ex cuius ora-  
tione disci potest, Ecclesiam habere ab  
Apostolis, hanc consecrationis constitu-  
tam disciplinam, quæ continenti, & per-  
petua obseruatione, ad hanc nostram æta-  
tem traducta est. Huius uerba sunt hæc.  
Sub finem precum nos inter nos osculo  
salutamus. Deinde ei, qui præpositus est  
fratribus, panis offertur, & poculum aquæ  
& uino temperatum, quæ cum accepit,  
laudem & gloriam omnium parenti, Fi-  
lij, Spiritusque sancti nomine tribuit, gra-  
tiasque diu agit, quod ab eo his dignus sit



33 habitus, quibus ritè perfectis, & precibus,  
 33 & gratiarum actioni, populus omnis qui  
 33 adest benedicit, dicens Amen: Amen autem  
 33 Hebraico sermone, idem quod fiat,  
 33 significat: posteaquã & is qui præest, gra-  
 33 tias egit, & populus omnis benedixit, ij  
 33 qui apud nos Diaconi dicuntur, dant vnus  
 33 cuique eorum qui adsunt percipiendum  
 33 panem, vinumq; & aquam, quæ cû gratia-  
 33 rum actione consecrata sunt, & ad eos qui  
 33 absunt perferunt, atq; cibus hic apud nos  
 33 Eucharistia nominatur, qua nemini alij  
 33 participare licet, nisi ei qui vera esse cre-  
 33 dit, quæ nos dicimus, & expiatus est laua-  
 33 cro, quod in remissionem peccatorum re-  
 33 generationemq; datur, & ita viuit vt Chri-  
 33 stus tradidit: Neque enim hæc, communè  
 33 vsitatumq; panem, vsitatamq; potionem  
 33 capimus: Sed quemadmodum per Dei ver-  
 33 bum, homo factus Iesus Christus conser-  
 33 uator noster, & carnem, & sanguinem p  
 33 salute nostra habuit: Sic etiam cibus, qui  
 33 per preces sermonis, quem ab eo accepimus,  
 33 consecratus est, & quo sanguis, car-  
 33 nesque nostræ, per transmutationem alun-  
 33 tur, Iesu Christi, eius qui homo factus est,  
 33 & carnem & sanguinem esse docti sumus.

Apostoli enim in commentarijs suis, quæ  
 Euangelia dicuntur, ita sibi Christum præ-  
 cepisse tradiderunt, eum accepto pane, cum  
 gratias egisset, dixisse, hic est meus san-  
 guis, sibi que solis dedisse.

*Panem benedictione cōsecrari ex Augustino.*

Augustinus affirmat Ecclesiam, diuinę  
 Anaphorę preces à Paulo accepisse:  
 Multa quippe (inquit in Episto. ad Pauli-  
 num) dici possunt, quæ improbanda non  
 sunt. Sed eligo in his verbis, hoc intelli-  
 gere, quod omnis, vel penè omnis frequē  
 tet Ecclesia, ut preces accipiamus di-  
 ctas, quas facimus in celebratione Sacra-  
 mentorum, antequam illud, quod in Do-  
 mini mensa proponitur, incipiat benedi-  
 ci, Orationes, cum benedicatur & sanctifi-  
 catur, & ad distribuendum comminuit,  
 quam totā petitionem ferè omnis Eccle-  
 sia, Dominica oratione concludit. Paulò  
 post: interpellationes autè, siue ut nostri  
 codices habent postulationes, fiunt quū  
 populus benedicatur. Tunc enim antisti-  
 tes, velut aduocati, suos, per manus im-  
 positionem misericordissimæ offerunt po-  
 testati. Quibus peractis, & participato tan-  
 to Sacramento, gratiarū actio cuncta con-  
 cludit,

cludit, quam in his etiam verbis ultimam commendavit Apostolus. Vide creaturas insensibiles contra tuam doctrinam benedici, & pro populo benedictas offerri. Panem per sancti Spiritus aggressionem sanctificari ex Gregorio Neocesariensi.

Secunde sy-  
nodi Nice-  
ne sessione.  
9

Gregorius Neocæsariensis, qui panis ve-  
stri figurati vobis auctor esse potuit, non  
respuit preces consecrationis, nec negat  
virtute verbi pronunciati, panem sancti-  
ficari ac mutari. Hoc enim (inquit) Domi-  
nus Christus tractavit, ut sicuti carnem  
» quam assumpsit, propria secundum naturam  
» sanctificatione, ex sua unitione deifica-  
» vit. Similiter etiam panem Eucharistiæ,  
» veluti veram imaginem naturalis carnis,  
» per sancti Spiritus aggressionem sanctifi-  
» catum, Divinum corpus esse voluit, illique  
» sic placuit. Venit autem medius sacerdos,  
» qui ex communi, sanctum id facit, sacra  
» illa anaphora. Dici contra te nihil potest  
» manifestius.

Irenæus.  
lib. 5.

Irenæus verbo sanctificationem, & muta-  
tionem attribuit, non distinctioni vestræ.  
» Panis (inquit) communis percipiens verbum  
» Dei, iam non est communis panis, sed fit Eu-  
» charistia sanguinis & corporis Domini.  
Conse-

Consecratio ex Cypriano.

De Cœna.

Cyprianus: Ex quo (inquit) à Domino dictum est. Hoc facite in mei memoriam, hæc est caro mea, hic est sanguis meus: Quotiescunque his verbis, & hac fide actum est, panis iste substantialis, & calix solenni benedictione sacratus, ad totius hominis vitam, salutemque proficit. Vide solennibus conceptisque verbis agi sanctificatione, huius sancti viri iudicio.

Immutari panem ex Chrysostomi sententia.

Chrysostomus, Non sunt (inquit) humane virtutis proposita opera, qui tunc ipsa fecit in illa Cœna, idem ea nunc quoque facit. Nos ministrorum tenemus locum, qui verò sanctificat ea & immutat, ipse est.

De sumentibus indignè mysteria. Homil. 60.

**E**UCHARISTIAM ABSENTIBUS ab Ecclesiæ exordio delatam fuisse.

Caput 70.

**Q**UUM panis sanctificationem abroges, ut sola distinctione & opinionione fiat vobis Eucharistia, Richerus non sine ratione moveri mihi videtur, reliquas negligens, quæ distinctæ non fuerunt: atque absentibus, & ægra effectis valetudine Eucharistiam deferri vetas, contra inuete-

*In fine Apo*  
*log. 2.* inueteratam Ecclesiæ, & continentem cō  
suetudinem & constitutionem. Iustinus,  
vt à nobis suprà demonstratum est, hunc  
sua ætate Ecclesiæ morem fuisse tradidit,  
vt à Diaconis, ad eos qui abessent sacrifici  
*Euseb. li. 4.*  
*cap. 14.* cio, Eucharistia deferretur.

Eusebius Cæsariensis in sua historia, ostendit ab Aniceto ad Polycarpū Romā,  
ad componēdas de festo paschatis discors  
dias aduectum, Eucharistiam missam fuisse,  
in signum vnitatis.

*Libro 7.*  
*cap. 34.* Prætereà enarrat, Serapionis Alexan  
drini pœnitentis historiam, qui extremis  
dolorib⁹ solutus sit, post Eucharistiæ mā  
ductionem. Eius verba subiicimus: Dio

*Dionysius.* ny sius verò hoc rescribens ad Fabianum  
» Antiochenum Episcopum, intexuit histo  
» riam dignam memoria, dicens: Serapionē  
» quendam fuisse apud Alexādriam vnum  
» ex his qui lapsi sunt: eundem sæpe depre  
» catum, vt susciperetur: nec tamen impe  
» trasse. Oppressum deinde hunc ægritudi  
» ne, ita vt triduo iam sine voce prorsus iace  
» ret: paululūm verò quarta die respiran  
» tem, vocasse ad se filiam suam, & dixisse.  
» Quousque me detinetis? quæso vos, citò  
» aliquis presbyterum roget, vt possim ali  
» quan-

quādo dimitti: Et quum dixisset, rursū cē  
 sine voce permansit. Abijt cursu puer ad cē  
 presbyterum noctis tempore, infirmaba cē  
 tur presbyter, venire non potuit: tamen cē  
 quia præceptum fuerat, vt lapsis in exitu cē  
 nemo reconciliationis solatia denegaret, cē  
 & maximè his, quos priùs id rogasse con cē  
 staret, parum Eucharistię puero, qui ad se cē  
 venerat, dedit: quod infusum iussit præ cē  
 beri. Regrediente adhuc puero, antequā cē  
 perueniret domum, rursū Serapion re cē  
 spiciens, redisti (inquit) fili, & licet pres cē  
 byter venire non potuit, tu tamen imple, cē  
 quod tibi præceptum est, vt possim disce cē  
 dere. Cumq; impleta esset solennitas, ve cē  
 lut catenis, vinculisq; disruptis, lætiorē cē  
 iam spiritum reddidit. Ex hoc constat a cē  
 pud primitiuam Ecclesiam, morem & re cē  
 ligionem fuisse, Eucharistię & consecran cē  
 dæ, & seruandæ, atque absentibus mit cē  
 tendæ.

*Eucharistiam seruari ex Cypriano.*

Cyprianus circa hæc tempora quandam  
 fœminam fuisse narrat, quæ quum arcam  
 suam, in qua sancta Eucharistia conclusa  
 esset, manibus indignis tentasset aperire,  
 igne inde surgente, deterritam fuisse, ne  
 aude

*De lapsis.*

auderet attingere. Richerus his quas exposuimus, difficultatibus permotus ut infirmitati nostræ succurreret, summam nobis fecit tuæ doctrinæ in pauca verba contractam, sed maximis inuolutam difficultatibus.

*Quibus constet Eucharistiæ Sacramentum Richerocaluinianis.*

*In summa hoc sacramentum, sicut quoduis aliud duabus speciebus constat, una uisibili, altera inuisibili, ab inuicem distinctis & differentibus, quæ uis efficacia uerbi, una ad alteram referatur. Species habet accidentia pro obiecto, non autem substantiam rei.*

*Specierum definitio.*

*Species inuisibilis, est res significata per signum, quæ idcirco dicitur species, quod respondeat signo. Proinde hæc species non distinguitur contra genus, sed sumitur pro re externa, quæ obijciatur oculis.*

*Definitionis declaratio.*

*Hæc uerba summæ suæ aduunxit, ut geminatâ illâ suam speciem explanaret. Verum tenebras mihi offudit potius, quàm expulerit. Non intelligo cur inuisibilem carnem Domini, quam uos pane puro & natura communi figuratis, speciem uocet, propterea*

pterea quod communi substantiæ, id est, signo vestro respōdeat, maximè, quū sumat inuisibilem speciē pro externa, quæ oculis obducit. Neq; etiā assequor ingenio, quomodo corp⁹ inuisibile Domini, pani respōdeat, eius rei, cui respōdeat, nō habito respectu. Aut quomodo species, q̄ hic accidēs dici pōtest, sua accidētia habeat p̄ obiecto: vt accidens sibi sit accidens.

Quum mihi non minùs esset obscurū, quomodo fieret, vt carnem Christi realiter manducaretis, sed non corporaliter, is à me rogat⁹, vt se apertius explicaret, hoc responso nobis satisfecit.

Facile est intelligere, Christum se realiter exhibere, sed non corporaliter, quoniam omnis realitas non importat rem corporalem aut materialē, ut apparet de anima, quæ in nobis est realiter, sed non corporaliter: Sic hæc distributio substantiæ corporis Christi sit realiter, sed nō corporaliter, quoniam non datur nobis in alimentum corporale, sed spirituale, aliter non esset sacramentum.

**CVIVS MODI SPECIEM COR-**  
pus Domini esse intelligant Richerocaluiniani,

et quid de corporum expectatione crediderint.

Caput 71.

Vbi



**V**bi cognitum mihi esset, corpus Do-  
 mini, inuisibili specie ab eo defini-  
 ri, & in huius rei confirmationem Chris-  
 tum fieri realem, & non corporalem, at-  
 que ad eò distributionē corporis eius nō  
 fieri corporaliter, sic vt nec corpus ipsum  
 distribueretur, & quum se ad reditum cō-  
 pararet, à me ad eum missus est ex nostris  
 aliquis cum mandatis, vt huic singulatim  
 enunciaret, quid hæc doctrina mihi visa  
 esset impietatis continere, atque vt ad me  
 referret exscriptam Petri (ipso dictante,  
 & inspiciente) eorum, quæ à me essent op-  
 posita, explicationem. Existimabā enim  
 hunc per errorem lapsum fuisse, quo er-  
 rore cognito, is ad sanitatē statim esset re-  
 diturus: sed in sua specierū inuētione, &  
 cōmento p̄seuerauit, atque declarauit,  
*Corpus Domini quo animæ uestræ pascuntur, eius  
 modi speciem esse, uti Plato suas Ideas prædicauit.  
 Quantum ad realitatem corporis nō materiale  
 attinet, adiecit hanc à se defendi, quòd caro Chri-  
 sti non sit corporis alimentum, sed animæ, ad quā  
 spes salutis pertineret, non ad corpus.* Hoc re-  
 sponsum eo dictante, vt à me fuerat im-  
 peratum, descriptum est, & ad me relatū.  
 Eo intellecto, animo valde cōmotus sum,  
 meq;

méque tēdere cœpit operæ infumptæ in doctrina vestra examinanda. Sed in animum nunquam induxifsem fore, vt hominem ad nos mitteres, religionis instituentæ gratia, tam à Christo abhorrentem, & alienum. Ostēdi ex tua Psychopanychia, à te spem carnis in vitam æternam nō improbari. Sed responsum tuli, te nondum virtutem Spiritus sancti degustasse, quū eum librum edidisti, hinc nonnulli ex tuis discipulis occasionem nacti, carnis salutem aut negabant, aut minimifaciebāt: tatnūm valuit disseminata tuis auspicijs impietas.

VNDE RICHERVS PVT AVE-

*rit corpus Christi reale esse, & non  
corporale. Cap. 72.*

QVum ille tuus Richerus intellectu consequi non valeret, quī fieri possit, vt Christus carnis suæ substantiā, per Spiritum sanctum; canalem à te excogitatum, in animas vestras irradiatione sua deriuaret, animo se vertit, ad eam vanitatem & insaniam, quam suprā exposuimus vt oporteret diuini corporis substantiam realiter distribui, sed nō corporaliter. At postquā intellexi tam apertè hunc de via  
 H                      veritatis

N. VILLAGAGN. ADVER.  
veritatis declinare, mirari desij, quòd in  
alijs rebus insaniret.

DE MIXTURA CALICIS, DE  
que Chrismatis uirtute in baptismo quid  
tradiderint Calviniani.

Cap. 73.

Magna animi pertinacia in concione  
nobis tradidit, eos omnes fuisse he-  
reticos, blasphemos, sacrilegos, fallaces, &  
falsarios, qui vino Cœnæ, aquam miscuis-  
sent, aut miscendam asseruissent, quòd ad  
puritatem Euangelij, Christi que doctri-  
nam, hoc suum commentum addiderint.  
Neque ab simili loco haberi debere, qui  
unctione olei & chrismatis, in Baptismo  
tuerentur. Hæc audiens, me nò potui cò-  
tinere, quin illi denunciarem, atque edi-  
cerem, nisi ab hac perulantia, & procacita-  
te desisteret, nullam amplius per me, sibi  
fore concionis facultatem. Ille verò queri  
cœpit, vim sibi & iniuriã fieri: se à te mis-  
sum, ut quæ edoctus à te esset, quæque à te  
audiuisset, palàm ac liberè pronunciaret.  
Huic plura obloquenti, obstèdi quæ tanta  
animi offensione, atque pertinacia damna-  
bat, non hominum traditionibus in Eccle-  
siam introiuisse, sed Apostolorum, eorum-  
que

que discipulorū testimonio à Spiritu sancto suscepta & inspirata fuisse. Hanc religionem à Clemente (qui Petro successisse creditur) obseruatam & perpetua continuatione, téporisq; serie, in hunc vsq; diem sanctissimè cultam fuisse docuimus. *Cap. 4.*

Huius Clementis Paulus meminit in epi. *Epistola ad ad Philippenses*: Is præcepit vt vnusquisque baptizetur aquis perennibus, vnctus *Don primùm oleo, per oratione sanctificato. mini.*

PROBATVR CONTINENS

et perpetuus miscendi calicis, et unctionis

usus in Baptismo. *Cap. 74.*

**A**nacletus à Petro presbyter sacratus, *Anacletus. Epi. decre*  
 vnctionem chrismatismatis approbat, his *tali.*  
 verbis. Quia omnis sanctificatio cõstat in *”*  
 Spiritu sancto, cuius virtus inuisibilis san *”*  
 cto chrismati est permixta. Huic succedēs *”*  
 Euaristus, non solùm Baptismi, sed etiã Sa *”*  
 cerdotij vnctionem comprobat. Post hos *”*  
 Alexãder Martyr, vinũ aqua misceri oportere à Patribus se affirmat accepisse, his *”*  
 verbis. In Sacramentorũ quoq; oblationibus, *”*  
 quæ inter missarũ solennia Domino offeruntur: passio Domini miscenda est, vt eius, *”*  
 cuius corp⁹ & sanguis cõsicitur passio celebratur, ita vt repulsis opinionibus super *”*  
 stitionum, *”*

33 stitionum, panis tantum, & vinum aqua  
 33 mixtum in sacrificio offeratur. Nō debet  
 33 enim ( ut à Patribus accepimus, & ipsa ra-  
 33 tio docet) in calice Domini, aut vinum so-  
 33 lum, aut aqua sola offerri, sed vtrumque  
 33 permixtum: quia vtrumque à latere eius  
 33 in passione sua profluxisse legitur. Quan-  
 33 tis secundum te sanguis Domini in cali-  
 33 ce figuretur, necessariò tamen vinum mi-  
 33 scendum mihi videretur, quòd quum san-  
 33 guis humanus sine aqua esse non possit,  
 33 sine aqua eius figura non procedat.

*Ab Alexandro aque miscendæ religio ab  
 Apostolis suscepta docetur.*

Quum Alexander maiores memorat,  
 non dubium est Apostolos eum indicare  
 is enim 38. annis post Petrum Episcopatū  
 fortitus est, & Eusebio Cæsariensi teste,  
 eo ferè tempore Ecclesiæ Romanæ præsi-  
 debat, quo Ioannes Euangelista Ephesi-  
 næ sub Traiano Imperatore. Præterea ho-  
 mo Romanus, Romæ in religione christia-  
 na ab Apostolis institutus, potuit cū eis,  
 & cum ipso Ioanne sub Domitiano, pau-  
 lò antè Traiani imperium Cœnam cele-  
 brare. Hoc qui nolit admittere, inficiari  
 nō poterit, à Clemente Alexandrum in-  
 stitui

Li. 4.

ca. 4.

stitui potuisse, quum 9. solum annis intermissis (vt scribit Euseb.) aut 17. (vt tradit Marianus Scotus) summum sacerdotium iniuerit. Hinc iudicandum est, hunc confirmare Ecclesiam in calicis miscendi religione noluisse, si hæc à Patribus aliena, & diuersa fuisset. Alioquin palã facite, quid esse causæ suspicemini, cur vir pius tam impudenti mendacio posteritati impo- fuisset, vt illam, quam sanguinis effusione tuitus est, in contraria quàm ab Apostolis imbibisset doctrina, confirmaret.

Iustinus Philosophus 28. pòst annis, in sua Apologia ad Senatum, vini mixturam prædicat, vnctionemque olei, & chrisma- tis in baptismo approbat, quæstione agen- tibus posita 137.

*Iustini temporibus uinum aqua misceri solitum.*

Annis ferè duobus post Iustini Apolo- giam, Polycarpus vir sanctissimus à Ioan. Eusebius  
ne Euangelista & Paulo, Smirnenfis Eccle sib. 4. hist.  
siæ ordinatus Episcopus, Romam se ad ap. 14.  
Anicetum recepit, ad cõponendas Eccle-  
siæ de paschate controuersias. Hic certior  
fieri potuit eorum quæ à Iustino in Eccle-  
siæ patrociniū gesta dictaque fuerant.

N. VILLAGAGN. ADVER.

Si huius comperisset orationē, doctrinæ  
Apostolicę repugnare, non dissimulasset,  
aut subticuisset. Maioris enim momenti  
hęc res est, quā sit 14. diei lunę obserua-  
tio, cuius causa tantos labores pertulerat.  
Ij etiam ob religionem, suam vitam Mar-  
tyrio profuderunt. A concilio Carthagi-  
nensi tertio, decem conciliorum decreto  
sancitum est, ritē consecrationem fieri nō  
posse, nisi vinum misceatur.

*Ab Irenæo calicis mixturam probari.*

Irenæus Lugdunensis Episcopus, Poly-  
carpi discipulus, vir ea tempestate ab exi-  
mia sanctitate & doctrina Ecclesię vene-  
randus, dicit se viua voce ab Apostolorū  
discipulis didicisse, quæ de nostra religio-  
ne traderet, & obseruaret. Vtrunq; defen-  
dit, calicis mixturam, atque vnctionem.  
Floruit Commodi temporibus. Is calicis  
miscendi religione Ebionios oppugnat,  
Christi carnis diuinitatem abnuentes.

*Tertulliani de vnctione sententia.*

Tertullianus paulō post sub Zepherino  
Papa, & Antonino Caracalla Imperatore,  
maxima animi cōtentione vnctionē tue-  
tur aduersus Marcionem lib. 1. affirmans  
ab Apostolis esse traditam, de quorum do-  
ctrina,

Strina, nihil immutatum fuisse vsque ad  
 suam ætatē ostendit, libro de præscriptio-  
 nibus, hâc q; ratione oppugnat hereticos.

*Fabianus Chrismatis unctiōnem ab Apostolis Epi. Decre-  
 acceptam testificatur. tali secūda.*

Fabianus Pontifex Martyr modico tem-  
 poris interuallo hunc secutus, apertè pro-  
 fitetur Chrismatis confectiōnem, & ab  
 Apostolorum traditione ad Ecclesiā per-  
 uenisse, atq; singulis annis renouari oportere,  
 his verbis. Nam sicut ipsius diei so-  
 lennitas, per singulos annos est celebran-  
 da, ita ipsius sancti Chrismatis confectio  
 per singulos annos est agenda, & de anno  
 in annū renouāda, & fidelibus tradenda,  
 quia nouum sacramentum est, & per sin-  
 gulos annos iam dicto die innouandū, &  
 vetus in Ecclesia cremandū. Ita à sanctis  
 Apostolis, & eorum successoribus accepi-  
 mus, vobisq; tenenda mandamus. Hæc  
 sancta Romana & Antiochena Ecclesia à  
 tempore Apostolorum custodiuit. Hæc  
 Ierosolymorum & Ephesianorum tenet,  
 in quibus Apostoli præsidētes hæc docue-  
 runt. Hic vir tibi suspectus esse non poterit,  
 si in memoriam tuam reuoces, quid de  
 eo testetur Eusebius Cæsariensis.



N. VILLAGAGN. ADVERS.

*Non promereri Spiritum sanctum, qui signaculo Chrismatis consummatus non fuerit teste Cornelio.*

*Euseb. hist. li. 6. cap. 33.* Cornelium Fabiani successorem non  
» ab simili vixisse religione, testis est eius  
» epistola ad Fabianum Episcopum Antio-  
» chenum de Nouato scripta, his verbis.  
» Nouatus in lecto iacens, pro necessitate  
» perfusus, nec reliqua in eo, quæ baptismi  
» subsequi solent, solenniter adimpleta  
» sunt, nec signaculo Chrismatis consum-  
» matus est, unde nec Spiritum Sanctum un-  
» quam potuerit promereri.

*Vnctionis vires ex Cypriano.*

Cyprianus qui eo vixit tempore, se huius  
religionis acerrimum propugnatorem ad-  
hibuit sermone suo de vnctione Chri-  
stis, vbi huius vires, beneficia, & dignitatē  
» affatim enarrat, atque hanc diuinitus in-  
» stitutam fuisse asseuerat, ex eoque humo-  
» re omnes descendere gratiarum diuisio-  
» nes, quas Spiritus Sanctus prout vult sin-  
» gulis distribuit & largitur, atque ex huius  
» vnctionis beneficio, sapientiam nobis &  
» intellectum dari, consilium, fortitudinē  
» cœlitus illabi, scientiam, pietatem inspira-  
» tionibus supernis infundi. De mixtura  
calicis

calicis eius sententia manifesta est, in epi.  
3. 2. libri: In ea docet per multas Patrum  
veteris testamenti similitudines, & Pro-  
phetarum testimonia, hanc antè signifi-  
tam fuisse, nec aquã sine vino rectè offer-  
ri, nec vinum sine aqua, iuxta Christi tra-  
ditionem, consecrari posse.

TRADITIONES SVAS NON

*scriptas Paulum obseruari iussisse.*

Cap. 75.

**H**AEC quæ recensuimus tempora 259.  
annos impleuerunt, quibus sine vlla  
interpellatione res, quæ nobis in contro-  
uersiam venerunt, ab Ecclesia sanctissimè  
& religiosissimè obseruatæ sunt. Tu au-  
tem asseris, præter uerbum Domini, eas  
in Ecclesiæ religionem à diabolo intro-  
ductas, eamque ob rem à te reiectas, affir-  
mans *Quicquid expressè Apostolicis uel Prophe-  
ticiis literis non contineatur, cuique liberum esse  
negligere & prætermittere.* Sed si te audia-  
mus, tot sancti Patres, quos memorauim-  
us, qui pro asserenda fide nostra mortè  
acerbissimam obierunt, inueniuntur fal-  
si testes Apostolicæ traditionis fuisse, &  
cultores diabolicæ. Vellem à te scripturæ  
testimonio probari, hanc tuam eorū reii-  
ciendorum

ciendorum libertatem, quæ scripto non  
cōtineantur, Paulus Tessalon. 2. epist. cap.  
2. iubebat obseruare suas traditiones, nō  
solūm epistola, sed sermone sine scriptu-  
ra exceptas. Non minorem auctoritatē re-  
liqui Apostoli à Domino nacti fuerūt, vt  
sermone tradere etiā pleraq; potuerint,  
quæ scripta nō fuerint. Sed excepta ab Ec-  
clesia, posteritati commendata & tradita.

## TERTULLIANI DE NON

*scriptis traditionibus obseruandis testi-*  
*monium. Cap. 76.*

**H**anc causam egit elegantissimè Ter-  
tullianus lib. de corona militis, & de  
prescriptionibus, à quo mutuabor quæ ra-  
tioni nostræ cōducere sum arbitratus. Pri-  
mūm interrogabo, quis huius doctrine (quæ  
tātis cōuitijs & maledictis insectaris) fue-  
rit auctor? Si ex Apostolorū semine hæc  
enata nō sit, quis hanc seminauit? quomo-  
do in tantā magnitudinem excrescere po-  
tuit, vt tamē a nemine ante vos agnita sit?  
Felices vos, quibus primūm aperta & re-  
uelata sit Euangelij veritas. Agē nunc (vt  
vtar verbis Tertulliani) ante vos omnes  
errauerint, ante vos sine verbo Domini  
sacramentis abusi sint, decepti sint Patres,  
qui

qui pro ruēda nostra religione morte oc-  
 cubuerūt: nullā ante vos Ecclesiā Spiritus  
 Sanctus respexerit, vt eam in veritatē de-  
 duceret, quāuis à Christo pmissus fuerit,  
 & à Patre suo postulatus, vt esset, Doctor  
 veritatis: officiū suū Dei villicus, Christi  
 vicarius neglexerit, sinēs aliter interim Ec-  
 clesias intelligere, aliter credere quipse per  
 Apostolos prædicabat. Ecquid verisimile  
 est, vt tot ac tanti in vnam fidē quasi facta  
 cōspiratione, errauerint? Nullus euētus in  
 ter multos vnum habet exitū, variasse de-  
 buerat error doctrinę Ecclesiarū. Ceterū  
 quod apud omnes vnū inuenitur, non er-  
 ratū, sed traditum est. Audeas ergo dicere  
 ante vos omnes errasse, qui aquā vino mi-  
 sceri oportere, atq; baptizatos vngi, Eu-  
 charistiā corpus Domini non significare,  
 sed esse statuerūt. Tandiu quidē regnavit  
 error, quādiu hēreses nō fuerūt. Aliquos  
 Calvinianos retagenda & agnoscenda ve-  
 ritas expectabat. Interim perperā euange-  
 lizabatur, perperā credebatur, tot millia  
 milliū perperam Baptismo tincta, perpe-  
 ram Eucharistiā adorauerunt & sumpti-  
 runt, hæc perperā in viaticū absentibus,  
 mortique vicinis delata est, tot ministeria  
 perperam

N. VILLAGAGN. ADVER.

perperam functa, tot denique Martyria  
perperam coronata, aut si non perperam,  
nunc in vanum, qui sit ut omnes ante vos  
in tenebris versati sint? Christus & Apo-  
stoli futuras & cauendas hereses prædica-  
runt. Sed si hæretici simus, antè fuerunt  
hæreses quàm vestra doctrina vera cogni-  
ta sit, quamuis in rebus omnibus imagi-  
nem antecedit veritas.

ROMANÆ ECCLESIAE DE

*Eucharistia religionis auctorem præter Apo-  
stolos reperiri non posse. Cap. 77.*

**C**AETERUM si veritas hæresibus successerit, & hæc Romanæ Ecclesiæ Sacra-  
mentorū religio sit hæreseos atque bla-  
sphemix crimine referta, quis huius erro-  
ris auctor fuit? Quod quisque sacrificio  
addiderit, summo studio inuestigastis, &  
peruulgastis, ut humanam traditionem ac-  
cusaretis. Sed vnde oblationis religio  
duxerit initium, tacuistis: & quo mini-  
stro diabolus hoc errore Ecclesiam conta-  
minauerit. Ere tamen vestra erat, hoc ut  
non prætermitteretis, aut negligeretis.

IRENÆI DE SACRIFICIO

*missæ sententia. Cap. 78.*

Irenæus

Irenæus Ecclesiam ab Apostolis oblatio Lib. 4.  
 nē accepisse, & Apostolos à Christo at- cap. 32.  
 testatur. Huius hæc verba sunt. Sed & suis  
 discipulis dans consilium primitias Deo  
 offerre, ex suis creaturis, non quasi indi-  
 genti, sed vt ipsi nec infructuosi, nec in-  
 grati sint, eum qui ex creatura est panis,  
 accepit, & gratias egit, dicens. Hoc est cor-  
 pus meum: & calicem similiter, qui est ex  
 ea creatura, quæ est secundum nos, suum  
 sanguinem cōfessus est, & noui testamen-  
 ti nouam docuit oblationem, quam Ec-  
 clesia ab Apostolis accipiens in vniuerso  
 mundo offert Deo. De quo in duodecim  
 Prophetis Malachias sic præsignificauit.  
 Non est mihi voluntas in vobis, dicit Do-  
 minus omnipotens, & sacrificium non ac-  
 cipiã de manibus vestris, quoniam ab or-  
 tu solis, vsq; ad occasum, nomen meum  
 glorificatur inter gentes, & in omni loco  
 incensum offertur nomini meo, & sacrifi-  
 cium purum.

*Iustini de sacrificio missæ sententia.*

Ante Irenæum, Iustinus hunc Malachie  
 locum non est aliter interpretatus aduer-  
 sus Iudæos, quam Irenæus. De Hostijs, in-  
 quit, quæ à nobis gentibus vbiq; offerun-  
 tur,

„ tur, de pane Eucharistiæ, & poculo similitu-  
 „ ter Eucharistiæ, tum prædicit, quum ait  
*Aduersus* nomen suum gloria affici, à vobis autem  
*Triphonē.* pollui. Item alio loco, itaque omnia sacri-  
 „ ficia, quæ suo nomine facienda Iesus Chri-  
 „ stus tradidit, in Eucharistia panis & pocu-  
 „ li, quæ in omni loco à Christianis fiunt,  
 „ præoccupatione vsus Deus sibi grata esse  
 „ testatur, quæ autē à vobis vestrisque sacer-  
 „ dotibus fiunt, improbat, his verbis. Sacri-  
 „ ficia è manibus vestris nõ accipiam, quòd  
 „ ab oriente sole ad occidentem, nomen  
 „ meum gloria affectum est in gentibus.

*Epistola de* Alexandri Martyris de Sacrificio misse *sententia.*  
*cretali.*

Alexander Martyr ante hos, hunc sacri-  
 ficandi ritum ab Apostolis se accepisse con-  
 firmat. Hunc si mendacij arguas, Eucharistiam  
 eodem crimine à te etiam alligari, & infa-  
*Lib. de præ-* mari oportebit, atque Ioannem Aposto-  
*scrip.* lum, quo cum Romæ fuit sub Domitiano  
 (vt scribit Tertullianus) nomine negli-  
 gentiæ tibi suspectum esse, aut sceleris par-  
*I. Corin. 10* ticipem planè significabis. Paulus nos docet  
 sacrificij corporis in Cœna fieri parti-  
 cipes. Hoc tamen euenire non posse, nisi  
 corporis facta esset oblatio & manduca-  
 tio,

tio, certum est, vt intelligetur ex Chryso-  
stomo in epist. ad Corinth.

*Tertulliani de sacrificio testimonium.*

Tertullianus quoque nos, cùm Eucha-  
ristiam sumimus, sacrificij participes asse-  
rit fieri, qui sacrificium corporis vnà co-  
medimus. Alio loco Christum in ara ab  
Ecclesia sacrificari docet. Vides sacrifican-  
di religionem à Christo & Apostolis cœ-  
pisse, quod etiam, 9. canonum Apostolo-  
rum capite apertissimè probatur. Hæc ti-  
bi neganti incumbit mendacij refellendi  
munus, atque monstrandi, quando hæc  
corruptio in Ecclesiã irrepserit, quaque  
auctoritate tam altè radices egerit, vt nul-  
lis tempestatibus huc vsque reuelli potue-  
rit, sed vno omnium cõsensu sanctissimè  
& religiosissimè exulta sit. Hoc si à te per-  
fici non potest, desine esse tam iniurius,  
vt Ecclesiam de sua possessione deiicere,  
atque ordinem naturæ subvertere cõten-  
das, vt hæreses veritati, id est, doctrinam  
Ecclesiæ, tuæ traditioni anteuertisse, infir-  
morum animis inculces.

CALVINIANOS AD VER-

*bum Domini addidisse, non Ecclesiæ Epi-*

*scopos. Cap. 79.*

Opponis



*Cyprianus.*  
*Episto. 3.*  
*lib. 2.*

**O**pponis nullam ab Apostolis factam oblationis mentionem, nō addendū esse ad verba Domini. Idcirco huius traditionis contemptum tibi liberum esse. Irenæus Apocalypsis interpres, non ignoravit, ei plagas additum iri, qui ad verbū Domini quippiam addiderit. Hic autem hanc oblationis religionē studiosissimē tuetur, Cyprianus ostendens sacrificium Cœnæ perfici non posse, quin aqua vino misceatur, citat hunc Pauli locum, si Angelus de Cælo prædicauerit vobis aliud Euangelium, præter id, quod dixi vobis, anathema sit.

Hęc res argumento est, eos noluisse præter verbum Domini traditionū humanarum religione se obstringere. Sed tu qui fidem Ecclesię derogas, audes contra verbum Domini metonymiam in commentu tui cōfirmationē adsciscere, cuius ante nemo omnium meminit. Audes mandatum Domini de manducanda carne sua euertere, atq; manducationē interpretari imaginariam esse nescio quā carnis diuinæ in vestras animas irradiatione Spiritus derivationē. Audes præceptum Apostolis datum de carne manducanda, vt propositum

positum assequaris, transferre ad eorum animas, corpore, bono manducationis privato, & expulso. Audes corporibus, salutem carnis denegare. Sed ne id sentiat, corpora ad panis puri manducationem, ut salutem consequantur, rescribere, esu diuinæ carnis (in qua solum spes vitæ posita est) eis vetito & interdicto, hoc animabus, (quibus resurrectio nullius est vsus) attributo, & nihilominus tibi vis fidem adhiberi, irridenti & condemnanti, omnium anteaكتورum temporum perpetuam, & inuiolatam religionem, quod contra verbū Domini, id est, contra atque tibi persuaseris, in usum venerit hæc religio, atq; ab humana traditione perfecta sit.

In Catechismo.

PATRES ECCLESIAE SVAM

*sententiam diuinæ non prætulisse.*

Cap. 80.

**T**Am obtusi ergo ingenij, nulliusque iudicij fuerunt Patres, ut ab humana traditione, Apostolicam discernere non potuerint, aut sui tam obliui, ut suam sententiam diuinæ prætulerint. Mihi mirū est, quum nulla extiterit Ecclesia, quæ doctrinam à te editam & euulgatam redoleuerit, sed omnes institutæ fuerint hæserint-

I que

N. VILLAGAGN. ADVER.

que in ea quæ à te sacrilegij, & idololatrię notatur, quibus notis sanctam & Apostolicam Ecclesiam agnoscemus? Si hæc, quæ disseminas Ecclesiasticę disciplinæ abrogatio, vera sit Christianę religionis institutio, ac forma, mirum est, non posse vllũ eius vestigium ostendi, aut vllõ tempore Ecclesiam vllam extitisse, è qua formam à te traditam susceperis. Perditam & corruptam Cœnæ institutionem à te restitui persuades. Sed quomodo propositum obtinebis, nisi & corruptionis fidẽ feceris, & formæ à te propositæ prototypum à quadam Ecclesia non corrupta, suscepisse demonstraeris? Cœnam Iesu Christi, & Apostolorum fractionem panis obtrudis. At omnes quæ sequutę sunt Ecclesię, ab ea forma se non deflexisse testificantur, sed se facere, quod fecit, & tradidit Christus. Hoc negas & qui tibi fidem non tribuit, vociferaris, in eum inclamas, hunc omnibus contumelijs & conuicijs laceras, irrides atque damnas. Non tamen animaduertis, hoc à te peccatũ admitti, quòd nullam post Christum Ecclesiam extitisse memorare possis, è qua hanc tuam doctrinam deprompseris.

RICHERI ARTIC. LIB. I. 69  
ECCLESIAM INVISIBILEM  
uisibilibus sacramentis usam non fuisse.

Cap. 81.

**H**AEC audiens Richerus, æstuans pudore respondit: In uerbo Domini Ecclesiam esse constitutam, & in Christo intuendum esse, hominum religionem nihil se morari, & cum Christi facies non sit semper conspicua, hinc potest colligi, non semper conspicuam esse Ecclesiã, atque hominum oculis subiectam: Et ut Helia tempore sic præualebat impiorum multitudo, ut oppressa esset Ecclesia: sic etiam Christi tempore uideamus absconditum fuisse exiguum Dei gregem, quum interim impij Ecclesiæ nomen usurpent. At si absconditus fuerit grex Domini, ut agnosci non potuerit, miror cur imperauerit Dominus, quum frater in fratrem peccauerit, Ecclesia ut a deatur, atque fratris crimen deferatur. Quod si peccator Ecclesiã non audierit, sit tanquam ethnicus, & Publicanus. Adiri non potest Ecclesia, quæ oculos hominum lateat: audiri nec etiam potest. Denique si nullo certo loco manserit Ecclesia, si oculis hominum subiecta non fuerit: nusquam administrata fuerit Sacramenta secundum uerbum Domini,

Caluin.  
Antido.  
Triden.  
Concil.

Matth. 18.

N. VILLAGAGN. ADVER.

At è similitudine Helix, & oppreffionis veteris Ecclefiæ, qua defectionem veſtrâ confirmatis, compertum habeo, nulla vnquam tempeſtate tam corruptam, atque oppreſſam fuiſſe Eccleſiam, quin reliqui fuerint plerique, penes quos reſideret reſtæ religionis cultus, ceu ſeminarium, vn de verbum poſteritati propagaretur. Sic ergo Chriſti tempore, non affligi potuit Eccleſiæ grex, vt penitus ſupprimeretur, & obrueretur verus cultus Chriſtianæ traditionis.

SINE SEMINE AVT TRADV  
*ce non potuiſſe Calvinianam doctrinam, ſi uera  
ſit ad hæc tempora propagari.*

Cap. 82.

**S**ihic noſter quem reſpuiſ, eſt ab eo alie  
nus, oſtende è quo ſemine enatus ſit  
nobis, & vnde ſemen tuæ veræ religionis  
exceperis, aut quo traduce ad te hæc bella  
tua religio peruenerit. Huic rei ſi non ſa-  
tisfeceris, vide ne ex animis hominũ eam  
euellas opinionem, quam de tua ſapientia  
imbiberunt: & pro ea, quandam ſtultitiæ  
& arrogantix ſuſpicionem excites, & inij-  
cias, dum credi cupis, verbum Domini ab  
Apoſtolorũ temporibus, tenebris obru-  
tum,

tum, & immerſum nunc primùm mundo erutum à te, & oſtenſum eſſe. Hac enim ratione naturæ ordinem peruertis, tenebris lucem ſucceſſiſſe ſignificans: atque oſtensans in eſſe tibi plus intellectus, & ſapientia, quàm cæteris omnibus qui ante te vixerint. Vir modeſtus non debet in tantam ſui opinionem efferri, vt alijs bonam mentem neget. Non enim ea lege cuiquã datur Spiritus, vt alij nemini ſe hic comunicet, qui ſupra modum inflatur ferè fit, vt dehifcat, atque hâc & illac perfluat.

**ERROR CALVINIANORVM,**  
*corporis Chriſti adorationem negantium.*

Cap. 83.

**H**is rebus expeditis tranſibo ad reliquam tui diſcipuli traditionem. Vt à Trinitate exordiamur, effecit vt ſuam fidem valde ſuſpectam haberemus. Aſſenſit quidem per Chriſtum ad Deum Patrem nobis aditum patere: ſed negauit perſonæ Chriſti ſupplicandum eſſe, ne humanitatem eius, honore diuino afficeremus. Quamobrem preces Eccleſiæ ad Chriſtũ inſtitutas abrogauit. Pro quibus preces à te præſcriptas & editas, ſtatis diebus nobis indixit; obnixè nos obteſtatus, vt quibus

I 3      precibus

precibus publicè aut priuatim operam da-  
remus, summa diligentia caueremus, ne  
aliò, quàm ad Deum Patrem animum in-  
tenderemus. Vnum à tuis precibus immu-  
tandú esse sibi putauit. Tu ad Deum per  
filium eius accedis, hic per infantem Dei  
Christum accedebat: Hoc quò plures me-  
fes obseruassem, admiratus, quò ab hac pre-  
candi forma nõ decederet, Gulielmú Au-  
tracçú, quo familiarissimè vtebatur, ad me  
venire iussi, si possem intelligere, quid es-  
set causè cur Richerus filiú Dei coeternú  
infantè appellaret: An cum illis cõfenti-  
ret, qui credidissent eú esse cõcepisse, cù ex  
Spiritu Sancto conceptus esset de Maria  
virgine? Quò hac de re possem nihil expri-  
mere, queri cõcepi me in eum hominè in-  
cidisse (quum nationè infidelem Christia-  
na religione initiare & imbuere studerè)  
qui tã esset alienus ab Ecclesia, quæ Chris-  
tú Deú quotidie adorari, gloria & æter-  
nitate affici præciperet, atque in hanc rem  
post psalmorum recitationè addendum  
cauisset, Gloria Patri & filio & Spiritui  
sancto. Sicut erat in principio, & nunc &  
semper, & in secula seculorum, vt expres-  
sè sùs celebretur eius deitas æterna, atq; re-  
ligiosius

ligiosius & maiori animorū deuotione,  
 & fiducia peteremus, vt nostri miserere-  
 tur, quē cultū à vobis esse reiectū dolebā.  
 Addidi me quidē non improbare, quòd  
 precib⁹ adeatur Pater per Filiū, secundū  
 Ecclesiæ disciplinā, quæ omnes orationes  
 claudit hac Filij mediatione per Christū  
 Dominū nostrum: sed adiungit qui tecū  
 viuit & regnat in vnitae Spiritus Sancti  
 Deus per omnia secula seculorū. Quā rem  
 de vestra ademistis mediatione. Arriū me-  
 diationē Filij nō abiecisse, sed Patri in Fi-  
 lio gloriā dedisse, atque cū Ecclesia ceci-  
 nisse gloriā Patri in filio. In eo tamē Ec-  
 clesiā nō acquieuisse, sed exegisse, vt glo-  
 riā Patri, & Filio, nō in Filio exprimeret,  
 & pronunciaret: vt Filiū æqualē Patri con-  
 fiteretur. His de rebus Petrū meo nomi-  
 ne moneret: vt aut rationē redderet, cur  
 se ab Ecclesia diuelleret, aut eius se reli-  
 gioni, & constitutionibus accomodaret.  
 Præterea vt omni se hæreseos suspitione  
 liberaret, atq; vt se purgaret, diebus domi-  
 nicis symbolum Niceni cōcilij recitaret.

SI CHRISTVS ADORETVR  
 Caluiniani diuinitatem ab humanitate distin-  
 qui oportere docuerunt. Cap. 84.



**A** Vtraccus mandata conficit, additque  
 de suo quæ ad ré facere sibi visa sunt.  
 His expositis, ira Richerus incenditur,  
 seq; ad Pontanum proripit, queruntur in  
 ter se æquum non esse me, qui eos in sua  
 religione interpellem. Venisse vt nos in-  
 stituerent & instruerent, Me contrà quid  
 colant & credant, ipsis præscribere. Non  
 ignorare se, quis cultus Deum deceat,  
 vnum esse Deum non tres, honor quum  
 Christo exhibetur, oportere diuinitatis  
 ab humanitate fieri distinctionē, ne crea-  
 ta caro pro Deo adoretur, Christum ver-  
 bum in trinitatis vnitatis cōtineri, hunc  
 adorari in Patre, cūm Deus Pater adora-  
 tur. Postridie Richerus in concione, hoc  
 ipsum sui purgandi causa repetiuit, de cæ-  
 teris rebus siluit. Eram eis pollicitus, me  
 eos in sua religione non impediturum,  
 tantisper dum naues nostræ redeunt, qui-  
 bus à te responsum de rebus omnibus ex-  
 pectabant. Quamobrem aliud agendum  
 mihi nō proposui, quàm vt me, meosque  
 à Richeri concionibus auerterem, & con-  
 tinerem. Sed paulò pòst noua lis oborta  
 est.

Christum

*Iudicaturum, sed Patrem in Filij persona affir-  
mant Calviniani. Zap. 85.*

**C**VM Richerus in iudicij mentionem  
incidisset, negavit Iesum Christum,  
mortuos iudicaturum, sed Patrem in eius  
persona, neque Filium fore, qui appare-  
bit in iudicio, sed Patrē. Hoc à fide nostra  
prorsus alienum esse ex scripturis iudica-  
ui. Nam scriptum est, Sicut Pater suscitatur  
mortuos & viuificat, sic Filius quos vult  
viuificat. Hic Pater non viuificat in Filij *Ioan. 5.*  
persona, alioquin nulla fuisset Patris ad Fi-  
lium comparatio. Item neque Pater iudicatur  
quemquā, sed omne iudicium dedit  
Filio, vt omnes Filium honore afficiant,  
sicut honorificant Patrem. Qui Filium  
honore non afficit, nō honorificat Patrē.  
Si Pater in Filij persona appareat, non scri-  
ptum esse debuit, vt honor Filio exhibe-  
retur, sicut Patri exhibetur. Nam persona  
quæ apparebit non esset Filij, sed Patris.  
Prætereà si Pater in Filij persona appa-  
reat, nulla erit imago Patris, Filius nō est  
qui sedet ad dexteram Patris, sed Pater ip-  
se sibi ad dexteram suam assidet in Filij  
persona. Nec Filius dicturus est. Venite  
I 5 benedicti

- » benedicti Patris mei in regnum quod vo-  
 » bis est paratum. Scriptum esse nõ debuit.  
 » Sicut audio, iudico, & iudiciũ meum ve-  
 » rum est, quia non quero voluntatẽ meam,  
 » sed eius qui misit me. Non enim Filius  
 missus esset: sed Pater in Filij persona.

Richerus his rebus ad se delatis, magna  
 ira excanduit, Respondit, in quaque eius  
 propositiuncula me offendere. Queritur  
 me esse in reprehensionem procliuiorẽ,  
 neque admodum considerare, quem spe-  
 ctet hæc mea reprehensio, quõue perti-  
 neat. Te citat hominem huius ætatis om-  
 nium in scripturis Sanctis longè doctissi-  
 mum, edit precũ tuarum formulam, qui-  
 bus Ecclesiæ tuæ nomine Deo supplicas,  
 his verbis. *Donec appareas in iudicio in per-  
 sona Filij tui.*

### DEVM IN FILIO REDEMPTIO.

*nem fecisse, atque propterea mundum iudica-  
 turum tradiderunt Calviniani. Cap. 86.*

**H**ic dictis confirmatus. Apparebit (in-  
 ro teste, omnium post Apostolorum memoriam in  
 scripturis exercitatissimo. Postridie in con-  
 cionem prodit hoc scuto tectus, eamque  
 disceptationem aggreditur, & tractat plu-  
 ribus

ribus verbis. Non dubitate (inquit) Patrem in persona Filij iudicaturum: sicut enim in Filio fecit omnia, iudicium quoque facturum est. Is in Filio redemit mundum. nam teste Paulo, Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi. Quos ergo redemit, iudicabit. Videte quò pertineat hoc Ioannis dictum. Pater in me & ego in Patre. Philippe qui me uidet, uidit, & Patrem meum. His multis locis vsus est, quibus putauit sententiam vestram posse confirmari.

Ex Tertulliano aduersus Praxeam locorum aliquot expositiones.

Post concionem, qui hæc audiuerant, ad me detulerunt. Dolui hanc mihi offerri molestiam, atq; contradicendi occasionem, ne viderer studio quodam potiùs, quàm ratione venire ad reprehensionem. Sed perspiciens in quibus periculis nostri versarentur, dissimulare nõ potui, respondi me inire in maximam admirationem, quòd hanc insaniam tanto temporis intervallo sepultam, è tenebris viderè erui, & exuscitari, Produxi Tertulliani disputationè aduersus Praxeam, eosq; locos, quos Richerus in suò deliriù intorserat, religiosissimè explicatos. Primùm (inquit) ego & pater

N. VILLAGAGN. ADVER.

» pater vnum sumus. Hic ergo iam gradum  
 » volunt figere stulti, imò cæci, qui non vi-  
 » deant, ego & pater duorum esse significa-  
 » tionem: Dehinc in nouissimo sumus, nō  
 » in vnus: Si enim dixisset vnus sum, po-  
 » tuisset adiuuare sententiam illorū: vnus  
 » enim singularis numeri significatio vide-  
 » tur. Vnum dixit plurali verbo, quod non  
 » pertinet ad singularitatem, sed vnitatem  
 » ad similitudinem, ad coniunctionem, ad  
 » dilectionem Patris, qui Filium diligit, &  
 » ad obsequium Filij, qui voluntati Patris  
 » obsequitur: Vnum sumus duos ostendit,  
 » quos æquat & iungit. Deinceps si non fa-  
 » cio opera Patris mei, nolite credere: si ve-  
 » rō facio, & mihi credere non vultis, vel  
 » propter opera credite. Scitote quod ego  
 » in Patre sum, & Pater in me. Per opera er-  
 » go erit Pater in Filio, & filius in Patre. Et  
 » ita per opera intelligemus esse vnum Pa-  
 » trem & filium: adeo totum perseuerabat  
 » inducere, vt duo tamē crederentur in vna  
 » vnitate. Paulō pōst. Cæterū scimus Deū  
 » etiam intra abyssos esse, & vbiq; consiste-  
 » re, sed vi & potestate, filium quoque vt  
 » indiuiduum cum ipso vbiq; Tamen in  
 » ipsa œconomia Pater voluit filium in ter-  
 » ris haberi,

ris haberi, se verò in cœlis. Paulò pòst: & ce  
 peruenimus iam ad Philippũ, qui spe ex- ce  
 citatus videndi Patris, nec intelligēs quo- ce  
 modo visum patrem audisset. Ostende ce  
 nobis (inquit) Patrem, & sufficit nobis: ce  
 & Dominus, Philippe, tanto tempore vo- ce  
 biscum sum, & non cognouistis me? Pau- ce  
 lò. pòst: & apparere iam potest, quomo- ce  
 do dictum sit, qui me videt, videt & pa- ce  
 trem, scilicet quo & suprà. Ego & Pater ce  
 vnum sumus, quia ego ex Deo exiui, & ve ce  
 ni: & ego sum vnà cum eo. Nemo ad Pa- ce  
 trem venit, nisi per me, & nemo venit ad ce  
 me, nisi Pater eum adduxerit, & omnia ce  
 mihi pater tradidit, & sicut pater viuifi- ce  
 cat, ita & filius, & si me cognouistis & pa- ce  
 trem cognouistis. Secundum enim hæc ce  
 vicarium se patris ostenderat, per quem ce  
 & Pater videretur in factis, & agnosce-  
 tur in filio.

DEVM IN PERSONA FILII

*in iudicium non appariturum ex Augu-  
 stini auctoritate. Cap. 87.*

**E**Odẽ quo exposuit Tertullianus mo-  
 do, Deus erat in filio, mundum recon-  
 cilians sibi: non in eius persona: est enim  
 alia persona Patris, alia filij. Nam si in eius  
 persona

August.

persona fuisset, sic vt vna esset tantum per  
 sona, & nõ duæ distinctæ, filius non dixit  
 set. Pater, in manus tuas commendo Spiritum  
 meum. Deus meus quare dereliquisti  
 me: Pater ignosce illis. Quantum ad iudi-  
 cium attinet, proposui ea de re Augustini  
 sententiam. Ioan. cap. 5. Forma igitur serui  
 videbitur in iudicio, occulta erit forma  
 Dei. Si occulta sit nõ apparebit. Occultus  
 erit in seruo filius Dei, apparebit filius ho-  
 minis, qui potestatem dedit ei iudicium fa-  
 cere, & quia ipse solus apparebit in forma  
 serui. Ideo superius dixit. Pater non iudica-  
 cat quemquã: sed omne iudiciũ dedit filio,  
 quia per eius formã iudicium futurũ est,  
 quam non habet Pater. Augustinus supe-  
 rius dixerat: resurgunt nunc in mēte, per  
 verbum filium Dei, resurgent tunc in car-  
 ne, per verbum Dei carnẽ factum, filium  
 hominis. Neque enim ad iudiciũ viuorũ  
 & mortuorũ Pater ipse venturus est. Nec  
 tamen recedit à filio pater. Quomodo er-  
 go non ipse venturus est? quia non vide-  
 bitur in iudicio, videbunt in quem pupu-  
 gerunt. Ex his manifestum est, non appa-  
 riturum Patrẽ in persona filij in iudicio,  
 vti vos precibus vestris exposcitis. Non-  
 nulli

Nulli ex tuis discipulis Augustini auctori-  
tate adducti, è suis precibus hunc locum  
deleuerunt, atque pro eo dicendum esse  
sibi putauerunt, donec filius tuus appa-  
reat in iudicio.

*Cur Patris, non Filij futurum esse iudicium  
Caluiniani putauerint.*

Hoc intelligens Richerus, post duos  
circiter menses apparitionem hac inter-  
pretatione temperauit. Non apparebit (in-  
quit) in essentia, sed in potestate. Quamobrem  
Patris iudicium dicendum est, non filij: uti si quis  
Regio nomine ius dicat, huic non est attribuenda  
iurisdictio, sed ei cuius in ministro potestas reluxe-  
rit. Quasi verò inter essentiam & virtutē Actu 17.  
Dei sit differentia, & altera alteri accedat. »  
Suam opinionem confirmabat hoc Acto: »  
rum loco à te in vulgarem nostrā linguā »  
verso. Statuit diem in quo iudicaturus »  
est orbem in æquitate, per vnum hominē, »  
quē à mortuis suscitauit. Si pater (inquit) »  
per hominem iudicat, nonne qui per alium facit,  
per se ipsum facere uidetur? Multis alijs verbis  
nobis insultabat, quasi stupidis, & iudicio  
captis. Sed vereor ne dum Monarchiano-  
rum hæresim effugit, præceps in eorum  
infantiam



N. VILLAGAGN. ADVER.

infantiã feratur, qui filium Patri fecerunt  
inæqualem. Hic enim non solùm minorẽ  
Patre filium ostendit, sed ea proportione,  
quæ est ministri ad Regem.

REPREHENDITVR CALVI-

niana uersio cap. 17. Actorum in iudicij  
mentionẽ. Cap. 88.

**V**T eam opinionem refellerem, adhi-  
bui codicem Græcum, per quem er-  
rorem tuum deteximus. Lucas scribit in  
» viro futurum esse iudicium, quem Domi-  
» nus exuscitauit à mortuis, non per vnum  
» hominem, (vti vertisti, & docuisti) qui er-  
ror non parui momenti esse mihi vide-  
tur. Non inficior ab eo viro, quem Domi-  
nus Deus excitaui à mortuis futurũ esse  
iudicium, sed eo modo quo suprã demon-  
strauimus ex Tertulliani & augustini sen-  
tentia: non enim potest filij diuinitas à  
Patre separari, aut Patris à filio. Sed confu-  
sionem personarum nego, vicariam pote-  
statem quam filio exemplo Regij mini-  
stri tribuicis. Nec me mouet, quod filio  
Patrem dedisse iudicium opponitis. Non  
enim hanc iudicij potestatem factam esse  
filio, humano more existimo, quòd post  
natiuitatem hanc adeptus sit, sed intelli-  
go hanc

go hanc obtinuisse, vti de eius vita scriptum est. Sicut Pater habet vitam in semetipso, sic dedit filio habere vitam in semetipso, Non quòd filius genitus sit sine vita, atq; ei postea vitæ facta sit accessio, sed esse genitum, vitamque datam vnã atq; eandem rem fuisse: Sic datam ei vitam, potestatem, & generationem vnã & eandem rem.

Qua ex re tua versio multò mihi visa est à religione nostra remotior. Dum enim ostendis Deum per vnum hominem iudicaturum. Vis huius propositionis (per) videtur ei iurisdictionem tribuere, qui naturaliter eam non habeat, quam dubitationem sustulisses, si Lucae lectione non inuertisses. Quò in Christo iudicat Deus (vt affirmat Lucas) iudicem Deo equalem esse probat, vnũq; illi, & proprium esse iudicij ius, & potestatem cum Patre. Auges tamen eam quam adnotauimus absurditatem, per vnũ hominem iudicium futurum esse dicens. Quum Lucas virum exprimit, non addita vnitatis nota, non excludit ab humanitate diuinitatem. Qui enim affirmat Christum hominem esse, non errat, est enim simul Deus & homo. Sed qui vnitatem eum definit, ab eo vide-

N. VILLAGAGN. ADVER.  
tur diuinitatē detrahere, & asserere, eum  
nihil esse aliud, quàm hominem: atq; fan-  
ctitatē illi eo modo obtigisse, quo Enoch,  
Mosi, Eliæ, Ioanni, & plerisque alijs, aut  
eis aliquanto excelluisse. Huc illatū & ad-  
ditum vestrum panis puri signum, hanc  
auget coniecturam. Nam si in hac estis sen-  
tentia, vt purus homo sit Christus, elegan-  
tissimè & aptissimè huius substantiam pa-  
ne puro significare videmini: Quum vtra-  
que substantia foret diuinitate vacua.

IN ECCLESIA NEMINEM

*auctoritate excellere contendunt Calui-  
niani. Cap. 89.*

NON defuit nobis in rebus plurimis  
discordiæ occasio, quū funditus Ec-  
clesiasticam disciplinā ij tui Ministri euer-  
tere, abolereq; contenderent, atq; nos ad  
nouam quandā regulam adigerent. In ea  
de sede, contra omne vetustatis exemplū,  
alternatim duo pari prerogatiua sacerdo-  
tio fungebatur. Vbi vnus hebdomadē spa-  
tio ministerio functus esset, cedebat alteri,  
vt hebdomadatim essent Sacerdotes &  
Diaconi. Damnāt manuū impositionem.  
Tradunt in Ecclesia neminē auctoritate  
reliquis excellere, quòd omnes Christia-  
ni,

ni, regale sint sacerdotiū. Sibi omnes persuadēt, se esse religionis scientia præditos, antequā literas didicerint, quòd eā Dominus paruulis reuelauerit, nō sapientibus. Suntq; omnes perfecti Theologi, sine literis & doctrina. Quæ res, memoriā mihi refricauit eorum, quæ à Tertulliano scripta sunt aduersus hæreticos. Aliud in eorū disciplina obseruatione nō indignū adnotui. Si se ad eos cōferat aliquis, qui bene in Ecclesiam Romanā debacchetur, atq; in Ministros eius exquisitis & affectatis conuicijs insultet, missam excretur, Eucharistiā idoli nuncupatione insigniat, ad latrinas proficiscens ad missam ire proclamet, fordestersurus corporale postulet, Papam Antichristū nominet, Principes qui christumate inficiuntur, signū à bestia accepisse, atq; de execrationis poculo ebibisse dixerit. Dies festos, quadragesimā, cæteramq; Ecclesię disciplinā ludibrio habuerit, hic fidelis loco habebitur, & summis laudibus efferetur, vitæ eius nulla ducta ratione. Vbi enim eorū quispiā crimen perpetrasset, infirmitatis humanæ habendā esse rationē ostendebant, atq; gratiarum esse diuisiones. Sic mortē euasit, qui nepoti pro-

N. VILLAGAGN. ADVER.

prio stuprū intulisse Richero tuo, & Pontano delatus & conuictus est. Sic excusatus Tourettus vester, qui literas nostras corrupit, qui contempta sacramenti religionis stationem deseruit, atq; ad religionis apostatas transfugit; excusati qui cum infidelibus fornicati sunt: vt eorum in

**Tertull.** mentem mihi venerit, quæ à Tertull. hæreticis obijciebantur, eis negocium esse, non erudiendi aut instruendi, sed Ecclesiam euertendi. Ad hoc enim opus se humiles solū & blandos præbuerunt.

PLVRES SACRAMENTARIORUM SECTÆ INTER CALVINIANOS.

Cap. 90.

**I**NSUPER de religione parum illis conitabat. Vix duo reperti sunt, quibus vna esset sententia. Ex ijs quos Pontanus aduexit nouem Sacramentariorū sectæ emerferunt. Fuerunt qui modis omnibus tecū contenderent, atq; affirmarent, quanuis Eucharistia non immutetur, nec transeat in carnem & sanguinem, sed pura panis & vini remaneat substantia, animam tamen verè passī corporis, & sanguinis substantia, vi promissionum Spiritus Sancti opera, & infusione cōmunionis diuinę carnis.

Alij

Alij Richerum sequuti negant materia  
lis carnis communionem in animas Spiritus  
irradiatione transmitti posse, tuamq;  
solis similitudinem irrident. Affirmant ta-  
men realem & non corporalem Christi  
substantiam in animas permeare, vi diui-  
ni Spiritus, eamque substantiam inuisibi-  
lem esse speciẽ, instar Platoniarum Idea-  
rum, vt qui manducare se credat, & cogi-  
tet, manducet.

Alij transsubstantiationem admittunt,  
sed hac lege, vt ad integram panis substan-  
tiam, addatur Christi corporis substantia.  
In quam significationem (trans)interpre-  
tentur præter significare: quasi transsub-  
stantiari denotet, præter panis substan-  
tiam, diuinæ carnis adijci substantiã, qua-  
siq; substantia carnis signo ac figuræ sit  
accidens: sicut Eucharistia constet tribus  
rebus, propria panis substantia, & corpo-  
re Christi constante duabus rebus, terre-  
na & cœlesti. Interim non cogitantes se  
non manducare corpus Domini passum  
pro nobis: aut si id credant in hanc insa-  
niam se incidere, vt ostendant se credere  
Christi corpus affixum cruci, non fuisse  
carneum, sed pane triticeo constitisse.

N. VILLAGAGN. ADVERS.

Alij negant vlllo modo edi substantiam corporis & sanguinis, asserentes hæc verba, hoc est corpus meum, panem non spectasse, sed corpus: vt quum dixit, destruite templum hoc.

Alij concedunt corpus, & animum nutriri corpore Domini, nõ quòd verè manducetur, sed hoc fieri imputatione per fidem: atq; eo modo Cœnâ nihil esse aliud, quàm memoriale & testimonium.

Alij manducationem non esse necessariam, sed fidem: quòd manducare nihil aliud sit quàm credere.

Alij si corpus Domini ad Cœnam afferatur, capi & manducari: aliter accipi nihil posse. Alij transsubstantiationem negant, admittentes transconditionationē.

Alij cum Spiritu nos viq; carnis, non cum ipsa carne participare.

Nemo est eorū omniū, qui nõ ita sit in sua sententia pertinax & obfirmatus, vt p ea tuenda mortē oppetere nõ sit paratus.

NONNVLII EX CALVINIANIS preces publicas respuunt. Cap. 91.

**E**ffluxit aliud cõmentū nõ minus perniciosum, inuenti sunt, qui respuant preces publicas, huc præceptum Domini detor-

detorquentes, vt secedendū eis fit in con-  
clauē, qui ad orationem se accingunt, atq;  
occluso hostio orandū. Omnes vno dem-  
pto Christū adorari debere negant: Sed  
per hunc Deum Patrem adeundum præ-  
dicantes.

Reliquis ferè in rebus tecū conuenere,  
missam odio maximo p̄sequuntur, & con-  
demnāt: Dies festos præter Pascha, Pente-  
costem, & Natalem Domini abrogantes.

De diuortio, nō ab similem habent opi-  
nionem, affirmant viua relicta, alteram du-  
ci licere. Huius odor doctrine nonnullos  
iam ad nos ex Francia pellexerat, in spem  
noui matrimonij, qui mea cognita senten-  
tia, pedem retulerunt.

Inuenti sunt, quibus non placeat tua  
prædestinationis doctrina, quòd visa sit è  
Manichæorum, atq; Turcarum schola pro-  
fluxisse.

Longum esset singula quæq; persequi,  
quæ mihi ab Ecclesia cognita sunt esse  
aliena: Quare in aliam occasionem hoc  
reijciam.

PRIMI LIBRI FINIS.



EPISTOLA.  
N. VILLAGAGNONIS  
ADVERSUS CALVINI DE  
Sacramento Eucharistię traditio-  
nem: Liber secundus.

IOANNI CALVINO NICOLAUS  
Villagagno S. ET P.



**V**M tuis discipulis nonnulli  
ad nos aduecti sunt, qui à tua  
doctrina in Lutheranam, ani-  
mum deflexerant: quare re ef-  
fectum est, ut sæpè inter eos  
quæstiones inciderint, dum al-  
ter alteri præstare & præferri studet. Hoc non  
incommodè mihi uisum est accidisse: spem iniecit  
fore, ut disceptando utraque doctrina fieret illu-  
strior, quamobrem per me factum est, ut non mi-  
nori licentia quæstiones suas agitent atque di-  
sputarent, quam si ad Geneuam mansissent. Ei rei  
quum decem mensium spatium operâ impenderint,  
tuam doctrinam planè perspectam habui. Hoc ubi  
factum est, comperi ministros tuos ad eam rem,  
quam mente agitaueram, esse minùs idoneos, mihi  
que esse faciendum putavi, ut meum consilium in  
aliud tempus & occasionem reijcerem, ne pro lu-  
ce, quam miseræ Genti asserre decreueram, tene-  
bras

bras profundissimas offunderem, ut quum Dei pro  
 uidentia ad eos lux ueritatis aliquando affulse-  
 rit, ad eius conspectum, institutione uestra impe-  
 diti, fierent obtusiores. Hac re cognita, tui mini-  
 stri nauem opportunam nacti, se ad te receperunt.  
 Proficiscenti Richero significauit, à se nobis in con-  
 cione esse multa tradita, quæ religioni tuæ aduersa-  
 sari mihi uideantur, de quibus te certiore[m] face-  
 re decreuissem. Proinde exponeret, an se uellet à  
 quibusdam reuocare, de quibus reticerem. Sed hoc  
 responsum tuli, omnium, quæ nobis seu scripto, seu  
 sermone reliquisset, optimè meminisse, atque nihil  
 eorum esse quod ad te deferri nollet. E tuis scri-  
 ptis omnia à se deprompta. Quæ è re reprehensio-  
 nem tuam non uereri. Adiecit esse mihi tuorum li-  
 brorum copiam, è quibus possem de hoc cognosce-  
 re & iudicare. Ac ut operæ & laboris in eam rem  
 minus insumerem, ad tuam Sacramentorum reso-  
 lutionem, & Catechismū reiecit. Huius sequutus  
 consilium, eo me studio ad librorum tuorū lectio-  
 nem applicui: ut nullum locum, ubi de hac, quam  
 in manibus habemus materia tractaueris, à me  
 prætermisum esse putem. Euolutis libris tuis, ad  
 scriptores Ecclesiasticos me contuli, quorū libros  
 quam fieri potuit diligentissimè legi. Atque sum-  
 ma animi contentione, locos omnes perscrutatus  
 sum, quos in tuæ doctrinæ confirmationem addu-  
 cis,

N. VILLAGAGN. ADVER.  
cis, an cum ipsa conueniant, uti his libris exponere  
constituimus: & ut à metonymia exordiar.

**A** Nimo comprehendi. Panem corpus Do-  
mini tibi significare, uinumque sanguinem:  
quòd ex panis esu docearis, quam uim habet panis  
nutriendis corporibus ad sustinendam præsentem  
uitam, eandem corpori Domini inesse, ad alendas  
spiritualiter animas uestras.

Hoc dogmate, nos vocas in multarum  
rerum considerationem, qualiter panis  
materia, diuini corporis figura esse pos-  
sit: Quæ sit panis vis, & proprietates, quæ  
corporis: quomodo hæc se respiciant, quo-  
modo animæ spiritualis essentia, corpus  
naturale, & carnem manducare possit & ca-  
pere, quomodo hanc uiuificare possit cor-  
pus Domini, quum ipsa non sit moritura.

**EX CALVINIANA CIRCUN-**  
cisionis similitudine, manducationem Eucharis-  
tiæ, non ipsam Eucharistiam debere ui-  
te signum esse. Cap. I.

**V**T certò statuamus, hunc Domini ser-  
monem, Hoc est corpus meum, figu-  
ratum esse: sententiam tuam circuncisi-  
onis similitudine confirmas. Quæ circunci-  
sio quamuis fœderis sit signum, non fœdus ipsum,  
hanc

*hanc capi tamen in scripturis probas pro fœdere:*

E qua similitudine tu nobis auctor es, panem à Domino vocatū esse corpus. quod signū sit corporis. Hoc ut expediāmus, tria in tua similitudine inspicienda esse mihi proposui: præputiū, circuncisionē, & fœdus. Horum trium, tibi placet circuncisionem fœderis esse signū. Tria itidē erunt in Cœna nobis cōsideranda. Eucharistia, huius manducatio, & vita. Horum trium, manducatio circuncisioni respondet: Vtrumq; enim nomen est verbale actionem significans. Qui ergo manducationē vitæ signum esse crediderit, tuo iudicio non fallet opinionē. Ex te docemur præputium fœderis signum esse non posse, quum fœderis significationem, circuncisioni attribuas. Dicemus ergo Eucharistiā, quam præputio respondere ostendimus, nobis nec vitæ signū esse, nisi tuā similitudinē transgrediamur, sed signi partes, manducationi tribui oportere. Quum ita sit, quumq; māducatio significet in vitam aternā alimētū: in Eucharistia quæ manducatur, inesse vitæ aternæ effectum (vt Cyprianus in Cœna docet) iudicavi. Nā manducatio, vitæ signū esse nō posset,

nisi

nisi in re manducata inesset facultas vite. Vti nec circumcisio fœdus enunciaret, nisi si præputij amputatione initum esset fœdus. Quòd si Eucharistia, vitam æternam nobis suppeditet, hæc nihil aliud esse potest, quàm corpus Domini. Is enim solus vita est & resurrectio. Atq; affirmandum est, tuam metonymiam ad hunc sermonem, Hoc est corpus meum, non pertinere, sed panem effectum esse corpus, ex verbi omnipotentia, infusione Diuinæ essentiæ, ut

Eodẽ loco. docet idem Cyprianus.

### A CORPORIS FRACTIONE

metonymiam Caluini impugnari. Cap. 2.

**P**ossum quoq; verbis Apostoli comprobare, pane corpus Christi significari non posse. Hoc est (inquit) corpus meum quod pro vobis frangitur. Fallax esset significatio, si corporis fractionem extra Eucharistiam indicaret. Nam scriptum est: os non comminuetis ex eo. Præterea præsens tempus, præsentem fractionem ostendit, & κλάμενον (qua voce utitur Apostolus) non fractionem solùm significat, sed rem frustillatim concisam: ut ne cesse sit Apostolum, ad aliud corpus non spectasse, quàm ad Eucharistiã frustatim distribue

distributam, vt omnes carne Christi satia-  
rentur. Hoc etiam intelligi potest ex Mat-  
thæo & Marco, qui Eucharistiæ fractionē  
hoc ipso vocabulo enunciant. Huc quoq;  
afferri potest, quod de calice docuit Pau-  
lus dicens. Calix benedictionis quem nos  
benedicimus, nonne communicatio san-  
guinis est? Si verbum (est) significat, non  
quidem est, sed significatur corporis com-  
municatio, multi non sumus vnus panis,  
sed contra Pauli sententiam vnum panem  
significamus. Insuper expone à quo didi-  
ceris vini potationem, veri sanguinis effu-  
sionem significare, aut conuersa ratione  
sanguinem effusum, vinum testamenti re-  
presentare. Hoc si præstare non possis, de-  
sine nobis molestus esse, quòd catholicā  
sententiam prosequamur.

AB IPSA CALVINIANA SI-  
militudine probatur, corpus Domini in Cœna  
non esse significatum. Cap. 3.

Sed ex tua ipsa similitudine approbare  
possunt, pane nō significari corpus Do-  
mini: Nam vt à te assertum est panem, di-  
uini corporis esse signum, quasi huius te-  
sententiæ pœniteat, protinus panis virtu-  
tem cū corporis virtute comparas, subij-  
ciens,

Nempe

N. VILLAGAGN. ADVER.

Nempe hinc docemur quam vim habet panis nutriendis corporibus ad sustinendam presentem vitam, eandem corpori inesse ad alendas spiritualiter animas.

Video virtutem cum virtute hinc a te conferri non substantiam cum substantia. quamvis de corporis diuini substantia nobis controuersiam moueris. Peccas ergo cum a substantia ad huius virtutem animam nostram transmittis. Sed ad errorem hunc, hoc quoque accedit incommodi, quod doceas panis virtutem, unam cum corporis diuini virtute rem esse, hoc uno excepto, quod panis virtus, in temporarium carnis alimentum a te infumitur: Christi vero virtus est animæ, ad suam æternitatem cibis. Mirum est te non sensisse, quæ in hac tua similitudine, se dissimilitudo proferat. Corpus tuum sine panis substantia virtutem panis non comedit. Item nec corpus tuum vesci potest nisi reuera manducet, fide enim non pascitur. Anima vero, sola diuinitæ carnis virtute, seorsum ab ipsa carnis Christi materia, & non manducando, sed fide sola pascitur. Deberet tamen si eo modo spiritualiter nutriatur, quo corpore naturaliter, eo etiam modo comedere, quo edit corpus:

corpus: & quemadmodū seorsum à panis  
 substantia, nulla est ad nutrimentum pani  
 facultas, sic vt similitudini tuæ relinqua-  
 tur locus, vita diuini corporis, non debet  
 seorsum à corpore nutrire. Præterea cū  
 tibi perspectū ſit, virtutem panis, non esse  
 materiam, sed in ipsa insitā manere, mirū  
 mihi est, quī in animū tuum inducere po-  
 tueris, vt Lucas aut Matthæus volentes di-  
 uini corporis virtutem cum panis virtute  
 comparere, dixerint: Hoc est corpus meū,  
 non autem, hoc est corporis mei virtus. Si  
 à substantiarum qualitatibus & virtute ti-  
 bi sit liberum, verbi Euangelici pro arbi-  
 tratu tuo interpretationē contexere, ab  
 ipsis, vnusquisque poterit secundū inge-  
 nij sui deprauationē, prauam quanq; sen-  
 tentiam elicere. Atq; excusari posset ille,  
 qui commentū tuum ludens, ita argue-  
 bat, si vini virtus cū sanguinis virtute con-  
 ferri debeat, cū dixit Matthæus hic est  
 meus sanguis, itāne poterit intelligi, vt  
 quum ea sit vini vis, vt qui paulò liberius  
 potationi indulgeat, in mentis insaniam in-  
 cidat, sic qui paulò ardētius Christi Calui-  
 niani sanguinem hauriat, & amplexetur,  
 mente capiatur. Si hanc à qualitatib⁹ inter-  
 pre-



pretandi licentiam permiseris, in finitis te  
 captionibus obstringes, & ad scripturæ  
 corruptionem, viam latissimam concinna-  
 bis. In sententiam tuam de hac similitudi-  
 ne descenderem, si Ecclesiæ religionem  
 sequutus dixisses, sic homines perfectos  
 diuinæ carnis vera manducatione ad æter-  
 nitatem educari, vti ad tempus pane cor-  
 pora nutriantur. Sed manducationis tui  
 corporis ad non manducationem, sed fi-  
 dem animæ, inepra mihi comparatio & si-  
 militudo visa est. Prætereà adhærere cum  
 tibi cupio, me cogis à Pauli sententia dis-  
 scedere docentis: azymi panis, id est, Pa-  
 1. Cor. 10. schatis nostri immolati manducatione,  
 mortem Domini nunciari. Tu verò mor-  
 tis nuntiationem figura tua reijcis, teq;  
 ad solum animæ cibū conuertis, quamuis  
 vtrumq; Paulus effectum, in consideratio-  
 nem adducat. Ad hoc quidem tui Aposto-  
 li responderunt, sed mihi nō satisfecerūt.  
*Te in Christum mortuum credendo, hunc mandu-  
 care, opusq; fidei esse manducationem.* Sed tuam  
 similitudinem sic dissoluunt prorsus ac  
 dissipant. Non enim ampliùs significatur  
 corpus, nec panis māducatione fides: nam  
 si dici posset quam vim habet panis man-  
 ducatus

ducatus ad corporis alimentum, eandem vim habet fides ad animæ cibum, hoc tamen significare non potest panis, nec sermo Domini (Hoc est corpus meum) eam fidei suppositionem figurare.

Item è multis fidelibus in vnum corpus coitionem (cuius rei symbolum ac signum est Eucharistiæ manducatio) tuus panis referre non potest. Vide an possis bona ratione dicere, quam vim manducatus panis habet ad sustinendam carnis vitam, sic multarum animarum in corpus Christi non manducatum, sed mortuum creditum, fieri communionem, idq; significet, Hoc est corpus meum.

Rursus hæc nobis difficultas occurrit, quòd panis à te manducatus, necessariò in carnẽ tuam (si te nutriat) conuertitur. Eucharistia verò nostra, nos in se transmutat, nõ mutatur Augustino teste dicente. *August. conf. lib. 7. cap. 10.*  
 Cibus sum grandium, tu me non mutabis in te, sed in me mutaberis. Ideoque contra Pauli sententiam non estis vnus panis, sed multi panes in vos mutati, multa fiunt corpora. Præterea quæ tui panis portio maior insumitur, nutrit amplius. Eucharistiæ verò  
 L                      quan

N. VILLAGAGN. ADVERS.

quantulæcunq; partes equaliter nutriūt.  
 Non enim plures particulæ, à se tanquam  
 plures differunt, sed quod totius corpo-  
 ris vna est, hoc & cæteræ: vt elegantissi-  
 mè docet Guimundus in Berengarium  
 " sententiam tuam oppugnans, Et omnes,  
 " inquit, simul iunctæ, id ipsum singulæ to-  
 " tū Christi corpus, separatæ sunt: nec vna  
 " portio minor esse creditur quàm illud,  
 " quod ante fractionem erat integrum. Vi-  
 " de an id miraculum virtus tui panis signi-  
 ficet? Quum hæc infidelibus non pateant  
 manducantibus, sed à solis fidelibus men-  
 te cernantur, ad eorum animos excitan-  
 dos, sursum corda, & à carnis sapientia in  
 diuinam sapientiam & clementiam erecta  
 habere hortatur Ecclesia. Vide an mille  
 panis partes, effigie differentes, vnus aqua-  
 lisque cibus dici debeat, milléque totidē  
 manducantes id ipsum omnes fiant, quod  
 sumit vnus? vt de Eucharistia tradit Au-  
 gustinus in Ioannem, in tuę sententię con-  
 firmationē à te vsurpatus: Et nos, inquit,  
 » ipsius corpus sumus per misericordiã ip-  
 » sius, & quod accepimus nos sumus. Quod  
 » ergo accepimus panis non est, sed è pane  
 effectum corpus Domini vi verbi, quod  
 omni-

Augustinus

omnibus vnum & idem est corpus: Nam  
 vt diximus, qui panem manducat ipse nõ  
 efficitur panis, neq; plures particulæ, vna  
 & eadẽ est particula, neq; plures commu-  
 nicantes in vnam eandemq; particulã mu-  
 tari possent, sed potius plures particulæ,  
 diuersa pluraq; efficerentur corpora. Er-  
 go in hoc est transsubstantiatio necessaria.  
 Paulò superius Augustinus dixerat. Hũc  
 itaq; cibum & potum societatem vult in-  
 telligi corporis & membrorum suorum, cc  
 quod est Ecclesia. Huius rei Sacramentũ, cc  
 id est, vnitatis corporis & sanguinis Christi, cc  
 alicubi quotidie, alicubi certis inter- cc  
 uallis dierum in Dominica mensa præpa- cc  
 ratur, & de Dominica mensa sumitur. Has cc  
 omnes sententias cum tuæ figuræ analo- cc  
 gia conferre debuisti, & considerare, an cc  
 cum ea rationem habeant, antequam ab cc  
 Ecclesiæ religione ad tuam nos traducere  
 contenderes.

CONFIRMATIONIS NOMEN,  
*figuræ corporis Domini non conuenire.*

Cap. 4.

**A**lio nomine tua doctrina à metonymi-  
 amia somnio me reuocat. Tibi est opi-  
 nio, Corporis diuini communionẽ (quã Baptismo

de Euangelio habueris) in Cœna confirmari. Si hoc probemus, expone quis tibi confirmator esse videatur? quæ erit confirmatio? quæ res confirmationis instrumentum? Si panem confirmationis instrumentum esse mihi persuaferim, tibi repugnabo in tua Cœna dicenti, Panem instrumentum esse quo tibi corpus offeratur: Non enim potest oblationis simul & confirmationis instrumentum esse. Nam oblationis confirmationem præcedit confirmatio. Sit tamen instrumentum confirmationis, huius manducatio videtur confirmatio dici debere. Hoc tamen ab hac opinione me deterret, quod confirmatio sit opus & motus confirmantis, confirmans autem non debet is esse qui confirmationis capit beneficium. Hoc tamen loco tu qui manducas, qui confirmationem facis, beneficium accipis, agens es & patiens. Sed hoc missum faciamus: indica quomodo panis esse tibi possit confirmationis instrumentum, & Christi figura corporis, dicentis: Hoc est corpus meum.

PANEM TESTIMONIUM AUT  
 testem non esse confirmationis, & corporis  
 Christi figuram. Cap. 5. Non

**N**on solum autem confirmationis titulo panem tuum adornas, sed & testimonij nomine: in eam re hoc à te sciscitabor si panis tibi sit testimonium, quis erit testis? si panis testis aut testimonium fuerit, quomodo & simul Christi corporis figura esse potest? sed si testis est, quis hoc vtetur teste? tu ne in tuam vtilitatem proferes, an à Christo produci iudicabimus? at Christi non est, vt proferat testimonium simul & beneficium. Si verò testimonium tu producas, cui fidem facturus? Christo ne? at scrutator cordium teste non eget: si animam tuam respiciat, testimonium inane futurum est. Nam facti sui nemo testem postulat. Si communicantes, ac conuiuas testimonium spectarit, falsum esse poterit: si enim tibi desit fides, nihil ab anima tua sumitur. Hæc tua philosophia tam abstrusa est, vt ad eam non possim ingenij mei viribus penetrare.

**EVCHARISTIAM PANEM**

*dici, quamuis sola specie tenus panis existat. Cap. 6.*

**O**stendimus Eucharistiam meritò vitam æternam vocari, quòd hæc, sub temporarij alimenti effigie, sit æternæ vi-

Collof. 2.

Cōtra Ad-  
mant. Ma-  
nichei di-  
scri. cap. 12.

tæ substantia, quamvis eius species longè distet ab æternitate. Sicuti carnem suam Dominus panem cœlestem vocabat, etsi non cœlesti solùm re, sed etiã terrena consisteret: sed quia sub hominis communis specie latebat caro, in qua plenitudo divinitatis inhabitat corporaliter: hanc, propter verbum Domini, specie non exclusa, panem cœli nominabat. Sic quamvis Sacramenti effigies, res non sit divina, sed divinæ velamen carnis, totam Eucharistiam Sacramentũ vocat Ecclesia, tametsi sola huius species, signi, id est, Sacramenti nomine, propriè diffiniri debeat. Augustinus hanc in rem dixit, Dominus non dubitavit dicere, Hoc est corpus meũ, quòd daret signũ corporis sui: Non quòd docere vellet, rem Sacramenti, signum esse, sed quia signo, id est, effigie panis, res divina obvoluta sit, non exclusa specie, totum Sacramenti corpus, dici posse Sacramentũ, vir Sanctus ostendebat, vti hominis communis species, qua Deus homo obtegatur, Deus non est, hac tamẽ non seclusa, Divinum corpus totum, Deũ appellamus, sicuti verbum caro factum, non solam carnẽ, sed & animam comprehendit. At, qui è re  
ligione

ligione veritatem eripuerunt, hanc Augustini sententiam aliorum atque is intellexerit, interpretati sunt, credentes in signi appellationem rem venire, quæ pro peccatis passa sit, quam panis species obtegit. Hoc tamen is eo ipso loco ab exemplo sanguinis brutorum inficiatur, quæ sanguinem Moses animam vocat, quamvis sanguis anima non sit, sed animæ sedes & velamen, animaque; bruti, ut ait Augustinus, lateat in sanguine, non secus ac sub Sacramento, veritatis latet corpus. Ante hunc Cyprianus in *Cyprianus.* Cœna hoc docuerat his verbis. Sicut in persona Christi humanitas videbatur, latebat diuinitas, ita Sacramento visibili, diuinitas se infundit essentia, ut esset religioni circa Sacramenta deuotio, & ad veritatem, cuius corpus Sacramenta sunt, syncerior pateret accessus. Ad docendam ergo duplicem vna sub specie Iesu Christi naturam, indifferenter hunc Deum & hominem vocat scriptura, etsi infirmitatis humanæ actioes, à diuinitate longè remotæ sunt: ut quum quis mortuum Filium Dei dicit, non mentitur (etsi diuinitas nec mori nec pati possit) propter ineffabilem tamen carnis & Spiritus unitatem, verum est, Deum Filium Dei passum esse.



N. VILLAGAGN. ADVER.

se ipsum etiã exinanivisse, quamvis servi  
 forma tenus exinanitus fuisse dici possit :  
 & qui peccatum nõ fecit, in similitudine  
 inuentus vt homo, factus pro nobis male-  
 dictum, piaculum, ac execratio tamen di-  
 ctus est, quamvis ab essentia peccati lon-  
 gissimè remotus fuerit : ita signum ac Sa-  
 cramentum dici potest Eucharistia, quam-  
 uis sola eius effigies id nominis propriè  
 sustineat, Hinc est, quod panem fregisse di-  
 cti sint Apostoli, mysticam nostram bene-  
 dictionem frangentes, quòd specie tenus,  
 hæc, panis dici possit, vti specie tenus ma-  
 ledictus pependisse dictus est, Si ad eam,  
 quam doces Analogiam referri debeat Sa-  
 cramentum, vt è panis communis virtute,  
 intelligatur carnis diuinæ virtus, ad nu-  
 triendas spiritualiter animas, frustra & Eu-  
 charistia & mysticæ benedictionis nomẽ  
 panis obtinet: frustra enim adhibetur be-  
 nedictio aut gratiarum actio, vt quod pa-  
 nis natura citra benedictionem signifi-  
 cat, figuret.

SACRAMENTI EVCHARI-  
 stia, & Baptismi non eandem esse ratio-  
 nem, Cap. 7.

Hinc

**H**inc æstus disputationis nos auexit in Baptismi considerationē. Ab huius exemplo ac definitione Richerus ostendit. *Eucharistiæ substantiam, in se nobis gratiam non exhibere, sed eius exhibitæ signum esse, sicuti lauacri corporei Sacramentum, lauacri animæ signum est.* Sed in hac similitudine valde mihi falli visus est. Differentiam esse inter Baptismum & aquam, qua Baptismus conficitur, & inter Eucharistiā, & huius manducationem considerare debuit. Baptismus enim non est aquæ substantia, sed lauauationis actio. Culpa ergo non vacabit, qui vnum pro altero vsurpauerit. Similiter qui manducationem pro Eucharistiā accipiet, peccabit. Quum ergo Baptismū, id est, lauacrum corporis, lauauationis animæ symbolum dixeritis, vobis non resistam, sed rationem nō habere demonstrabo, si aquæ eam significationem adscribatis, quæ lauauationi propria est. Vt ergo ad Richeri propositum redeamus, Sacramentum cum Sacramento conferentis: sicuti non negamus lauacrum corporeum Spiritus lauacri signum esse, sic non inficiabimur, corporeum alimentum Spiritus alimēti esse signum. Sed quia animæ lauauationis

N. VILLAGAGN. ADVER.  
tio, Spiritu perficitur, & Spiritus incorpo-  
rea est substantia, ipse Spiritus aquæ ma-  
teria figurari non debet. Sic Spiritus ali-  
mentū, quamuis alimento corporeo figu-  
rari posse dederimus, negamus tamē, hoc  
panis materia figurari posse. Peccare ergo  
vos, quum manducationē, vitæ signū esse  
dicere debeatis, qui has partes cibo, cuius  
est manducatio, tribuatis. Cibus enim, ver-  
itas alimenti, simul & figura dici non de-  
bet. His ostensis fateor Baptismum corpo-  
ris, Spiritus lauationem non exhibere, sed  
significare. Sic nec Eucharistiæ manduca-  
tionem veritatem esse vitæ, sed quemad-  
modum aquæ materia lauationē præsen-  
tem exhibet, vt ipsa sine aqua confici non  
possit: sic Eucharistiam, vitam exhibere,  
vt hæc absq; Eucharistia exhiberi nō pos-  
sit. Adiungam, corpus Christi diuinum,  
duabus naturis præditum esse, terrena &  
cælesti, indissolubili vnitate cohærenti-  
bus, eamq; ob rem, communicantis cor-  
pus & animam nutrire, quapropter illius  
manducationem, ad animæ & corporis re-  
surrectionem signum esse. Aquam verò  
vnā natura constantem, non posse aliud  
quàm corpus lauare, Peccare ergo qui sub-  
stantias,

stantias, quibus actiones efficiuntur, inuicem sibi penitus respondere dixerint, quamuis actiones inter se non immeritò conferri posse dixerimus.

NON EANDEM PENITVS ES.

*se rationem Sacramenti in genere, quæ est*

*Sacramenti in specie, Cap. 8.*

PRætereà hunc quoq; in errorem incurritis, quum pane puro diuinum Christi corpus figuratis, quòd vna & sola panis natura, duplicem carnis naturam representare non possitis. Vetus Ecclesiæ scriptores sanguinem Virginis naturalè, ante verbi incarnationè, azymo pane figurauerunt, sed post incarnationè, citra blasphemix suspicionè, hunc figurari nõ posse docuerunt, ne cum Ebioneis consentire viderentur, diuinitatem carnis negantibus: vti ex Basilio superiori libro diximus. Ex his intelligi potest quatenus & quem locù similitudini Sacramenti ad Sacramentũ relinquamus. Hoc insuper adijciemus differentix. Et quia communi definitione Sacramentũ, inuisibilis gratiæ signũ esse visibile dicitur, exponemus quæ vtriusq; Sacramenti gratia sit inuisibilis, vt quid vtriq; propriũ sit agnosci possit.

Certum

Certum est Baptismum corporei nihil exhibere, sed gratiam in eo exhibitam, tota Spiritu constare: Communionis autem Sacramentum, corporis & Spiritus alimentum esse. Quamobrem in Baptismo sola gratia, quae ex diuino corpore prodeunt, Spiritus infusione suscipiuntur: in Coena autem, praeter eas gratias, quarum Baptismus ministerium est, corpus ipsum vna cum gratijs, in hominis alimentum datur. Gratia ergo inuisibilis quam Eucharistiae Sacramentum figurat, corpus est Domini, omniaque quae ad corpus attinent, Baptismi autem inuisibilis gratia, sola sunt bona, quae Christi corpori propria esse diximus. Quare necesse non fuit aquae substantiam immutari, Eucharistiae autem hoc penitus fuit necessarium, quum aliter caro manducari re vera non potuisset: vnde a Domino effectum est, vt propter horrorem fugiendum, sub aliena & communis alimentis specie, caro tecta sit: aqua vero non. Concludemus ergo secundum Apostolum, Baptismum non aquam, figuram esse mortis: & manducationem Eucharistiae, vitae esse figuram. Consequenter aquam, materiam esse lauationis, & Eucharistiam, vitam.

vitæ substantiam dici debere, & sicut ab-  
que aqua perfici non potest lautio, quid  
quid fide valeatis, sic absq; Eucharistiæ  
manducatione, dari vobis vitā non posse.

EVCHARISTIAM RE COELE-

*sti ac signata non posse consistere, si extra*

*Eucharistiam esse illa consideran-*

*tur. Cap. 9.*

**A**Dmiratus sæpè sum te tantæ lectio-  
nis, acuminis ingenij, & eruditionis  
virum, huc lapsum esse, vt doceas rem si-  
gnatam ; Sacramenti Eucharistiæ signo  
iunctam esse, simul & doceas corpus Do-  
mini, ( quæ tibi res signata est ) seorsum à  
Sacramento manducari, quod inesse non  
possit in Eucharistia. Hæc certè imagina-  
ria coniunctio est, hoc enim si verum est,  
Christi corpus nõ magis quàm mors, aut  
quæuis res alia Sacramento coniungitur,  
nam infidelium manducationi mortem  
esse coniunctam certum est. Posset quidè  
Spiritu, & consensu fideque vobiscum in-  
tercedere Spiritus coniunctio, si Christi  
membra essetis, qui enim Christi est, hic  
eius habet Spiritum : sed carne cum Chri-  
sto te coniungi hac ipsa separatum, non  
credo. Ideò verò fieri coniunctionem pu-  
tas,

N. VILLAGAGN. ADVER.

tas, quòd credas, Vnà, pariterq; quum à uobis  
 manducatur panis, ab anima uestra fide Christum  
 manducari. Sed qui communionem carnis  
 & Spiritus prædicarunt, hanc nobis fidei  
 solius, quam traditis opinionem præcide-  
 runt. Docent enim mysticam nostram be-  
 nedictionem, & gratiarum actionem, dua-  
 bus cõstare rebus, terrena & cœlesti, cum  
 panis & vini speciebus. Consistere autem  
 uocabulum, res eas quibus consistit bene-  
 dictionis corpus, seorsum esse à Sacramen-  
 to non patitur: omnis enim res, illarũ na-  
 turam & ueritatem in se continet, ex qui-  
 bus conficitur & consistit. Sacramen-  
 tum ergo confectum ex specie, & Christi  
 corpore, ueritatem continet corpo-  
 ris, ut si alteram subduxeris, Sacramen-  
 tum destruas. Hoc etiam ab opinione tua  
 demoratur, quòd incertissima sit tua  
 coniunctio. Illa enim hanc conditionem  
 admittit, si fide sit præditus, qui ad conui-  
 uium accedit: Qui enim sine fide mandu-  
 carit, hunc tradis panem purum manduca-  
 se: sicque fide fit coniunctio, non uerbo  
 Domini. Prætereà negas panis ullam esse  
 benedictionem, sed hunc usu solo ac opi-  
 nione sanctum esse doces, Hoc insuper in  
 tua

tua doctrina reprehensionem subiectum esse comperi, quod non eodem in Cœna modo, vos imbui gratia ostendatis, quo in Baptismo perfundimini. Verbo enim ac lauacro, spiritus vobis infunditur, quem Spiritum alterutro neglecto infundi negat Ecclesia: in Cœna autem, nec verbum accersitis, nec manducationis necessitatē adhibetis. Hoc etiam peccatum intercedit, quod tu carnis infusionem non probas, sed eius communionis derivationem, quæ quoniam non consistit substantia, infundi nec traduci posse alio loco docuimus.

NOSTRAM GRATIARVM

*actionem figuram esse non posse, sed veritatis corpus. Cap. 10.*

**E**X his reb<sup>9</sup> cognosci potest, cui vanitas tui tua doctrina innitatur, cum doces. *Signum tuum, re signata aut sua veritate non esse uacuum, in Cœnaque tibi uerè corpus exhiberi, atque à te realiter, sed non corporaliter manducari.* Hoc enim fieri non posse docuimus, si seorsum à signo res signata comedatur. Conficiturenim signo & re signata Sacramentum, hocque veritatis esse corpus tradiderunt Apostoli. Ex quo nulli participari licere, nisi qui hæc esse vera cre-



22 crediderit, Baptismóque tinctus fuerit,  
*In Apolo. 2.* docet Iustinus Martyr. Si tamen sola fide  
 veritas manducari posset, & Eucharistia  
 eius esset figura: fidelibus catechumenis  
 nihil obstaret, quo minùs reuera ante Ba-  
 ptismum corpore Domini vescerentur.  
 Itaque mirari non desino, quomodo in  
 animù tuum iuducere potueris, vt cibù  
 nostrum Eucharistiam nominares, quum  
 credas eam esse figuram, & metonymia te-  
 nus corpus Domini dici posse. Atque vt  
 id faciliùs persuadeas, neges ad pané gra-  
 tiarum actionem spectasse, sed eam transi-  
 tum fuisse ad reputandum mysterium. Si  
 ita habeat, certè culpa vacare non poteris,  
 qui hunc cibum, gratiarum actionem ac  
 benedictionem esse tradideris. Cur enim  
 eam appellationé sustinebit, si ad cibum  
 gratiarum actio non pertineat. Huc ani-  
 mum applicans, quum te viderem tanto  
 metonymicè desiderio teneri, iniui in ra-  
 tionem, qua in tuam gratiã, metonymiam  
 tuam admitterem: sed priùs negare te con-  
 uenit, cibum nostrum figuram esse & affir-  
 mare verù esse corpus per metonymiam,  
 ideò quòd gratiarum actione creatù hoc,  
 effectumque fuisse creditum sit, ex qua re  
 gra-

gratiarum actionis nomen obtineat, ab eius effectu. Vt hoc tibi facilius persuaderem, putavi ostendi tibi oportere, Filij Dei, non hominis puri, opus & actionem gratiarum, eam fuisse: opus autem verum & actionem omnipotentis, qui figuram vocaverit errabit. Veritatis enim substantia est Dominus, & in Dei sermone consistit diuina gratiarum actio, sermoque Dei est veritas. Quum ergo cibus hic gratiarum actionis nomen habeat, non magis figura esse potest; quam proprius & efficax Dei sermo. Si à tuis verbis & gratiarum actione, verbum Dei actionemque estimaveris, non es apud me fidem habiturus: tuâ enim verba, ventus aërque sunt, at verbum Domini manet in æternum, estque veritatis substantia: quam obrem hæc præterire non potuit. Quum dixisti gratiarum actionem transitum quendam fuisse ad re putandum mysterium, Eucharistiâ illam non fuisse, sed tui oblitum te, ac humano ingenio loquutum esse demonstras. Si hoc Richero tuo excidisset, in Idearum suarum gregem conferri potuisset: sed te indignus est error. Non enim hominum eget Dominus commendatione Deus, ad sua mysteria

ria reputanda, satis eum commendat miraculi nouitas, ac diuinitas. Qui scire uolet quorsum in creatura fuerint acta à Domino gratiæ, hoc ab his uerbis, hoc est corpus meum, consequi poterit. Quum enim gratiarum actionem mox insequuta hæc uerba sint, documento sunt non aliò gratiarum actionem spectasse, quàm ad corporis creationem. Hoc ergo documentum, si ueræ & nouæ creationis Symbolum esse dixeris, non rem ipsam consecratam, in tuam sententiã adduci me patiar: sed huc dimitti non potero, ut sanctissimam gratiarum actionem, symbolum ac figuram esse mihi, non ueritatẽ ipsam persuadeam.

COENAM FUTURI BENEFICIJ confirmationem esse non posse. Cap. II.

**A**liud mihi suggerit tua doctrina quod admiratione me afficit maxima: In tua Sacramentorum resolutione nobis auctor es, Cœnæ utilitatem, ad tempus manducationis restringi non debere: plerunque enim euenire, ut is cui propter suam negligentiam, Cœna minime profuerit, aliquanto post tempore fructum inde accipiat. Si ita habeat, quomodo tibi confirmabit Cœna, quod sis post eam susceptus.

scepturus? sed si vtilitas ad tempus manducationis restringi non debeat, cur ad id temporis damnationē restringemus? qui enim manducat indignè, iudicium sibi manducat & bibit.

MANDUCATIONEM AGNI

*immaculati, & azymi panis, figuram esse non posse. Cap. 12.*

**N**Vnc conuertam orationem ad figuram, cuius nomine fingitis Augustinum Eucharistiam suspectam habuisse, cū dixit celebrationem Sacramenti corporis, passionis esse figuram. Nam inficior Ecclesiam tradidisse vt qui corpore Domini vescitur, sicut agnum immaculatum, & azymum panem comedit huius manducationem sibi figuram esse persuadeat vitæ suæ reformandæ, atq; mensæ nõ a deundæ, quin malitię fermentum priùs diligenter accuratèque sit expurgatum, vt noua sit conspersio. Hactenus ergo figuram admittam, vt Eucharistiæ manducatio, non ipsa Eucharistia, immutandæ vitæ figura sit. Hoc addam, qui corpus sacrificatum comederit, persuadere sibi debere, non in finem hunc, ad pastum humanæ carnis admitti, quòd eius vulgo manducandæ

*Augustinus  
De Doctrina Christi.  
lib. 3.*

Eodē loco, morem & licentiam Iesus indulgeat. Alio-  
 qui (vt scribit Augustinus) facinus & fla-  
 gitium præcipere Dominus iudicaretur;  
 sed hæc diuinæ carnis manducatio nobis  
 figura est, instructio, & speculum vitæ no-  
 stræ immutandæ, sicut caro nostra, in cor-  
 pus Domini, cœlestis carnis edulio immu-  
 tatur: atque vt animo reputemus, sicuti  
 nos reficimur, alimur, ac conuertimur in  
 carnem, quæ per passionē, labores, ærum-  
 nas, & perpetuam vexationem, atq; agita-  
 tionem intrauit in gloriam; nos quoque  
 earum rerum quas in suo corpore pertulit  
 Christus, debere fieri participes: atq; men-  
 ti nostræ (vt inquit Augustinus) reconde-  
 re, & recolere Christum nostra causa tot  
 labores exantlasse. Non quòd interim pa-  
 nis substantia signū sit corporis: nam si-  
 mul figurare non potest corpus, & ea quæ  
 à nobis sunt demonstrata, quæ sequuntur  
 corporis manducationem: Neque etiam  
 dicit August. eum esse figuram, sed veræ  
 carnis manducationem figuram esse no-  
 stræ vitæ immutandæ.

PANEM, EXEMPLAR MEM-

*brorum Christi corporalium esse.*

Cap. 13.

Cypria-

Cyprianus, & vetusti Ecclesiæ scripto. *In Epist. ad Magum.*  
 Tres panem membrorum Christi corporalium signum & exemplar nuncuparunt, his verbis. Quando Dominus corpus suum, panem de multorum granorum adnatione congestum vocat: & quando sanguinem suum, vinum vocat, de botris atque acinis expressum, populum nostrum indicat commixtione adunatæ multitudinis copulatum. Non potuit vir diuinus, elegantius nec concinnius vnitatis Ecclesiæ, cum Christo effigiem complecti, quam hac similitudine. Nam sicut vera farine coitione, & mixtura (non spiritali aut phantastica) fit panis aggregatio, ita vera & naturalis infitio, atque communione nostræ substantiæ cum Christi substantia (non intellectuali & imaginaria) vnum cum eo corpus efficimur, eius corpus manducantes. Ad huius rei antitypon, id est, exemplar similis formæ, non esse necessarias diuine preces anaphoræ, docuit Epiphanius aduersus Gregorium sequutus Basilium & Eustachium: sed vbi accesserit consecratio, panis antitypon esse definit, atque fit diuinum corpus. *Seff. 6. secundæ Synodi Nicenæ.*

N. VILLAGAGN. ADVERS.  
PANIS PVRI SVBSTANTIAM,  
*esse non posse imaginem diuini corporis.*

Cap. 14.

**N**ON minùs falli mihi visus es, asseue-  
rans panem tuum præferre imagi-  
nem Christi corporis: neque memini an-  
te te, eo se errore induisse quenquam, præ-  
ter vestrum Gregorium Cæsariensem  
qui tamen à te longissimè dissidet. Quum  
is suam illam imaginationem defenderet,  
asserbat panem fieri Sanctum, sacra sacer-  
dotis anaphora: qui postquam diuinū cor-  
pus diuinæ essentiæ infusione effectum ef-  
fet, corporis Domini gereret imaginem:  
huius verba subiicimus: Exultent & læ-  
tentur quicumque veram Christi imaginē  
sincerissima mente facientes, desiderant,  
& venerantur, & ad salutem animi & cor-  
poris afferunt: quam ipse Dominus noster  
Deus, summus Sacerdos, ex nobis integrè  
massam assumens, circa passionis tempus,  
in typum & recordationem efficacissi-  
mam, suis sacerdotibus & mystis tradi-  
dit. Nam quum se sponte morti offerret,  
gloriosæ inquam illi, & viuificanti, su-  
mens panem, benedixit, postquam gratias  
egisset, & fregit, tradensque discipulis  
dixit,

Sess. 62. sy-  
nodi Nicc-  
næ.

dixit, accipite & manducate, in remissio-  
 nem peccatorum, hoc est meum corpus :  
 similiter & calicem tradens, dixit : hic est  
 meus sanguis : hoc facite in mei memo-  
 riam. Ecce igitur viuificantis corporis il-  
 lius imaginem, quæ honorificè & glo-  
 riosè exhibita est. Quid enim aliud in his  
 egit Christus Deus? non sanè aliud, quàm  
 vt ostenderet, & exhiberet nobis homi-  
 nibus apertè mysterium illud in dispen-  
 satione secundum illum operatum. Quia  
 quemadmodum id, quod è nobis assum-  
 psit, materia sola est substantiæ humanæ,  
 iuxta omnia nõ perfectè expressa: quæ per  
 se existit persona: ne adiectio in diuini-  
 tate accedat: ita imaginem totam ele-  
 ctam, videlicet panis substantiam, man-  
 dauit apponi. Quemadmodum igitur,  
 secundum naturam Christi corpus ( vt  
 pote quod à Deo esset ) Sanctum est, sic  
 & positione, imago eius Sancta: vt quæ  
 per quandam sanctificationem, ipsa Dei  
 gratia manet. Hoc enim vt diximus Do-  
 minus Christus tractauit, vt sicuti carnem  
 quam assumpsit, propria secundum na-  
 turam sanctificatione, ex sua vnitione dei-  
 ficauit: similiter etiam panem Eucha-  
 ristia,



22 riftiæ, veluti veram imaginem naturalis  
 22 carnis, per Sancti Spiritus aggressione fan-  
 22 ctificatam, diuinum corpus esse voluit, il-  
 22 liq; sic placuit: medius autem Sacerdos ve-  
 22 nit, qui ex communi Sanctum id facit, fa-  
 22 cra illa sua anaphora. Cæterum iuxta natu-  
 22 ram animata & intelligibilis caro Domi-  
 22 ni per Spiritum Sanctum diuinitati iuncta  
 22 est. Eodem modo, & à Deo tradita imago  
 22 eius carnis, panis scilicet diuinus impletus  
 22 est Spiritu Sancto, cum poculo quoq; san-  
 22 guinis lateris eius viuificantis. Non vobis  
 22 hic auctor suspectus esse debet, quum ad  
 tollendas imagines hoc præcipuè vtimini,  
 PROBATVR NOMEN IMAGI-

*nis pani non conuenire. Cap. 15.*

**M**Inus ineptum est, diuino huic pani  
 vestro diuinitate prorsus experti & va-  
 cuo; hanc tamen appellationem ferre non  
 potuit Ecclesia, vt ostendit Epiphanius in-  
 quiens: Nemo vnquam Sanctorum Apo-  
 stolorum ( qui tubæ sunt Spiritus Sancti )  
 aut gloriosorum Patrum nostrorum, in-  
 cruentum nostrum sacrificium, in memo-  
 22 riam passionis Christi Domini Dei no-  
 22 stri, & totius suæ dispensationis factum,  
 ima

Epipha. ad  
 uersus Gre  
 go. sess. 6. 2  
 synodi Ni-  
 cene.

imaginem corporis illius dixerit. Nam is  
 qui accepit à Domino, sic non dicit, aut  
 confitetur, sed audiunt eum sic dicentem  
 Euangelicè, Nisi comederitis carnem Filij  
 hominis, & biberitis eius sanguinem, non  
 intrabitis in regnò cœlorum; & qui man-  
 ducat carnem meam, & bibit meum san-  
 guinem, in me manet, & ego in eo. Et cùm  
 accepisset panem, & gratias egisset, fregit  
 & dedit discipulis dicens: accipite, edite,  
 hoc est corpus meum: & accepto calice,  
 cùm gratias egisset, dedit illis dicens: bibi-  
 te ex hoc omnes, hic est sanguis meus, no-  
 vi testamenti, qui pro multis effunditur  
 in remissionem peccatorum, Non autem  
 dixit sumite, edite imaginè corporis mei:  
 paulò pòst, Legas quousque voles, nun-  
 quam inuenies, neque Dominum, neque  
 Apostolos, neque Patres, in cruentum il-  
 lud sacrificium quod à sacerdote offertur,  
 imaginem dixisse, verùm ipsum corpus, &  
 ipsum sanguinem.

## DVABVS REBVS CONSTA.

*re manducationem vite æternæ, cibo corpo-  
 ris, & opere fidei. Cap. 16.*

**A**B imaginaria panis tui contemplatio  
 ne in interiorem tuam doctrinam me

promoues docens, animam tuam verè ali  
 corpore Domini in spem vitæ æternæ, qua  
 rè de vera carnis manducatione differen  
 tes, diximus duabus rebus constare in vi  
 tam æternam manducationem, cibo vitæ,  
 & opere fidei. Cibus vitæ, substãtia est cor  
 poris Domini, quæ & corporaliter man  
 ducari debet, fides bonâq; cõscientia ope  
 ratur & efficit, ne manducanti pereat vita  
 manducata: sed ei in vitam æternam ma  
 neat: Neq; in alterutro inest facultas æter  
 nitatis, quicquid vobis videatur, huc di  
 ctum hoc Augustini detorquentes & ap  
 plicantes: Quid paras dentem & ventrè,  
 crede & manducaſti. Nõ enim à fide repel  
 lebat manducationem vt putaret fidem  
 fungi, atque implere vicem manducatio  
 nis. Sed in hanc sententiam hoc dictum in  
 ferebat, vt ostenderet fide mãducari oportere,  
 non cibum solum, sed cibum qui nõ  
 pereat, sed qui maneat in vitam æternam.  
 Hoc ipsum ergo ne pereat, nõ manducatur  
 nec manducatione acquiritur, sed fide. Hu  
 ius sunt hæc verba: Dixerunt ergo ad eũ.  
 Quid faciemus vt operemur opera Dei: di  
 xerat enim illis operamini escam, non quæ  
 perit, sed quæ manet in vitã æternã: Quid  
 facie-

In Ioannis  
 6. caput.

»  
 »  
 »  
 »

faciemus (inquiunt) quid obseruando hoc  
 præceptum implere poterimus? respondit  
 Iesus & dixit eis. Hoc est opus Dei vt cre-  
 datis in eum quem misit ille. Hoc est ergo  
 manducare cibum, non qui perit, sed qui  
 permanet in vitam æternam: vt quid paras  
 dentem & ventrem, & crede & manduca-  
 sti. Si dixisset Augustinus, credere esse ci-  
 bum manducare, non facta æternitatis  
 mentione, ad reprehensionem in vobis mi-  
 nus esset loci, & qui in superiorem Augu-  
 stini sermonem animum defixisset, opinio-  
 nis huius culpam ei non impegisset: De  
 his enim verba faciens, qui sperarēt huius-  
 modi cibum sibi à Domino datum iri, qui  
 famem corporis in æternum depelleret,  
 atque sitim restingueret, huius cupidita-  
 tis errorem detegit, ostendens de tempo-  
 raria vita Dominum non esse loquutum,  
 neque à se spem abijci, ea vi & virtute cibi  
 præditi, vt perpetuam corporis esuriam  
 expleret, sed vitæ immortalis escam cre-  
 dentibus promitti, nullumque cibum da-  
 ri posse, qui sine fide, ea vi, & facultate pol-  
 leat.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
QVI TRADUCTIONEM CAR-

*nis diuina à Spiritu fieri fateatur: hunc, car-*  
*nem esse uerè cibum negatu-*

*rum. Cap. 17.*

**M**anducatione corporis à te damnata,  
Manimum adiecisti ad nescio quã car-  
nis communionis traductionem. Scribis  
enim, *Vi spiritus communionem carnis in nos tra-*  
*duci, non manducari carnem.* Sed si hanc admi-  
serimus, num & improbis, mortis commu-  
nionem infundi credemus? Quo applica-  
bimus hunc Christi sermonem, Caro mea  
verè est cibus, & sanguis meus verè est po-  
*Psal. 77.* tus? Cibus homini non est, nisi manduce-  
retur, nam panem Angelorum manduca-  
uit homo: sed quod irradiatur, aut irra-  
diatione traducitur, non cõeditur, hoc  
tamen auctoritati tuæ condonarem, nisi  
huc esset mihi corruendum, vt crederem  
eos duntaxat manducare carnem, & bibe-  
re sanguinem Domini, quos tetigerit Spi-  
ritus irradiatio. Ei tamen negandus est  
» Apostolus, qui sibi hoc persuadeat: Qui-  
» cunque (inquit) manducauerit panẽ hunc  
» indignè, iudicium sibi manducat & bibit,  
» non diiudicans corpus Domini.

QVI

*ductionem negauerit, ab eo iudicium mans-  
ducari posse etiam negabit.*

Cap. 18.

**A**T quum corporis diuini manducatio  
nem sustuleris, sed in eius locum Spi-  
ritus irradiationem & fidem substitueris,  
qui fidem non habuerit, nullo modo tibi  
manducat, aut contingit corpus Domini,  
ex quo mortem sibi consciscat. Sed quo-  
niam indigna manducatio non sola infi-  
delitas, secundum Paulum mortis iudiciũ  
parit, necesse est, vt qui panem & vinum  
diuinitate, viq; omni, atq; virtute vacuum  
comederit, certam ex eo cibo sibi struat  
perniciem, certamque suam damnationẽ  
& iudicium manducet, & bibat, vnde con-  
cludendum est, panem purum esse nostrũ  
iudicium: sed secundum scripturas, iudi-  
cium nostrum Dominus, iudicium nostrũ Ioan. 9.  
à Domino, ego veni in iudicium. Si verò  
pura panis substantia iudicium parit, nihil  
obest quò minus hæc eadem sit salus & vi-  
ta: eius enim est seruare cuius est perde-  
re. Tu tamen id non recipis, vis panem fi-  
delibus nihil esse nisi signum: Apostolus  
verò

N. VILLAGAGN. ADVER.  
verò Eucharistiam esse iudicium homini  
infideli testatur.

SI PANIS SIGNVM SIT VI-  
*tæ homini fideli, esse itidem signum iudicij*  
*infideli debere. Cap. 19.*

**H**Æc mihi consideranti incessit admi-  
ratio maxima, qua ratione adduci  
potueris, vt credas, corpus hominis panem  
tuum indignè manducantis (in quare ani-  
ma cum corpore non communicat) iudi-  
cium animæ suæ comedere: Corpus verò  
fidelis, fide panem eundem manducantis,  
animæ suæ salutem non manducare, sed si  
quid boni ad animam perueniat, profici-  
sci ex Spiritus Sancti irradiatione. Quam  
nobis causam tantæ differentiæ præten-  
des? inspirari deberet damnatio, si salus &  
vita inspiraretur: Iudicarem ergo, si Eucha-  
ristia nihil sit, nisi signum vitæ, non debe-  
re Paulo, infidelium certum esse iudicium:  
Qui manducat (inquit) indignè panem  
hunc, iudicium sibi manducat, non dixit  
signum iudicij: Hæc sententia à tua reli-  
gione me prohibet: & suadet Euchari-  
stiam Ecclesiæ, non magis vitæ signum es-  
se, quàm iudicij, & perditionis: sed esse  
vtrisque verum Domini corpus, his qui-  
dem

dem odorem mortis in mortem, illis odor Cyprianu  
rem vitæ in vitam eundem semper Chri- in Cœna.  
stum.

OMNES APOSTOLOS EO:

dem cibo à Iesu Christo pastos esse.

Cap. 20.

**A**postoli eundem omnes cibum, Luca te- Cap. 22.  
ste, comederunt, sed Iudæ, qui illota

veste se in conuiuium ingesserat, vitæ cibo  
in mortis iudiciũ versus est, reliqui vitam  
fide conferuarunt. Quæ differentia non ac-  
cidit, è cibi vitio, sed eorum voluntate &  
electione, qui ad vitæ conuiuium vocati,  
in hanc se, aut illam rem obtulerunt.

SI EVCHARISTIA INFIDELI

iudicij signum sit, notam aliquam apponi debere,

ut intelligatur quando mortis & quan-  
do vitæ signum sit. Cap. 21.

**H**Ac de re mihi differenti, discipuli tui

responderunt. Panem non esse iudicium,

sed ei hoc nomen per metonymiam inditum, quod

iudicij nota sit & significatio: ideo autem parari

infideli iudicium, non quòd panem ederit, sed quòd

Sacramento abusus fuerit, & gratiam oblatam re-

spuens, nihilominus panem, oblationis testimonium

& instrumentum polluta conscientia manduca-

rit. In hoc autem ij esse supra magistrum  
disci-



N. VILLAGAGN. ADVER.

discipuli mihi visi sunt: Metonymiam à te confictam, & nunc primùm editam, vt vitam significet, confirmet, & obfignet (his rebus non contenti) ancipiti excudūt imagine: obliti tamen indicare, qua nota eam distinguant, vt intelligatur, quando mortis, & quando vitæ signū sit, aut quando hic sermo (hoc est corpus meum) locū habeat, quum vicissim Christi vitam, vicissim diabolū aut mortem, vobis figuret. Si Eucharistiam, signo duplici, putā vitæ & mortis consignetis, Baptismus (ablutionis signum à vobis nuncupatum) non minus inquinamenti, quam ablutionis, contra huius naturam, signum habebit insculptum, vtrumque tamen significare nō potest: Circuncisio non erit magis signum fœderis, quàm inimicitiarum.

SI DISTINCTIONE, PANIS

*facer fuerit secundum Calvinianos, infideli Eucharistiam sacram esse non posse.*

Cap. 22.

PRætereà intellectu non assequor, quomodo Sacramento abuti possitis, qui sacrum panem non edatis: is non nisi fide, vsu, atque distinctione, à vobisacer esse putatur, non solenni aliqua benedictione.

ne, aut precibus adhibitis. Qui ergo hunc sine fide comederit, non sacrauit, vt Sacramento abuti potuerit. Quicquid ergo elaboratis, & exquisitis commentis, tui nobis illudant, huc semper reuoluuntur, vt Apostolum negent: *asserunt iudicium non manducari, sed comparari, non quidem ab indigno esu diuini corporis, sed quòd respuentes oblatum sibi corpus dedecore afficiunt.* Apostolus autem tam apertus est, vt nulla tergiuersatione, aut disertis commentis obscurari possit: Qui (inquit) ederet panem hunc indignè, iudicium sibi manducat & bibit, non discernens corpus Domini. Non manducatur corpus recusatum, sed manducatur corpus sumptum, illota veste & sordida.

SI EUCHARISTIA DIVINO

*corpore uacua, testimonium sit manducationis, hanc corpus non offerre.*

Cap. 23.

**S**in Eucharistia, non in fit corpus & sanguis Domini, auctoritate tua impedior, ne in ea corpus Domini vobis offerri credam. Tradis pluribus locis Cœnam esse gratiæ confirmationem, testimonium, & ratificationem, quibus rebus approbatur, te ante Cœnã id obtinuisse, quod ibi con-

N fir-

N. VILLAGAGN. ADVERS.  
firmatur, & ratificatur, sed ita, vt egeas cō-  
firmatione: Non ergo offertur tibi capien-  
dum, quod affers, vt confirmetur. Nunquā  
à me sinam extorqueri, vt assentiar, obla-  
tionis & confirmationis vnā esse & ean-  
dem actionem, atq; oblationem, ac rei ob-  
latæ testimonium inter se nihil differre,  
aut Eucharistiam instrumentum esse, quo  
tibi corpus, & sanguis offeratur, cāmque  
simul esse corpore & sanguine vacuam, ef-  
seq; confirmatoris figuram, & confirma-  
tionis instrumentum.

SEORSVM AB EVCHARI-

*stia diuinum corpus offerri omnino  
non posse. Cap. 24.*

**D**Enique non potest animus meus im-  
pelli, vt credam vllō modo tibi Chri-  
stū offerri posse, si seorsum ab Eucharistia  
hunc animæ tuæ porrigi putaueris: corpo-  
reum enim, & materialem esse cōcedas ne-  
cessē est, vt porrigatur, aut distribuatur;  
alioqui distribui non posse, ipsa vocabuli  
proprietas satis indicat. Fieri enim sine mo-  
tu non potest corporis distributio. Item  
manducari porrectum necesse est, ex præ-  
scripto Domini: Accipite (inquit) & man-  
ducate, nec sine motu manducari ac capi  
etiam

etiam potest. Frustra ergo à Domino animæ tuæ fieret sui corporis oblatio, nisi hoc modo accipiatur, quo se edendū profert, & porrigit: vt tam oblationi motus quàm manducationi adhibeatur: At in corporea animæ essentia, non est corporei capax cibi, nec capere nec māducare potest.

SI SPIRITVALIS ANIMAE

*fit receptio, sed distributio realis fuerit, aliter recipi, quàm oblatum sit corpus.*

Cap. 25.

**S**I spiritualis & intellectualis animæ est tua receptio & manducatio, sed re vera verum corpus ei Dominus edendum porrigat, cum distributione & porrectione, receptio & manducatio nullo modo conueniunt: vt ergo conueniant decet, vt Dominus intellectu & fide tua se distribuat, sicut is sine motu, sed fide ab anima recipitur, & voratur, vt quæ contra naturam distributionis, se sine motu distribuat. Ceterum si fide careas, nihil est quod doceas, Christum se animæ manducandum exhibere ac distribuere, quum vis distributionis penitus in te sita sit: nec etiam ex eo certatibi strui posse pernicies credi potest, quum animæ tuæ, nec oblatum corpus, nec

indignè ab ea manducatum sit; ex qua re (vt ais) dedecore afficiatur: Affici enim dedecore indignè manducationis, non potest corpus non manducatum, sed recusatum: Aut dicendi sunt iudicium æquè sibi manducare, Dominumq; dedecore afficere, qui se à mensa auertunt & abstinent: vt ij qui accumbunt, non habentes vestem nuptialem, aut qui indignè manna comederunt, iudicium suum manducasse.

ANIMARVM NON ESSE FA:

*Etam mentionem, cum manducandæ carnis præceptum fieret. Cap. 26.*

**V**Num mihi prætereundum hîc esse non putauî, tradidisti, vbi à corpore tuo signum uoratur, ex Christi pollicitatione, animam tuam, corporis Christi substantia, simul fieri participem, spiritali carnis eius cõmunionis traiectione: atque in te Christum inhabitare. Sed sola carnis traiecta communio, inhabitare deberet, non autem Christus non traiectus: denique Euangelijs Ecclesiæ hoc Christi promissum non approbabis. Animarum nulla omnino mentio facta est, quâ manducationis sermo esset: Christus Iesus Apostolos non animas alloquutus dixit, Accipite & edite, hoc est corpus meum, panem

panem in quo gratiæ actæ sunt distribuens.

SI PRAESCRIPTA A DOMINO

*no carnis suæ manducatio, ad animam non ad corpus spectasset, hoc à Domino expressum fuisse. Cap. 27.*

**S**I coniectura augureris, hunc sermonem, eam quam obducis interpretationem, aut additionem recipere, rationem reddere debuisti, cur hæc pollicitatio à Domino prætermittitur, quam expressam oportuit: Scriptum est: Væ per quem scandalum venit. Si seorsum à pane non manducando, sed credendo corpus Domini manducetur, discipulis Dominus causa fuit scandali, ijq; excusandi fuerunt, quòd verba eius non capientes, abierint: nec culpa vacavit Dominus, qui duarum rerum differentium, quum à se mandatum fieret, hoc vno concluderet manducandi vocabulo, diuersa significatione, vna propria, quæ corpus respicit: altera impropria quæ animam: qui si dixisset, non futuram re vera corporis sui manducationem, sed solius panis, atq; credendo corporis communionem in animam Spiritus irradiatione traduci: intellexissent discipuli, sicq; in de-

N. VILLAGAGN. ADVER.  
sertionis crimen non incurrissent.  
QVVM VNVM, ET VNA DE RE  
præceptum fuerit, peccare qui rem à Domi  
no unitam separant. Cap. 28.

Item quemadmodum rerum differen-  
tium, putà panis, & carnis, propositam à  
Domino manducationem, æquū fuit pro-  
prijs distingui vocabulis, sic corpori & ani-  
mæ, quid cuique conueniret, distinctè ex-  
pressum oportuit: hoc quum effectum nō  
sit, sed vnum in vnā rem præceptum fue-  
rit, magnum in se crimen admittit anima,  
quæ rem à Domino unitam, diuellere niti-  
tur: vt quod sibi cum corpore ad salutem  
est commune, vni sibi arroget, & arripiat,  
se, corpusque hoc modo vita defraudans:  
Non enim corpus, nisi carnem Domini, re  
aut desiderio manducauerit, in vitam exu-  
scitabitur, vt scriptum est: Nisi manduca-  
ueritis carnem Filij hominis & biberitis  
eius sanguinem, non habebitis vitā in vo-  
bis, in quo valde peccatis, quod nullo mo-  
do carnem, quasi non viuificā, vobis man-  
ducandā proponatis: sed Christū soluen-  
tis (opinionē) sprete carne, hauriatis, quæ  
caro etsi verè est vitæ particeps, vereq; vitæ  
tam

tam continet, eius tamen manducandæ religionem inuentionibus vestris conculcatis. At vt Dominus nobis testatum relinqueret, de corporibus corruptioni obnoxijis fuisse sibi sermonem, subiunxit, Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Resurrectio propria ad corpus attinet, nõ ad animam, quæ immortalis est. Demum vt Dominus omnem nobis tolleret de corporea manducatione dubitationem, suorum animis inculcavit, carnem suam verè esse cibum, & sanguinem verè esse potum: Caro (inquit) mea verè est cibus, & sanguis meus verè est potus. Si tamen irradiatione Spiritus, carnis & sanguinis communio, in animam tuam traducatur, non possunt dici hominis cibus aut potus.

**CHRISTVM ESSE VERE CIBVM** quoquomodò edatur uel non edatur.

Cap. 29.

**H**Oc vt faciliùs explicetur, considerandum esse censeo, Iesum Christum quantum in se est, semper esse verum, & salutis cibum, quoquomodò edatur, aut omnino non edatur. Vfus enim perfectionis nullam



illi facit accessionem : Quemadmodum infidelitas latronis, meritum passionis nõ fecit irritum, nec effecit fides alterius, vt passionis meritum esset auctius, sic dignitate aut indignitate conuiuuarum, ad Eucharistiam adijci, aut addi nihil potest. Duplex ergo est ratio veri cibi manducandi : vna manducantem respicit, altera veritatem spectat manducationis. Hæ sunt partes huius, qui se ad esum veri cibi accingit, vt se probet, vt vera conscientia cibum verum admittat, Apostolorum exemplo : aut sibi non plus afferet bonæ rei manducatio, quàm optimi vini potus, febre laboranti : non quòd vini naturã mutet ægro-tatio, sed quia quod bonum est, vtenti ma-lè, non prodest.

VERE MANDUCARE DICI-  
tur, qui nec uerius nec melius manducare  
possit. Cap. 30.

**E**A pars quæ in manducationis veritate consistit est, vt ita manducetur, vt nullo modo uerius, aut melius fieri possit. Qui fide tantùm, & credendo manducat, uerè manducare non est putandus, quum re uera debuerit & potuerit etiam manducare : sic eius viri, qui carnem manducauerit, sed  
sine

sine fide, imperfecta erit manducatio, quo-  
 niam fides adhibita non fuerit. Beatus la-  
 tro, si Christus Dominus, fide & opinio-  
 ne, & non re vera ligno appensus fuisset,  
 hinc salutem non esset consequutus. Sic  
 quanuis re ipsa affixus, & mortuus sit Do-  
 minus, quum fides infelici latroni defue-  
 rit, vera redemptoris mors ei nihil profuit.  
 Iudas pacis osculo Christum Deum veram  
 & unicam pacem, atque vitam est exoscu-  
 latus, hoc tamen pacem & salutem ei non  
 attulit, quum sine fide, & conscientiae san-  
 ctitate, osculum admotum sit: Nihil plus  
 adiecit ei vera pedum à Domino lautio,  
 cum ad eam bona mens, non esset adiuncta:  
 qui pedes & manus Domini foderunt, in-  
 que caput eius spineam coronam imposue-  
 runt, quanuis vero & vitali sanguine tin-  
 cti, & aspersi fuerint, non tamen mortem  
 euaserunt. Nec propterea desinit verus &  
 vitalis esse sanguis, quod ex eo damnatio-  
 nem grauiorem acceperint: sic eis qui San-  
 ctam Eucharistiam indignè manducant,  
 hæc non ideo desinit esse corpus Domini,  
 quod vitam indignis non concedat: ita  
 enim prodesse poterit, si verè manduce-  
 tur. Iudas manu Domini buccellam in suam

N. VILLAGAGN. ADVER.  
perditionem suscepit, hæc Serapionem  
Alexandrinum, manu pueri porrecta ma-  
ximis doloribus liberavit. Sed frustra ver-  
ba terimus, quum nec verè nec falsò à vo-  
bis manducetur, sed vitam, quæ in Deo Pa-  
tre residet, Spiritu per fidem in vos infun-  
di doceatis.

SICVTI TOTVS CHRISTVS IN  
*homine manducante mansurus est, ita totus  
homo in eo mansurus, & ideo totus  
manducaturus. C. p. 31.*

**V**T Dominus exponeret, quid sit verè  
corpus manducare, sermoni suo sub-  
didit. Qui manducat verè meam carnem,  
» & bibit meum sanguinem in me manet, &  
» ego in illo. Is qui carne constat & anima,  
» quum dicit me, totum se demonstravit.  
Rursus, quum dixerit, qui manducat, non  
dubium est, hominem integrum designat  
se, non ipsius animam, vt ad eam diuini cor-  
poris manducatio respiceret. Quum ita se  
habeat, non credendum est corpus homi-  
nis manducantis, excludi à carnis diuinæ  
manducatione. Nunc dispiciamus vnde  
fit in diuino corpore mansio.

SINE

*poris diuini, non fieri eius in aliquo man-*  
*sionem. Cap. 32.*

**Q**ui manducat (inquit) carnem meam,  
in me manet, & ego in eo. Ergo ex ve-  
ra manducatione corporis, in homine re-  
vera fit vitæ mansio: nec ipsa fieri potest  
sine manducatione. Quæro nunc, quom-  
modus totus homo, totum Christum debeat man-  
ducare: cur ad animam hominis, contra ver-  
ba Domini, manducationem restringetis,  
vt in corpore non manducante, maneat  
Christus non manducatus? Si anima sola  
Christum edat, hæc sola in Christo man-  
sura, & in ea Christus est mansurus: hæc  
sola templum Dei erit. Quod si in anima  
maneat Christus, hunc euacuari corpore  
conuenit, & in animam redigi: vt in ea in-  
esse possit & manere, aut is animo non re-  
vera manebit. Nulla enim potior esse ratio  
ostenditur, vt hominem manducaturum  
ad animam redigatis, quàm edendum Do-  
mini corpus. Quod si totus homo in Chri-  
sto sit mansurus, manducationis benefi-  
cio, nihil est cause, quò minus totus homo  
totum Christum manducet.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
EO MODO QVO A PATRE  
*missus est filius, hunc manducari oportere.*

Cap. 33.

**C**Hrysoftomus, Hilarius, Cyrillus, &  
sunt, intellexerunt necessitatem imponi  
nobis corporis diuini manducandi, atque  
substantiæ nostræ cum diuina miscendæ:  
vt in eo maneamus, & is in nobis maneat:  
vti consequens Christi sermo, exemplo  
manifestissimo declarat: Sicut misit me vi  
*Ioan. 6.* uens Pater, & ego uiuo propter Patrem, &  
qui me māducat, & ipse uiuet propter me.  
In hanc similitudinem animū defigamus.  
Missio filij à Patre, cū manducatione com-  
paratur: eodem enim modo uiuit propter  
Christum, qui hunc manducat, quo uiuit  
Christus, propter Patrem à quo missus est.  
Si ergo re vera totus Christus non creden-  
do missus est, is totus ab homine toto, re  
ipsa, non sola fide, est ad vitam manducan-  
dus. Sed si anima sola Christi, à Patre missa  
est, anima sola Christiani manducare de-  
bet. Quo enim modo res missa uiuit pro-  
pter mittentem, res manducans, uiuit pro-  
pterviificantem manducatum: item nisi  
eo modo edatur filius, quo missus est à Pa-  
tre,

tre, non viuificabit edentem.

Ex Chrysoſto. quomodo in nobis maneat Chriſtus.

Audi quid ea de re ſcripſerit Chriſoſt. *In Ioan. cap. 6.*

Ne obſcurè ( inquit ) in parabolis loquu-  
tum arbitrarentur, ſed ſcirent omninò eſ-

ſe neceſſarium vt corpus comederent: in-  
quit, qui manducat carnem meam, & bibit

meum ſanguinem, in me manet, & ego in  
eo: quod dicit, vt cum ipſo admifceri ſe-

oſtendat. Si enim in me manet, qui me ſu-  
mit, & ego viuo, hunc & victurum eſſe per-

ſpicuum eſt: Caro Chriſti animæ admiſce-  
ri non poteſt, ſed corpori: Paulò poſt.

Homil. 41. Vt Chriſtus maiori nos chari-  
tate aſtringeret, & vt ſuum in nos deſide-

rium oſtenderet, nò ſe tantùm videri per-  
mittens deſiderantibus, ſed tangi, & man-

ducari, & dentes carni ſuæ infigi, vt ſui de-  
ſiderio omnes impleret. Parentes ſæpenu-

merò liberos ſuos alijs alendos dederunt,  
ego autem mea carne vos alo, me vobis ex-

hibeo, veſter eſſe frater volui, & cõmuni-  
caui carnem meam, propter vos, & ſangui-

nem, & per quam vobis coniunctus ſum,  
eam vobis rurſum exhibui. Animæ tuæ

carnem edendam exhibere non potuit,  
non enim ex anima carnem accepit, Item,

vt autem non solum per dilectionē, sed et ipsa in illam carnem conuertamur, per cibum id efficitur, quem nobis largitus est. Quum enim suum in nos amorem indicare vellent, per corpus suum, se nobis commiscuit, & in vnum nobiscum redegit, vt corpus cum capite vniretur.

SANGVINEM EFFVSVM IN PECC

*catorum remissionem bibi oportere. Cap. 34.*

**I**esum Christū hominis cibum esse, non animæ solius, vel te teste ostendi posse puto: Doces bibendum esse sanguinem effusum in remissionem peccatorum: ut fructus, qui ex effusione ad nos peruenire debet, sentiatur. Vt ergo comperiamus, quis carne, & sanguine vesci debeat, cōtemplemur ad quē redeat mortis beneficium. Hæc sunt Christi verba, hoc est corpus meum: tametsi à propria significatione hæc detorques, tu tamē consequentia, quod pro vobis datur, pateris suam significationem seruare. Videamus quos alloqueretur Dominus, animas, an  
 „ homines, & pro qua re morti se is obrulerit: Panis (inquit) quem ego dabo caro mea est, pro mundi vita. Mundus non constitat animabus, sed hominibus: Quum pro hominibus passus sit Dominus, & secundum

dum te ij demum mortis fructum capiant,  
 qui carne & sanguine vescatur, non æquū  
 est, à corpore animā dirimi, vt hanc solam  
 Christi vita nutriat.

SI SOLA ANIMA BIBAT, HANC

*peccati ream constitui debere. Cap. 35.*

Sic ad animam caro, & sanguis Domini  
 spectineat, non ad hominem, hanc solam  
 peccati ream fieri necesse est. Nam sangui-  
 nis effusio facta est in remissionem pecca-  
 torum: At homini peccatum imputari ab  
 Ecclesia receptum est. Beatus vir cui non  
 imputauerit Dominus peccatum. Beati  
 quorum remissæ sunt iniquitates: Si ho-  
 mini peccatum imputetur, nō video quid  
 sit causæ, cur animæ solæ bibant effusum  
 in remissionem peccatorum sanguinem:  
 aut qui potum respuit, cur Spiritus irra-  
 diatione à te excogitata, & peruulgata, in  
 eum sanguis pro peccato traijciatur.

*Psal. 31.*

CVM CORPORIS SIT RE-

*demptio, redemptionis cibum, ad corpus  
 redemptum spectare.*

*Cap. 36.*

Matthæus docet Christum Dominum *Matth. 18,*  
 venisse, quod perierat saluare. Ouis  
 quam super humeros ad ouile retulit

Pa-



Ad Rom.  
cap. 8.

Cypran.

Pastor, perierat, pro ea animam suam Dominus posuit, ea est quam ipse pascit: Ovis terrestris corpus est, terrestris ergo corpus esse debet, quod corpore & sanguine Dominus pascitur: In hanc sententiam Apostolus ad Romanos auctor est, corporis esse redemptionem, & secundum te, ad hunc pertinet cibus diuini corporis, ad quem spectat redemptionis beneficium. Cyprianus hoc in Cœna probat manifestissimè,  
 » his verbis. Et nos (inquit) quum caro esse-  
 » mus & sanguis, corrupta & infirma corpo-  
 » ris animæque natura, reformari non pote-  
 » ramus, neque ad Dei similitudinem reuer-  
 » ti, nisi morbo inueterato imponeretur ma-  
 » lagma conueniens, & in desperatæ infirmi-  
 » tatis curatione, contraria remouerentur  
 » contrarijs, & similia similibus conueni-  
 » rent. Hinc docemur, carnis nostræ corrup-  
 » tionem, atque infirmitatem curari non  
 » posse, nisi contraria remoueantur contra-  
 » rijijs, & similia similibus conueniant. Con-  
 » trarium autem carnis corruptæ, est Christi  
 » caro incorruptibilis: at videamus quum in  
 » corruptionis malum inciderimus. Ada-  
 » mus fructum vetitum, non huius signum,  
 » ore & animo comedit, esu cuius, gratia ex-  
 cidit

cidit immortalitatis: & quod voluntatis  
 libertate sibi malum asciuerat, in suo semi  
 ne naturale nobis ac necessarium factum  
 est. Ergo in huius substãtia necessariò mor  
 tem oppetimus, ac seorsum ab eius carne,  
 in nos morti nullæ sunt vires: nam in Ada  
 mi carne mors inest corporaliter. Vt autẽ  
 hoc carnis vitium auferatur, contraria se  
 cundum Cyprianum expelli natura neces  
 se est: eòque modo expelli quo successerit:  
 ut natura vitæ, eum locum in nobis te  
 neat, quem mors occupauerit. Videamus  
 autem quæ sit vitæ natura, & vbi sit. Ego *Ioan. II.*  
 sum resurrectio & vita (inquit Christus) *»*  
 vitam seorsum à carne non designans, sed *»*  
 ut doceat, non secùs vitam in carne sua re  
 gnare, atq; mors in Adami carne vigeat, ac  
 inhæreat, dixit qui manducat carnẽ meam  
 habet vitam: quo solo modo, re ipsa vitã  
 habituri sumus. Vt ergo contraria contra  
 rijs curentur, & similia similibus conue  
 niant, sicut manducatione interitum sibi  
 peperit Adamus, mortẽmque in se habuit,  
 ita cibo à nobis vitam repeti oportuit, ut  
 nostra in vitam manducatio, Adami vorã  
 citati respondeat: Et vti contra mandatũ  
 de fructu, in mortem manducauerat: Sic  
 O de

N. VILLAGAGN. ADVER.

de fructu vitæ, in remedium infirmitatis  
 nostræ manducemus : Item sicut non ani-  
 mo solo, sed & corpore, Adamus in totius  
 hominis perniciem comedit, ita non ani-  
 mo solo, sed & corpore, vitam comedat ho-  
 mo, vt qui totus māducatione perijt, mā-  
 ducatione totus vitæ restituatur. Et sicut  
 infidelitas & rebellio, sine manducatione  
 hominem non perdidit, ita nec sola fides,  
 sine vitæ manducatione conseruet. Et que  
 madmodum in Adami carne inest rebel-  
 lio corporaliter, ita Adami iusti iustitia sit  
 in corpore nostro, manducationis benefi-  
 cio ac ministerio: non imputatione, sed re-  
 vera. Et quemadmodum hac maledictio-  
 ne (terra es, & in terram ibis) perieramus,  
 benedictionem mysticam comedentes re-  
 stituamur. Ergo (inquiunt) si efficeris una cum  
 Christo substantia, fies Iesus Christus, & in carnem  
 affectam gloria conuerteris. Ne te turbet hæc  
 nostra sententia, apponam quid hac de re  
 consequutus sim. Christi caro est incorru-  
 ptibilis, inconvertibilis, & immutabilis si-  
 cut huius diuinitas. Hæc ergo manducata  
 in tuam substantiam corruptibilem non  
 mutatur: sed verè sumpta hanc immutat,  
 ac in se conuertit, non personali ac corpo-  
 rali

rali transitione, ut quod eras secundum carnem, esse definas, ut Christi persona efficiaris. Non enim (exempli causa) matris tuæ persona efficeris, nec eius affectibus & dolore afficeris, quamvis eius sis caro, carnisque naturam eius sis adeptus. Sed secundum Spiritus participationem ( ut ait Cyprianus) in Christum tua fit immutatio: huius enim virtute, carnis tuæ vitium morsque abforbetur, naturamque diuinæ carnis adipisceris, quæ te ad æternitatem nutrit ac fovet, sicut unusquisque carnem suam.

*Cyprianus.*

Christi tibi natiuitas exemplum quoque esse potest: Mariæ coagulū Spiritus interuentu non fuit exinanitū, sed Spiritus participatione diuinū effectum est, ut duplici natura esse inceperit diuina & humana: sic inconuertibilis caro à nobis māducata, dans nobis Spiritus & naturæ suæ participationem, carnem nostram ad diuinam naturam trahit, & transmutat, atque ( ut Petrus ait ) diuinæ nos efficit consortes naturæ. Diuinus noster Dionysius docuit de Eu-  
cc charistia differens, nos genere secundum car-  
cc nem ac substantiā nihil à Christo differre,  
cc carnisque substantia, hunc in nobis esse to-  
cc tū: culpa tamē ac mortis natura, ab eo nos  
 O 2 differre.

*Dionys.*

differre. Si ergo carnis immortalis manducatione, diuinæ carnis naturam adipiscimur, vt idcirco culpa erasa & sublata sit; atque in eius locum Christi iustitia vitæque natura sit insita; eueniet vt sublata differentia, planè eiusdem substantiæ efficiamur, vnúmque cum illo esse, carne & Spiritu incipiamus, atq; in Deum, mortis adempta natura, transeamus: patibili tamen manente substantia, vti vitæ Deitatisque præsentia, caro Christi in cõceptione, à passionis natura minimè exépta est: sicque efficiamur os ex eius ossibus, caro ex eius carne, quod sine diuinæ carnis manducatione contingere nobis non posse, antiæ quorum lectione edoctus sum.

Tui necessitatem mihi obiecerunt, quæ & si à manducatione Christianum arceat, non tamen eos à vita ac eternitate repellit: sed hoc à me responsum tulerunt, Si desiderio id manducant, quod re ipsa comedit in missa tradit Ecclesia, eorum voluntatè ac desiderium, verè manducationis locum obtinere; sed vos qui carnem esse viuificam negatis, eamque vt nihil profuturam respuitis, qui solum Spiritum qui Christi carnem suscitauit, fide ac desiderio hauritis,

tis, nullo modo vitam manducantes, nullo  
 etiam modo in vobis vitam futuram, ac  
 mansuram esse, confirmaui, propter ex-  
 pressum Domini verbum: Nisi manduca-  
 ueritis carnem Filij hominis, & biberitis  
 eius sanguinem, non habebitis vitam in  
 vobis. Differentia ergo est inter vos, qui à  
 carnis & Spiritus manducatione abstinete-  
 tis, sed fide Spiritum seorsum à carne am-  
 plectimini, & eos qui carnem cum Spiri-  
 tu, vitam suam, quantum in se est, fide ac  
 desiderio corporaliter manducant.

Id ipsum Cyrillus libro 10. cap. 13. mani-  
 festissimè attestatur, Arriani cuiusdam ca-  
 uillationem expugnans, diuidentis naturã  
 Dei Patris & Filij ad similitudinem vitis  
 & agricolæ, vt diuersi essent non minùs  
 quàm Agricola & vitis: quasi diuina ea ver-  
 ba, non ad humanam naturam, sed diuinã  
 tantùm referrentur: quasiq; per fidem  
 & charitatem, non autem per naturalem  
 carnis communionem Christo vniremur.

*Cyrillus.*

Hæc sunt eius verba. Hæc (inquit) ille astu-  
 tè simul atq; impiè, aliáque eiusmodi euo-  
 muit, nos autem Patrum & Ecclesiæ fidem  
 sequètes, loci huius sententiam rimati sumus.  
 Et paulò infrà: agè pauca de hoc dicamus.

» ac peruersè ab eo sacrarù literarù sensum  
 » exponi ostendamus : non tamen negamus  
 » recta nos fide, charitateq; sincera, Chris-  
 » sto spiritualiter coniungi, sed nullam no-  
 » bis coniunctionis rationem secundum car-  
 » nē cum illo esse, id profectò pernegamus.  
 » Idq; à diuinis scripturis omnino alienum  
 » dicimus. Quis enim dubitauit Christum  
 » etiam sic vitē esse, nos verò palmites, qui  
 » vitam inde nobis acquirimus? Audi Paulū  
 » dicentē. Quia omnes vnum corpus sumus  
 » in Christo, quia etsi multi sumus, vnū ta-  
 » mē in eo sumus, omnes enim de pane vno  
 » participamus. An fortassis putat Arrianus,  
 » ignotam nobis mysticæ benedictionis vir-  
 » tutem esse, quæ cum in nobis fiat, nōne  
 » corporaliter quoque facit communicatio-  
 » ne carnis Christi, Christum in nobis habi-  
 » tare? Cur enim membra fideiū membra  
 » Christi sunt? Nescitis (inquit) quia mem-  
 » bra vestra membra sunt Christi? Membra  
 » igitur Christi meretricis faciam membra?  
 » absit. Saluator etiam : Qui manducat car-  
 » nem meam ( ait ) & bibit sanguinē meum,  
 » in me manet & ego in eo. Vnde confide-  
 » randum non habitudine solū, quæ per  
 » charitatem intelligitur, Christum in no-  
 » bis

bis esse, verumetiam & participatione na-  
 turali: Nam quemadmodum si quis igne  
 liquefactâ ceram, alij ceræ similiter lique-  
 factæ ita miscuerit, vt vnum quid ex vtrif-  
 que factum videatur, sic communicatione  
 corporis & sanguinis Christi, ipse in nobis  
 est, & nos in ipso. Non poterat enim aliter  
 corruptibilis hæc natura corporis, ad in-  
 corruptibilitatem & vitam traduci, nisi na-  
 turalis vitæ corpus ei coniungeretur. Non  
 credis mihi hæc dicenti, Christo, te obse-  
 cro, fidem præbe. Amen, amen (inquit) di-  
 co vobis, nisi manducaueritis carnem Filij  
 hominis, & biberitis sanguinem eius, non  
 habebitis vitam in vobis. Qui manducat  
 carnem meam, & bibit meum sanguinem,  
 habet vitam æternam, & ego suscitabo eum  
 in nouissimo die. Audis apertè clamantè,  
 non habituros nos vitam, nisi sanguinem  
 eius biberimus, & carnem manducaueri-  
 mus: in vobis autem ipsis dicit, id est, in  
 corpore vestro. Vita autem iure, ipsa vitæ  
 caro intelligi potest, hæc enim nos in no-  
 uissimo die suscitatur: & quomodo, dicere  
 non grauabor, caro vitæ facta vnigeniti ca-  
 ro, ad virtutem vitæ traducta est. Non  
 potest igitur morte superari, propterea



9  
 N. VILLAGAGN. ADVER.  
 in nobis facta, interitum à nobis expellit.  
 Non enim abest ab ea vnigenitus Dei Fi-  
 lius, vnde quia vnus est cū carne sua : Ego  
 (inquit) fuscitabo eum, Cur igitur secun-  
 dum carnem palmites nos dici pernegat?  
 An non conuenienter dici potest, vitam  
 humanitatē eius esse, & nos palmites pro-  
 pter identitatem naturæ? Eiusdem enim  
 naturæ vitis & palmites sunt, ita & spiri-  
 tualiter & corporaliter nos palmites, &  
 Christus vitis est. Ex his probatur nos nō  
 tantūm per fidem & charitatem Christo  
 coniungi, sed corporaliter per corporis, &  
 sanguinis in Sacramento communionem:  
 quo quidem non solūm Spiritu, sed cor-  
 poraliter in nobis, hoc est in carne nostra  
 habitat : vt hac etiam ratione cum illo in  
 vnum corpus coalescamus, & carnis resur-  
 rectionem mereamur, ideoq; communica-  
 tio illa nobis necessaria videatur.

Ab hac fide reuocabantur hoc cap. 6. lo-  
 co. Spiritus est qui viuificat, caro non pro-  
 dest quicquam : Hinc existimabāt Christi  
 carnem, ad nostram viuificationē non pro-  
 desse, sed Spiritum Sanctum, quem in Ba-  
 ptismo sumpsimus, citra carnis manduca-  
 tionem. Vt ex his nos retibus expedire-  
 mus

mus quæsiui, quæ caro non prodesset, qui  
 ve Spiritus viuificaret? nõ enim dixit Do-  
 minus, caro mea non prodest quicquam,  
 sed caro: neque dixit Spiritus paracletus  
 viuificat sed Spiritus. Quæsiui ergo num  
 putarent Christum ante suum Baptismũ  
 viuificationis facultate fuisse præditum:  
 an verò crederent eam facultatem illi ob-  
 tiguisse, datamq; esse à Spiritus persona, quæ  
 vidit Ioannes quasi columbã descenden-  
 tem? Scriptum est: Sicut Pater habet vitã  
 in semetipso, sic & dedit Filio habere vi-  
 tam in semetipso: An eum putarent post  
 Baptismum, an antè ab æterno vitam ha-  
 buisse in semetipso? Non dubium sanè est  
 ab æterno habuisse, idèmq; esse, genuisse  
 se Filium ab æterno, vitãque ei dedisse.  
 Quum ita habeat, certum est verbum Dei  
 Patris coæternum, homouisionq; Spiritum  
 esse viuificatorem: atque eam plenitudi-  
 nem diuinitatis, quæ in eius carne corpo-  
 raliter inhabitat (quæ non passa est sanctũ  
 videre corruptionem) carnis fuisse viuifi-  
 catricem: Insuper quum Spiritus vitæ, car-  
 nem mortuam viuificauerit, certũ est vni-  
 tate indiuidua eum cum carne cohæsisse,  
 ac vnitum esse, vt qui carnem manducaue-

rit hunc vna cum carne, & in carne manduca-  
 rit. Hoc cognito videamus de carne quæ  
 non prodest ad viuificationē, an ea sit quæ  
 vita ac Deitate plena est; an verò tua sit, &  
 » communis. Verba sequētia de hoc nos do-  
 » cere possunt. Verba quæ ego locutus sum vi-  
 » ta sunt, Spiritus sunt. Quæ verò verba sunt  
 » quæ loquutus erat? nū hæc esse tibi videntur:  
 » caro mea verè est cibus, sanguis meus  
 » verè est potus, qui manducat meam carnē  
 » & bibit meum sanguinem habet vitam, &  
 » ego suscitabo eum in nouissimo die? Caro  
 ergo & sanguis verba sunt quæ loquutus  
 fuerat: & verba illa Spiritus & vita sunt. Er-  
 go Christi caro Spiritus & vita ad viuifica-  
 tionem prodest quod si non habet à carnis  
 substantia, habet à Spiritu vitæ, qui in car-  
 ne est corporaliter, quem seorsum à carne  
 homo mortalis manducare non potest. Ca-  
 ro ergo, nostra vita est, nam & verbū (cuius  
 substantia Deus est) caro factū est. In hanc  
 me adduxit Tertullianus sententiā libro  
 de Trinitate. Certè mihi ex animo dolet,  
 huc me, qui ab ineūte adolescentia militiæ  
 operam dare non intermiserim, reductum  
 fuisse, vt de re tam sancta, atq; ardua, tecum  
 mihi sit cōferenda manus: sed coactus tuo-  
 rum

*Tertull.*

rum improbitate huc descendi: Hi enim  
 suis traditionibus & affectatis concionibus  
 (vt bilem mihi mouerent) sanctam Christi  
 carnem proterere, ac contaminare non de-  
 fistebant, quanuis eos sæpè deprecarer, atq;  
 ostenderem post Apostolorum memo-  
 riam extitisse neminem tam nullius iudi-  
 cij, vt ausus sit carni Die Christi hanc iniu-  
 riam infligere, vt ad viuificandū nihil pro-  
 desse tradiderit, nisi quatenus fides nostra  
 in eam recubuerit. *Cyrillus.* Cyrillus hunc Ioannis  
 locum explanans, dicit, carnem hoc loco  
 Spiritum à Domino vocatam esse. cap. 24.  
 libri 4. & cap. 23. Nam quoniam (inquit)  
 cum viuificante verbo, caro coniuncta est,  
 tota est effecta viuifica. Paulò pòst: quan-  
 uis ergo natura carnis, vt caro est, viuifica-  
 re nequeat, facit tamen hoc, quia totā ver-  
 bi operationem suscepit. Corpus enim est  
 non cuiusuis hominis, cuius caro prodesse  
 quicquam non potest: nõ enim Pauli, aut  
 Petri, aut cæterorum, sed ipsius vitæ & Sal-  
 uatoris nostri Iesu Christi corpus, in quo  
 Deitatis plenitudo corporaliter habitat, fa-  
 cere hoc potest. Quas ob res caro quidem  
 cæterorū omnium quicquam verè nõ pro-  
 dest: Caro autē Christi, quia in ipsa vnige-  
 nitus

N. VILLAGAGN. ADVER.

» nitus Dei filius habitat, sola viuificare po-  
 » test. Spiritum verò seipsum appellat, quo-  
 » niam Deus Spiritus est. Nec ista dicimus,  
 » quia Spiritum Sanctum in propria perso-  
 » na subsistere non putemus, sed quia sicut  
 » factus homo filium se hominis appellat,  
 » sic se à proprio Spiritu Spiritum nominat.  
 » Non est enim alienus ab eo Spiritus suus.  
 » Ita hunc Pauli locum explanans: Si Spiri-  
 » tus Dei habitat in vobis, corpus quidem  
 » mortuum propter peccatum, Spiritus ve-  
 » rò viuit propter iustitiam. Ecce (inquit)  
 » rursus cùm Spiritum Dei habitare in no-  
 » bis dixerit, ipsum Christum in nobis esse  
 » affirmavit. Non enim separatur à Filio Spi-  
 » ritus eius cuius substantialis est, quamuis  
 » propria hypostasi subsistere verè creda-  
 » tur. Idcirco indifferenter modò se ipsum,  
 » modò Spiritum nominat. Alio loco: au-  
 » diant hæc qui ex arrogantia nondù Chri-  
 » sti fidem suscipere volunt, nisi manduca-  
 » ueritis (inquit) carnem Filij hominis, &  
 » biberitis eius sanguinem, non habebitis vi-  
 » tam in vobis. Non enim possunt sanctifica-  
 » tione beatæ vitæ fieri participes, qui per  
 » mysticam benedictionem (hoc est Sacra-  
 » mentù) Iesum non susceperunt: vita enim  
 » secun-

secundum naturam ille est, qui ex viuo Pa-  
 tre genitus est, sed non minus corpus quo-  
 que viuificat. Coniunctum enim ineffabi-  
 liter est Filio Dei, à quo vniuersa viuifi-  
 cantur. Idcirco corpus suū dicitur, & vnus  
 cum eo est, hoc est, in vnitate personę, quo-  
 niam igitur Saluatoris caro verbo Dei,  
 quod naturaliter vita est, coniuncta, viuifi-  
 fica effecta est: quando eam comedimus,  
 tunc vitā habebimus in nobis illi coniun-  
 cti, quæ vita effecta est.

Paulus necessariam diuinæ carnis man-  
 ducationē visus est tradere, vt pristinū vi-  
 tæ statum eo recuperemus modo, quo ami-  
 simus: Quoniam (inquit) per vnum ho-  
 minem mors, & per hominem Iesum resur-  
 rectio mortuorum, & sicut in Adam om-  
 nes moriuntur, ita in Christo omnes viuifi-  
 cabuntur: & alibi. Sicut per vnus deli-  
 ctum in omnes homines in condemnatio-  
 nem, sic & per vnus iustitiam in omnes ho-  
 mines in iustificationem vitæ: sicut enim  
 per inobedientiam vnus hominis pecca-  
 tores constituti sunt multi, sic per vnus  
 obedientiam iusti constituuntur multi.

Vide an Pauli sententia ac similitudine,  
 tuam doctrinam tneri possis: carne mori-  
 mur

1. Cor. 15.

N. VILLAGAGN. ADVERS.

mur propter pomi corporalem manducationē, Spiritu tibi in Christo viuificamur sine manducatione: vitam amisimus quod re ipsa caro sumus ex Adami carne: tuo iudicio vitæ restituimur in carne Christi, nõ quòd verè simus eius caro, sed voluntate. Delictum Adami in carne nostra inest corporaliter, ideoq; in maledictū incidimus: Christi obedientia, imaginatione tibi tenus, ac desiderio nostra est. Mirū mihi fuit hæc cogitanti, quomodo hanc vocē (sicut) è libro tuo non deleueris, frustra tibi locū occupat: Nā si tibi adhæreamus, hac in Pauli similitudine, nihil video dissimilius: contra verò, si Ecclesiæ manducationem, ac inueteratam religionem admiserimus, nihil omnino est similius: manducatione enim diuinæ substantiæ in hanc ipsam conuertimur: sumusq; vna cum Christo substantia, os ex eius ossibus: vt non magis peccatum ac rebellio in nobis esse potuerit corporaliter, quàm iustitia ac obedientia iusti sit in nostra carne corporaliter. Dionysius Areopagita ad hãc præcipuè religionis sententiam, Paulique similitudinis intelligentiam me adduxit. Nos (inquit) per negligentiam nostram, atque desidiam, diuinis

De Sacr.  
Eucharistia.

de

destituti muneribus, paratis atq; in id insti-  
 tutis bonis, in antiquum statum dignita-  
 temq; reuocat: perfecta q; nostrorum as-  
 sumptione, exactissimam priorum mu-  
 nerum participationem, tradit: & tandem  
 nobis Dei, diuinorumq; communionem  
 largitur. Huc affer, quod ex Cypriano pau-  
 lò superius diximus, & considera nos om-  
 nes, corpore ac anima viciatos, non potuis-  
 se primitiuae integritati restitui, & vt ait  
 Cyprianus, ad similitudinem Dei reuerti,  
 nisi vt Dei Filius, humanitate nostra assum-  
 pta, ea q; à se purgata, per hoc Sacra-  
 mentum eam nobis restitueret, eo addito,  
 quod è suo inseruisset: Paulò pòst ad-  
 iungit Dionysius: Describit in his ferme  
 sensibiliter, in conspectum dans Chri-  
 stum Iesum, nostrã spiritualem (vt in ima-  
 ginibus) vitam, ex diuinitatis occulto (per-  
 fecta, & inconfusa nostræ mortalitatis as-  
 sumptione) clementissimè proprietatem  
 ex nobis accepisse, atque ad diuisibile no-  
 strum, sine immutatione sui, ex vnitatem na-  
 turali processisse, perq; hanc beneficã cle-  
 mentiam ad participationẽ sui, suorumq;  
 bonorum inuitare genus humanum, si ta-  
 men ipsius sacratissimæ inseramur vitæ,  
 ipsam



N. VILLAGAGN. ADVERS.

ipsam quantum fas est imitando, sicque veraciter consortes Dei diuinorumque participes fieri. Ex his locis certò constitui potest ac decerni, Cœnam à Christo ideò fuisse institutam, vt nos in suam carnem & os mutaret: illumque ideò nostram assumpsisse, vt vicissim eandem quæ abundet vita, restituat, & nostro mortali corpori admisceat, vt ad immortalitatem restituat, &

Leo 1. Pa. restitutam tueatur, Leo primus Papa in sermone decimo quarto: Non aliud (inquit) agit participatio corporis sanguinis Christi, quàm vt in id quod sumimus transsumus, & in quo mortui & sepulti & conuersi sumus, ipsum per omnia, & Spiritu & carne gestemus, dicente Apostolo: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo: cum enim Christus apparuerit vita nostra, tunc & vos cum Christo apparebitis in gloria. Naturalem carnis nostræ, cum Christi carne, Sacramenti ministerio communionem, tam aperte docet Hilarius lib. 8. de Trinitate, vt mirari fatis non possim, quomodo ad tropicam illam manducationem animum tuum proclinaueris. Hæc (inquit) vitæ nostræ causa est, quòd in nobis carnalibus manentem

Hilarius.

tem per carnem Christum habeamus, vi-  
 eturis nobis per eum ea conditione, qua vi-  
 uit ille per Patrem: si ergo nos naturaliter  
 secundum carnem per eum vivimus, id est,  
 naturam suæ carnis adepti, quomodo non  
 naturaliter secundum Spiritum in se Pa-  
 trem habeat, quum vivat ipse per Patrem?  
 Vide tam constanti religione eo tempore  
 creditum fuisse Christum, in nobis, nosq;  
 in eo esse naturaliter, vt à nostra vnitate,  
 Christi cum Patre vnitatem, aduersus Ar-  
 rium comprobaret: Addit Hilarius. Hæc  
 autem idcirco à nobis cōmemorata sunt,  
 quia voluntatis tantum per Patrem & fi-  
 lium, vnitatem hæretici mentientes, vnita-  
 tis nostræ ad Deum vtebantur exemplo,  
 tanquam nobis ad Filium & per Filium ad  
 Patrem obsequio tantum & volūtate reli-  
 gionis vnitas, nulla per Sacramentum car-  
 nis & sanguinis, naturalis communis pro-  
 prietas indulgeretur, quum & per hono-  
 rem nobis datum Dei filij, & per manentem  
 in nobis carnaliter Filium & in eo nobis  
 carnaliter & inseparabiliter vnitatis, myste-  
 rium veræ ac naturalis vnitatis sit prædi-  
 candum.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
QVVM PER ADAM MORS IN  
*hominem totum peruaserit, per Christum in  
totum hominem uitam peruenire.*

Cap. 37.

De Trini-  
tate.

**T**ertullianus Pauli locum à nobis pro-  
ductum declarans, exemplū (inquit)  
non componitur ex diuersitate, sed ex pā-  
rilitate: homines carne viuificantur in  
Christo, sicut in Adam carne moriuntur.  
Consideremus quomodo carne in Adam  
moriatur, vt hoc exemplo discamus, quo-  
modo in Christo Domino nostro, carne vi-  
uificemur. Non te puto in hac esse senten-  
tia, vt statuas in Adam mortem obire nos,  
quòd credamus ex eo nostrā constare sub-  
stantiam: sed potiùs quòd re vera hac sub-  
stantiam, effecti os, ex eius ossibus, & caro ex  
eius carne, sic vt similitudini relinquatur  
locus: in Christo non viuificabimur, nisi  
re vera, & non credendo, eius substantiæ  
nostra admisceatur, vt fiamus os ex eius os-  
sibus & caro ex carne: sed quoniam fieri  
nō potest, vt per humanam generationem  
id obtineamus, modum consilio Patris &  
suæ sapientiæ conuenientem adinuenit, vt  
ait Cyrillus, quo nos sibi per mysticam  
communionem benedicens, & secum, &  
inter

inter nos vnum corpus nos efficeret.

QVVM MORTI NATVRALI

viuificatio opponatur, falsò hanc animæ

attribui. Cap. 38.

QVum tu spiritualementem viuificationem  
neges corpori, hanc propter cibum vi-  
tam, animæ tribuens, maximo studio scriptu-  
ras perscrutatus, num fortè eiusmodi locu-  
tio sese mihi offerret, qua tuam sententiam  
comprobarem, nihil profeci: sed quoties  
in viuificationis sermonem incidi, reperi  
naturali morti opponi viuificationem, eam-  
que seorsum à corpore, animæ nunquam  
adscribi, vt loco à nobis citato: sicut in Adâ  
omnes moriuntur, ita in Christo omnes  
uiuificabuntur. Corpora in Adam mortua, *Rom. 8.*  
in Christo viuificari, hic testatur Aposto-  
lus: vt alio loco. Spiritus qui suscitauit Ie-  
sum Christum à mortuis, viuificabit morta-  
lia vestra corpora: Item corpus quod semi-  
nas, non viuificabitur, nisi prius mortuum  
fuerit. Irenæus hunc locum explanans, Si mors  
mortificauit (inquit) vita adueniens uiui-  
ficat hominem. Legi & relegi, nullum scri-  
pturæ, locum reperi quo hanc tuam viui-  
ficationis doctrinam approbare potuerim: vt

animæ seorsum à corpore, in spè vitæ æternæ nutriantur. Paulus ad Thessalonicenses in hoc est tibi contrarius: Deus pacis

- » (inquit) sanctificet vos perfectos, vt integer vester Spiritus & anima, & corpus sine querela seruentur in aduentum Domini nostri Iesu Christi.

REPREHENDITVR CALVIL-

*nus docens signi vitæ cõmunionem, non ipsam uitam, corpori resurrectionem daturam. Cap. 39.*

**C**orporalis Christi manducatio corporis, etiam ab huius proprietate, & virtute approbari potest: huic enim non solû ad vitam, sed corporis resurrectionem facultas insita est. Veruntamen animæ tuæ viuificationem astruendo illa tua spiritali manducatione, carnis resurrectionem destruis, atq; dum anima tibi curæ est, plasma Domini negligenti, vim resurrectionis afficis iniuria, vt Valentini dogma confirmes. Vt tamen eam suspicionem effugas, in spem resurrectionis, inani quadam manducationis imagine, pascis tuorû corpora. Vbi enim Eucharistiam omni diuinitate exueris, atque animam tuam Christi substantia spiritali irradiatione & traductione

Etione depaueris: ne Valentino subscribe-  
re videaris, corpori spem excitas, signi tui  
manducatione, his verbis: *Verum est, & co-  
quidem usque ut corporum etiam resurrectio illic  
nobis quasi dato pignore confirmetur, quum & ip-  
sa, vitæ signo communicent.*

Sed quo cum corpus tuum communi-  
cet de signi tui manducatione tacuisti: si  
velis cum Christo eam tibi esse signi com-  
municationem, ridiculum dixisse putabe-  
ris: si cum anima tua, & tibi es contrarius,  
& doctrinæ tuæ oblitus, doces enim signū,  
corporis esse cibum non animæ; Si hæc tua  
communicatio communicantes tecum re-  
spiciat, per iocū docere videberis, ei actio-  
ni vim inesse resurrectionis mortuorum.

**SI SIGNVM VITAM CORPO-**  
*ri daturum esset, non debuisse dici Spiritus ui-  
uificans, uel qui uiuificat, sed signum  
uiuificans. Cap. 40.*

**N**E nimis vrgeam, aliud agamus: si tu in  
hoc spē salutis carnis tuæ constituas,  
quòd panem comederis signum vitæ, cur  
in deserto mortui sunt Hebræi, quos Do-  
minus manna tot annos depauit? Patres IOAN. 6.  
uestri (inquit) manducauerunt manna in cc  
deserto, & mortui sunt: Item, non Moses cc  
P 3 de cc

- 22 dedit vobis panem de cælo. Hic est panis  
 22 de cælo descendens, vt qui hunc mandu-  
 22 cauerit, viuat in æternum. His verbis præce-  
 ptor noster à tua Philosophia nos abducit,  
 ostendens signo nullam inesse vitæ faculta-  
 tem, sed hanc in esu panis de cælo descen-  
 dentis collocatam esse. Scriptum est: Spiritus  
 22 est qui viuificat, caro non prodest quic-  
 22 quam. Si caro sine Spiritu ad viuificationem  
 non prodest, quomodo signo, Spiritu & di-  
 uinitate prorsus vacuo, audes tuos in spem  
 resurrectionis erigere & confirmare? Non  
 dubitas carnem Christi à verbis Dei viuifi-  
 cationis facultatem accepisse: Quomodo  
 ergo panis, nisi Spiritu Sancto impleatur,  
 & fiat caro Domini, hanc quam prædicas,  
 & obtendis vim, & naturam assequetur?  
 Qui manducat carnem meam & bibit meum  
 22 sanguinem, habet vitam æternam, & ego  
 22 suscitabo eum in nouissimo die. Vides res-  
 surrectionem ei promitti, qui carnem, nõ  
 qui signum comederit.

SPIRITVM SANCTVM PL

*gnus esse immortalitatis, non frustu*

*lum panis. Cap. 41.*

**N**on minus alieni esse à veritate oppi-  
 gnoratio tua mihi visa est; non legi au-  
 te

Ioan. 6.

Ioan. 6.

te te, quinquã tradidisse puram panis substantiã pignus esse resurrectionis, aut æternæ vitæ, Apostolus Spiritui Sancto hoc muneri attribuit epistola ad Eph. Signati Cap. I.  
 (inquit) Spiritu promissionis Sancto, qui  
 est pignus hæreditatis: Item ad Corinth. 2. cc  
 cap. I. Qui autem confirmat nos, & dedit pi cc  
 gnus Spiritus, in cordibus nostris. Nusquã cc  
 scriptum inuenies (nisi apud te) vitam pã  
 ne redimi, aut hunc tam preciosæ rei pi  
 gnus esse panem.

QVIA NECESSITATE MAN  
 ducationis excusentur. Cap. 42.

QVI nos errare crediderit affirmantes  
 necessariam esse diuinę carnis mandu  
 cationem, vt vitam æternam habeamus, in  
 telligat me non negare, desiderium ac fi  
 dem, locum manducationis (si necessa  
 rium impedimentum intercedat) supple  
 re posse: Sed qui tunc à Caluino me non  
 dissidere existimauerit dicente, manduca  
 re se spiritualiter, is certè nec me, nec Cal  
 uinum intelligit: Caluinus enim nec opi  
 nione, nec fide, nec desiderio, carnem ore  
 manducandam esse ad salutẽ docet, sed in  
 manducationis locum, fidem substituit:  
 vt fides in Christum mortuum, ac à mor



*Institutione  
de Coena, 13*

tuis suscitatum, credenti conferat, quod manducatione carnis viuificantis acquiri docet Ecclesia: Hæc ergo inter nos differentia intercedit, quòd ille ore non manducari oportere arbitretur, sed fructum fidei esse manducationem: ego autem, qui non comederit, vitam minimè habiturum intelligam: Si tamen per fidelem non steterit, quòd minùs ipse manducet, isq; reuera non manducans, desiderio tamen in Ecclesie fide comedat, viuificantis carni fidem non derogans, hunc perinde facere non inficior, ac si manducaret, uti de pœnitentibus traditum est, qui ante tempus exomologesi ab Ecclesia constitutum, naturæ concesserunt: quibus voluntas pro facto imputatur. Si ergo Calvinus substantiæ diuinæ manducationem corpoream admitteret; isq; voto manducari satis esse doceret, quum per necessitatis impedimentum ab actu manducationis prohibetur, me hæc in re diuersum non haberet: sed quandiu in hac erit sententia, ut Sacramenti substantiam, signum esse diuinæ carnis existimet, carnisq; esum corporeum, nullius usus esse doceat, fide manducare quum se dixerit, ludere mihi videbitur: Non enim potest

test

test fide manducare, quod manducatum  
 nullo modo prodesse crediderit: quinimo  
 si quis suorum fide desiderioq; ore Chri-  
 stum manducaret, illum non alio haberet  
 loco, quàm nos habet, qui re vera ad salutē  
 manducari oportere statuamus. Hæc ergo  
 inter nos exurgit differentia, quòd iudi-  
 cet eum verè carnem manducare, qui fi-  
 de Christum pro peccatis nostris mor-  
 tuum, & à mortuis excitatum amplecti-  
 tur: nos autem non solùm id necessariò  
 fieri ad salutem oportere confiteamur, sed  
 ad eam fidem ita carnis accedere mandu-  
 cationem debere contendimus, vti ad fidē  
 Baptismum adiungit Ecclesia. Peccant igitur  
 largiter qui confictam & imaginariam  
 Caluini manducationem, Patrum spiritua-  
 li manducationi respōdere dixerint: nam  
 qui verè manna manducabant, ac Eucha-  
 ristiam nostram, quā abumbravit manna,  
 desiderio pari manducabant, soli mortem  
 euaserunt, nec id propter manna manduca-  
 tum consequuti sunt, nam qui solam um-  
 bram manducarunt, Domino iudice mor-  
 tui sunt: sed nos ab Eucharistia ipsa vitam  
 habemus, ac immortales sumus. Ergo Pa-  
 trum manducatio cum fide Calviniana,

Cypria.  
in Cœna.

aut fides eius cum Patrum manducatione, æquari non potest: nam manna ad salutem nihil profuit: Eucharistia verò vitæ æternæ effectum habet. Præterea hoc addi potest differentiæ, quòd Eucharistiam nullo modo manducat, qui in panis creatura gratias actas fuisse negat: sed panem purum edit, & Patres Spiritum Sanctum quem ad manducationem suam spiritualem Calvinus requirit, non acceperant.

Cæterùm si hic locus, qui me manducat, ita intelligi debet, vt quum quis manducet credat, & manducare sit credere: gratiū facit Calvinus edacibus ac bibacibus, quòd enim quis bibacior, hoc modo esse debet fide lior. Aliud velim edoceri, si manducant qui fructum fidei cõsequuntur, quomodo pœnitentibus esu Sacramenti interdixit antiquitas, quos tamen ab effectu fructuq; fidei nõ repellebat. Sancta sanctis clamabat Diaconus, vt se pœnitentes post Euangelij lectionem à Sanctorum cõmunionem abigerent: Cur autem illis ad cõmunionem non patebat aditus? Bona cõsciētia effectuq; fidei erant præditi, erantque cum fidelibus Spiritu coniuncti: ab Eucharistiæ tamen, id est, Christi corporis com-

communione pellebantur. Si fides, mandu-  
 cationis vicem supplere possit, aut præsta-  
 re, cur iubebat Paulus, vt qui ad commu-  
 nionem esumq; Christi corporis accede-  
 rent, se probarent, quum non nisi fidelibus  
 Christianis mensa prostacket, quos ad men-  
 sam fides attrahebat? Si fidei effectus, vitæ  
 sit manducatio, infidelitatis effectus, man-  
 ducatio iudicij esse etiam debet: quãmo-  
 brem improbi & infideles Baptizati, citra  
 Sacramenti manducationem, iudiciũ suũ  
 manducant & bibunt, cur ergo de his solis  
 à Paulo dictum est, qui indignè cibum be-  
 nedictionis manducant, iudiciũ sibi man-  
 ducare ac bibere? Hoc mihi mirũ est: Tuo  
 iudicio catechumeni fideles, tibi Christi  
 carnem, absq; Sacramenti manducatione  
 comedunt, eisq; Sacramentum nihil con-  
 fert: Corinthij verò Baptizati, infideles,  
 quia fructu fidei carebant Christum non  
 manducabant: sed indignè Sacramentum  
 edentes, Paulo iudicium suum manduca-  
 bant & bibebant. Hoc ergo indignis præ-  
 stat panis ad mortẽ, quod ad vitam bonis  
 non præstat, vnde tanta varietas? Duas esse  
 res distinctas & differentes, quibus vitæ  
 manducatio perficiatur, docet Christus, si  
 dem

N. VILLAGAGN. ADVER.

dem & manducationem, eas separatim nobis describens: quæ res à tua sententia me deducit: Præterea tu docens manducationem effectum opusq; esse fidei, efficis ut iudicem, te tibi non satis constituisse: nam manducatio motus opusq; est manducantis: & qui manducationem facit manducatur: fides ergo manducatur, non anima, contra tuam traditionem.

CHRISTVM NON EO MODO

*Baptismo exhiberi, quo in Cœna exhibetur. Cap. 43.*

**N**ON minus falli mihi visus es, Tradens reuera tibi Christum exhiberi, tum Euangelio, tum Baptismo: eum tamen à te non recipi totum, sed ex parte tantum. Quum statuas sola fidei ratione de Christi carne te communicare, mirari desij te credidisse, vos Baptismo de Christi corpore communicare, fieri os ex eius ossibus, carnem ex eius carne: uti in Cœna id nos obtinere docet Ecclesia: eadem enim fide utrumq; Sacramentum suscipitur: Quia verò ista opinio è tuo sensu videtur effluxisse, à nobis reiecta est, donec eam scripturæ testimonio approbaucris: Interim aduersam hanc sententiam tuis obduximus: Baptismo nihil nobis da-  
ri

ri corporeum, sed solam Sancti Spiritus gratiam, in Cœna antem, corpus Domini & omnia quæ ad corpus attineant exhiberi: ad cuius rei susceptionem Baptismo ac Evangelij prædicatione præparamur: faceret enim nostra indignitas, ut caro quæ vita est in nobis non maneret manducata: quamvis sine fide & ab impuris manducari possit. Quamobrem fieri posse negavi, ut corpus Christi Baptismo verè manducetis.

BAPTISMO NOS COMPLAN-

*tari similitudini mortis ac resurrectionis Domini, ut amplius non seruiamus peccato: In Cœna autem effici corpus ipsum. Cap. 44.*

**H**anc nostram sententiam tua prostravit auctoritas, tuis clientibus de ea mecum acriter dimicantibus, complurisque Apostoli locos à te explicatos, contra me promouentibus, quibus hanc nostræ cœcæ fidei confessionem deijci posse arbitrarentur, in primis hoc epistolæ ad Romanos cœcæ lum emiserunt. An ignoratis fratres, quia cœcæ quicumque Baptizati sumus in Christo Iesu, in mortem eius Baptizati sumus: cœcæ pulti enim sumus per Baptismum in mortem:

N. VILLAGAGN. ADVERS.

» tem : vt quomodo surrexit à mortuis per  
 » gloriam Patris, ita in nouitate vitæ ambu-  
 » lemus: si enim complantati sumus similitu-  
 » dini mortis eius, simul resurrectionis eri-  
 » mus: hoc scientes, quia vetus noster homò  
 » crucifixus est, vt destruat corpus pecca-  
 » ti, vt vltra nõ feruiamus peccato. Huc com-  
 » plures huius generis locos, summo studio  
 » vndiq; conquisitos deuoluebant, quibus  
 » minori negotio nos opprimerèt : vt epist.  
 » ad Galat : Quicumque in Christo Baptiza-  
 » ti estis, Christũ induistis. Item ad Colossen-  
 » ses: Consepulti in Baptismo, in quo & sur-  
 » rexistis per fidem operationis Dei, qui su-  
 » scitauit eum à mortuis. Quid (inquiunt) pluri-  
 » bus opus est? fide consepulti sumus, consurreximus  
 » cum Christo, in eum insiti sumus, in eo uiuimus, isq;  
 » in nobis uiuit: nam uita nostra in eo est abscondita.  
 » Quid, inquiunt, amplius à Cœna desiderari posse pu-  
 » tas? nisi ut subleuandæ infirmitatis nostræ gratia,  
 » hæc nobis sit earũ rerum, quas in Baptismo adepti  
 » fuerimus confirmatio, testimonium ac sigillum, quo  
 » omnẽ mortis metũ propellamus? tamq; certò statuã-  
 » mus, uerè insitos esse nos in diuinũ corpus, eoq; ali-  
 » animas nostras spiritualiter, quàm sit perspicuam,  
 » corpora nutriri panis materialis alimento. His la-  
 » queis omnes ferè meos commilitones, ac  
 » mer-

mercede conductos ceperunt, atq; animis à nobis auerterunt. Huic autè cùm non deessem negotio, ac figillatim appellarem, in quibus spei quicquam adhuc reliquū esse cognoscebam, & ostenderè ex veterū sententia, quā sis ab Apostoli sententiā alienus, hos sanavi, ac in officio continui. Primū adhortatus sum clientes tuos, vt sese diligentes verborū scrutatores adhiberent, ne semper decipiantur ac decipiant, sententiā Pauli apertā ac planā esse his, qui bona fide ad eam animū applicent: Si enim (inquit) complantati sumus similitudini mortis eius, simul & resurrectionis erimus. Hoc non significat nos de Christi corpore communicare, vt fiamus os ex eius ossibus, caro ex eius carne, vt simus omnes in vnū consummati, sicut is & Pater vnum sunt, vt vbi erit ille, & nos simus, vt hæreditatem æternam habeamus: sed ostenditur, nos peccato per lauacrum mortuos, complantatos esse similitudini mortis eius, vt ampliùs peccato non seruiamus. At in Cæna, similitudinis nulla fit à Paulo mentio. Quoniam (inquit) vnus panis vnum corpus multi sumus, omnes quidem de vno pane, & de vno calice participamus: magna inter hos effectus, in-

tercedit



N. VILLAGAGN. ADVERS.

tercedit differentia: hinc sumus vnū ipsum corpus Domini, re vera corpus manducantes. In Baptismo autem sumus facti similitudini mortis complantati, & per Baptismum lauamur in mortem; in Cœna verò corpus vitæ manducamus, nec solùm in vitam manducamus, sed vitam. Item consepelitur Spiritu & habitudine cum Christo per Baptismum in mortem, vt in nouitate vitæ ambulemus, vt peccato mortui vltra non seruiamus peccato. Per Cœnam autem non solùm Spiritu ac animo vnum cum Christo sumus, sed naturaliter ac corporaliter, id est corpore, non tamen modo corporali, corporis sacrificati sumus participes: vt naturam carnis eius adepti, Spiritu & corpore in eo viuamus, in eo maneamus & is in nobis maneat, atque æternitatis semen caro nostra substantialiter contineat: deniq; hoc amplius in Cœna quàm Baptismo assequimur, quòd præter eam Spiritus gratiam, quam Baptismo consequimur, carnis diuinæ manducatio hoc nobis tribuat, vt re vera & naturaliter & corporaliter, in corpus, à quo gratiæ nobis affluunt, vniamur ac conuertamur, vt non solùm à peccato mundati, vltra non seruiamus peccato,

èato, atq; idonei efficiamur ad seruiendū  
 Deo viuenti, sed cohæredes, & cōcorporā  
 les, comparticipes simus æternę promissio  
 nis, in Christo Iesu. Hanc ob causam ab an  
 tiquis accepimus, Ecclesię morē aliquan  
 do fuisse, vt è vestigio à lauacro ad Cœnā  
 tinēti perducerentur, vt credentes per be  
 nedictionis mysticę ac Eucharistię man  
 ducationem, cum Christo naturaliter car  
 ne & Spiritu vnirentur, sicut solo Spiritu  
 in Baptismo vniti fuerant: Hoc non magis  
 obuenire nobis posse (vti existimas) sola fi  
 de credidi, quàm fide sola, Baptismi spiri  
 tualis gratiam consequi possis: sed id fieri  
 lauacri corporalis opera, ad fidem acceden  
 te. Dionysius causis à nobis demonstratis,  
 benedictionis Sacramentū, Baptismi con  
 sumatiuum appellauit: quod in eo, de car  
 ne ac Spiritu cum Christo naturaliter ac  
 corporaliter participemus spiritualis car  
 nis manducatione.

De cœle  
 sti Hierar  
 chia.

EX BAPTISMO CHRISTI

nostrum Baptismum metiri oportere.

Cap. 45.

**H**Uc accessit hæc quoque ratio, quę me  
 à tuā doctrina depulerit, quòd Bap  
 tismus Iesu Christi documento nobis esse vi  
 deatur;

Q

deatur;

N. VILLAGAGN. ADVER.  
deatur, quid è nostro, spe amplecti debeamus. Si à Spiritu Sancto, qui quasi columba in Dominum descendit, de corpore suo cum Ecclesia Dominus cõmunicauit, carnemq; suam manducauit, non resistam tibi affirmanti, corporis Christi communionẽ, ita lauacro fieri, ac in Cœna fieri iudicemus: sed si ad carnis cum suis discipulis communicationem, lauacrum Domino nihil contulerit: sed ad Spiritus gratiam solã respexerit, cur expectabimus vt aliam, diuersamq; nobis nauet operam, quam Christo præstiterit? Itaq; credo, spirituali ex Baptismo communionẽ, interiorem hominem elui, Spirituq; Christum indui, exteriorẽ verò aqua mundari, vt homo à peccato mundetur totus: nõ autẽ re vera, ac naturaliter hunc fieri corpus Domini, os eius ossibus, corporis eius manducatione, sed ad hanc rem præparari, vti lauacro Apostolos ad corporis diuini manducationem à Domino præparatos fuisse scriptum est. In Cœna autem reali, externa, internaque diuinæ carnis manducatione, nos lauacro ac pœnitentia præparatos, in eum transire, coalescere, vitamque comprehendere: si modò Spiritum quem Baptismo

ptismo susceperimus, conseruemus, nobisque conscientiae non desit integritas: facit enim nostra impuritas, ut à Christo separemur, ac ut vita à nobis re vera manducata, in vitam aeternam non maneat.

COENAM BAPTISMI CON-

*firmationem non esse.*

Cap. 46.

**H**Anc Coenae utilitatem, tuis clientibus de tuo confirmationis commento impugnantibus, respondi: praecipitati iudicij te non posse reprehensionem vitare, qui cogitatione Baptismum tam imperfectum nobis excuderis: ut is non solum egeat confirmatione, sed infinitis confirmationibus, sigillis ac ratificationibus. Hoc esse argumento, nullum vobis ad Baptismi, Coenarumque, vestrarum perfectionem, exitum patere: quum nullum confirmationibus, aut sigillis finem praescribas. In rebus humanis hanc seruari legem, ut actus qui eget confirmatione, infirmus habeatur, & à confirmatione eius pendens valetudo, vna consumatur confirmatione, non eo numero quem in vestri Baptismi confirmationem insumitis.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
CVR. REPETITIS ACTIONI-

bus Sacramentum corporis à nobis ite-  
retur. Cap. 47.

**N**os repetitis actionibus Missam, sum-  
ma animorū deuotione celebramus:  
non quidem confirmationis gratia, sed  
quia preces ac gratiarum actiones, grata esse  
se Deo sacrificia cognoscimus, eaq; sola  
conficienda (vt ait Iustinus Martyr) in ari-  
di humidiq; nostri cibi commemoratione  
mandauit Deus Dei Filius, huic rei per le-  
gatum eius operam damus, Passionis quam  
pro nobis perpeffus est Dominus, memo-  
riam recolentem: & quoniam gratiarum  
actioni nullum finem statui debere cogita-  
tum sit, huius beneficij memoriam nos per-  
petuò tenere attestamus: vt Deum, omnis  
potentis & clementissimi honore afficia-  
mus, vt salutem illi nostram prorsus acce-  
ptam referamus, vt redemptoris nostri me-  
ritum continenti recordatione celebre-  
mus, vt vanitatem, ineptitudinē, perditio-  
nemq; nostram vltro illi confiteamur, no-  
stra omnia illi deuoneamus, demum de ob-  
latione sacrificij nostri salutaris (quo apud  
Patrem gratius esse nihil cognouimus) gra-  
tias agentes protestamur, omni adempta  
nostrā

*Aduersus  
Tripho.*

nostri fiducia, in redemptoris nostri (qui offertur) merito, spem omnem ac salutis nostræ certitudinē à nobis constitui. Præterea preces fundimus in eo viro, qui vt dona & sacrificia pro nobis offerat, vocatus est, ne repellat supplices Deus, ad diuinæ maiestatis suæ pedes prouolutos, sed vt nostrum sit oblationis meritū: Insuper quia nulla propter infirmitatem nostram, à nobis peccandi fiat intermissio, & per peccata ex diuini corporis compagine reuellimur, & amputamur, vt nec fructum ferre possimus, nec vitæ beneficio potiri, quum tacti pœnitundine, odioq; peccati perculsi, à peccato resipiscimus, ad diuinę carnis medicinam profugimus, vt illius manducatione caro nostra, naturæ vitæ restitatur, restituta confirmetur, atq; in Christi corpore coalescat.

Ad Hebr. 5.

## DOCTRINAM VIVIFICAN-

*tis spiritus, carni uiuificationis facultatem*

*non eripere. Cap. 48.*

**A** Deuertendam nostram de corporea communionem religionem, tui induxerunt aliquot Pauli sententias, à te præposterâ interpretatione contortas, quarum hæc est potissima: Spiritus qui suscitauit

Q 3

Iesum

- 22 Iesum à mortuis viuificabit mortalia ves-  
 23 tra corpora, propter Spiritum inhabitan-  
 tem in vobis.

Non dixit (inquiunt) propter carnem sed Spi-  
 ritum. Hoc illis fuit argumento, manduca-  
 tione carnis, ad vitam nihil profici: sed Spi-  
 ritu, quo Christum induti per Baptismum  
 renouamur. Quasi his verbis Apostolus  
 carnis ministerium abnegauerit: atq; affir-  
 matiuam propositionem, negationem necessa-  
 riam ingesserit, negaueritq; carnem Chri-  
 sti ad vitam valere. Miror vnde tanta vobis  
 cum carne Dei Christi inimicitia interces-  
 serit, vt illi tam contumaciter vitæ faculta-  
 tem eripiatis: Non inuitus sanè consentio,  
 carnem quæ Spiritu vitæ vacauerit, ad vitam  
 minimè prodesse, sed Spiritum esse qui vi-  
 uificet: Hunc autem esse intelligo, non per-  
 sonam solam quæ Baptismo in Christum  
 descenderit, vt non ante Baptismum ille es-  
 set vitæ facultate præditus: in ipso enim vi-  
 ta erat, etiam ante omnia tempora: sed affir-  
 mo eam diuinitatis plenitudinem, quæ in  
 Christo corporaliter inhabitat, verbum  
 quod caro factum est, Spiritum esse eum,  
 qui Iesum suscitauit à mortuis: qui mor-  
 tuum Christum nec in sepulchro quidem  
 deo

deseruit; qui indiuidua & incōprehensibi-  
 li vnitate carni vnitus est, ex quo simul &  
 carne, vitę in Christo cōsistit essentia. Hanc  
 autem viuam carnis essentiam, nec infusio-  
 ne, nec influxione suscipere possumus, vt  
 hæc in anima sola, per fidem inhabitans,  
 à morte corpus nostrum excitet. Nolo ta-  
 men putes me hæc dicentem, negare Spiri-  
 tum paraclētum esse viuificantem, atque  
 seorsum à carne ad resurrectionem infun-  
 di posse, scio enim cum verbo, hunc vnum  
 esse substantia, sed persona differre, alio-  
 qui Christus in Christum dum à Ioan-  
 ne lauatur defendisset. Quum ergo Pau-  
 lus docet nos à mortuis excitatum iri, pro-  
 pter Spiritum, qui Christum à mortuis  
 excitauit inhabitantem in nobis, in ani-  
 mum meum non induco, eū voluisse Chri-  
 stum soluere, vt docere voluerit, seorsum  
 à carne verbum Dei, in nobis ad viuifi-  
 cationis facultatem inhabitare, sed de to-  
 to Christo, quem Spiritum vocauerit, pro-  
 pter Spiritus participationem intellexisse:  
 Legimus enim in scripturis, Christum  
 non solum spiritualemente vocari, id est, car-  
 ne & Spiritu constantem, sed etiam Spiri-  
 tum. Cyrillus locum hunc Ioannis expla-



Cyrillus.

nans, verba quæ locutus sum Spiritus & vi-  
 ta sunt, hoc apertè nos docet: Hæc Cyrilli  
 sunt verba. Totum corpus suum, viuifica-  
 Spiritus virtute plenum esse ostendit: Spi-  
 ritum enim hîc ipsam carnem nuncupauit:  
 non quia naturam carnis amiserit, & in Spi-  
 ritum mutata sit, sed quia cum summè eo  
 coniuncta, totam viuificandi vim hausit,  
 nec turbari propter hoc decet: nam qui  
 Domino conglutinatur, vnus cum eo Spi-  
 ritus est: quomodo caro sua vna cum eo  
 appellabitur. Huiusmodi ergo est quod di-  
 citur, putatis (inquit) me dixisse viuificum  
 natura sui terrestre hoc corpus esse, Ego  
 verò de Spiritu & de vita æterna locutus  
 sum: non enim natura carnis viuificum red-  
 dit Spiritum, sed Spiritus virtus, viuificam  
 carnem efficit: verba ergo quæ locutus sum,  
 Spiritus, id est, spiritualia sunt, & de Spi-  
 ritu & vita, id est de viuifica & naturali vita  
 sunt. Sed quod modò diximus, id iterum  
 repetere non erit inutile, Natura carnis ip-  
 sa per se viuificare non potest, nec sola in  
 Christo esse intelligitur, sed habet Filium  
 Dei in se iunctum, qui consubstantialiter  
 vita est. Quando ergo Christus carnem vi-  
 uificam ipsam appellat, non ita illi, vt sibi,  
 siue

siue proprio Spiritui vim viuificandi attri-  
 buit: Nam propter se ipsum Spiritus viuifi-  
 ficat, ad cuius virtutem, per coniunctionē  
 caro conscendit. Quomodo autem id fiat,  
 nec mente intelligere, nec lingua dicere  
 possumus, sed silentio atq; firma fide susce-  
 pimus: Spiritum autem Filium quoque à  
 scripturis nominari manifestum est, scri-  
 bit enim Ioannes de Christo: Hic est qui  
 venit per aquam & Spiritum Iesus Chri-  
 stus, non in aqua solū, sed in aqua & Spi-  
 ritu: Spiritus enim est, qui testimoniū per-  
 hibet, quia Spiritus est veritas. Ecce Spi-  
 ritus veritas nuncupatur, quū Christus aper-  
 tē dicat, ego sum veritas. Paulus, quoque in-  
 quir, vos non estis in carne, sed in Spiritu  
 Dei, siquidem Spiritus Dei habitat in vo-  
 bis: si quis autem Spiritum Dei nō habet,  
 hic non est eius: si verò Christus in vobis,  
 corpus quidem mortuum est propter pec-  
 catum, Spiritus autem vita propter iusti-  
 tiam: Ecce rursus cū Spiritum Dei habi-  
 tare in nobis dixerit, ipsum Christum in  
 nobis esse affirmavit: non enim separatur  
 à Filio Dei, Spiritus eius, cuius substantia-  
 lis est: quamuis propria hypostasi subsiste-  
 re credatur: idcirco indifferenter modò se

ipsum corpus, modò Spiritum nominat:  
hactenus Cyrillus.

NOS ESSE COMPLANTATOS  
*similitudini mortis Domini, non insitos in mor-  
tis similitudinem. Cap. 49.*

**V**T Cyrilli nostramq; religionem tui-  
cientes refellerent, me ad Pauli do-  
ctrinam de nostra in Christo insitione, per  
Baptismum in mortem reduxerunt: & vul-  
garem versionem improbant, de tua con-  
fligebant: *Insiti (inquis) sumus in Christo in si-  
militudinem mortis, consepulti & cum ipso in simi-  
litudinem resurgimus, ut vitæ succum ab eo traha-  
mus, & ex nostra natura in eius naturam emigre-  
mus* Hac re, nihil nobis potius à Cœna præ-  
stari posse cõtendebant: Sed ex tua in mor-  
tis similitudinem insitione, ostendi falsum  
esse, vos è vestra natura in Christi naturam  
emigrare, nisi alia tibi sit opinio, ac ex ver-  
bis tuis colligi liceat: Et docui te, verba  
Apostoli corrupisse, eumq; insitionis in si-  
militudinem, nullam mentionem fecisse,  
sed pro eo, ac dicere voluerit, nos complan-  
tatos similitudini mortis factos esse: ausus  
es dicere insitos corpori, in mortis simili-  
tudinem, contra Pauli sententiã, contraq;  
tuam emigrationem. Nam si insiti sumus  
Christo

Commen-  
tario in  
Paul. ad  
Ro.

Christo in mortis similitudinem, videris tradere, sic te corpori diuino insitum esse, vti mors illi fuerat insita, ex ea autem similitudine, omnem mihi confictæ emigrationis tuæ opinionem eriperes: vitam enim insitam carni eius docet scriptura, nō mortem, vti loco suo ostendemus: Adiungis explanationis gratia, *Insitionem non tantum designare conformitatem, sed arcanam connexionem, ut Christus Spiritu suo carnem tuam uegetet: suamque uirtutem in te transfundat.* Vide quī fieri id possit. Si illi insitus esses in mortis similitudinem, vel vt nonnullis placuit, per similitudinem, hoc tanē similitudinis rationem excederet. Chrysostrōmus cui non inuitus in propria lingua concedere debeas, hanc dictionem *σὺμφυτοί*, qua utitur Apostolus, nō enuntiauit, aut interpretatus est ab insitionis significatione, sed complantatos esse nos similitudini ostendit, datiuumque casum intelligit: quasi Apostolus dixerit, similitudinem mortis Christi, subiectum esse, cui sumus cōplantati, vt fructū feramus. Hęc sunt verba Chrysostrōmi: *Plantæ nomine, & fructum ex ea nascentē clam nobis indicat Apostolus. Nam quemadmodū Domini corpus sepultum in terra,*  
fructum,

Chryso. ad

Ro. ca. 6.

cc

cc

fructum salutem vniuersi orbis tulit, ita & corpus nostrum in Baptismo sepultum, iustitiam profert, & bona infinita. Non est ergo quòd te vexes tam diligenti naturæ insitionis examine, quo te fatigasti docendo.

Hanc insitionis uocem esse testimonio, à uobis nihil requiri, quod studio uestraq; industria præstandum sit: sed insitionem manu Dei factam prædicari, neque ab hac consideratione, fideq; uos arceri, quòd inter arborum, uestramq; insitionem hæc occurrat diuersitas, quòd surculus alimentum ducat à radice, fructus autem surculi propriam naturam retineat. In hac autem, non solùm uigorem, & succum uitæ à Christo trahimus, sed in eius naturam è nostra emigramus.

NON VERVM ESSE, NIHIL

à nobis requiri ut Christo inseramur.

Cap. 50.

**H**Uc concurrunt multa, quæ me ab hac tua cõtèmpatione summoueant, sed quia insitionem quæ non sit, supposueris, de ea confutanda non magnoperè laborandum esse mihi duxi. Dicam solùm mihi mirum videri, quod doceas. Te inseri in corpus Domini, sed à te requiri nihil, quod studio aut industria tua præstari debeat. Paulus iubet vt se fidelis

delis quisq; probet, antequã Domini men-  
 sam adeat: studium ergo adhibendum esse  
 præcipit. Si putas te per Sacramentũ Chri-  
 sti corporis inferi, perinde ac Baptismi Sa-  
 cramento infereris, fides exigitur, fidem  
 enim à te exigit Baptismus, quæ fides, tuũ  
 studium postulat. Cæterũ non intelligo  
 quom prædicas infitionem fieri manu Do-  
 mini, sine tuo studio: quomodo manũ eius  
 admoueri tibi suspiceris: sic vt à te nihil  
 præstetur, idq; contra infitionis naturam  
 sine motu contingat, ex eo tamen succum  
 trahas, ceu furculus è stipite, in quo sit infi-  
 tus. Hæc doctrina me diuersum trahit, nec  
 me finit explicare: A furculi (qui corpore  
 consistit) comparatione, suspicor te doce-  
 re corporis tui infitionem fieri, non ani-  
 mæ: corpusq; tuum, succum è Christi cor-  
 pore trahere in Baptismo: nam furculi cor-  
 porei, ad animam inepta esset ratio: attamẽ  
 vbi fit à te manducationis mentio, doces.  
*Animam tuam solam manducare spiritualiter, ac  
 nutrir in spem uitæ æternæ: Nescio quæ huius  
 possit esse tibi discriminis ratio, vt anima  
 fide tantũ manducando & spiritualiter  
 in Cœna nutriatur, in Baptismo autẽ cor-  
 pus nulla fide, nulloq; adhibito studio infi-*  
 tum

tum non manducando succum trahat è dño  
uino corpore, ceu furculus è stipite? an id  
eò fit, quòd insitio manu Domini perficia-  
tur, manducatio autem fide accidat, absq;  
manus admotione?

## AN FIDES EFFICIAT VT

*Christi caro sit uiuifica. Cap. 51.*

**H**Oc etiam à tua sententia me remora-  
tur ac hæsitare facit: quod adiungis.  
*Carnem Domini ita demum esse uiuificam, si in ea  
fides tua recubuerit.* Hac in re ostendere mihi  
uisus es, ad nutriendum, carni Domini fi-  
de vim præberi. Nam nisi eius carni, tua fi-  
des adfuerit, tuo iudicio non erit uiuifica:  
*Rursus quum dicis, Post insitionem non solum  
te succum ab oliua trahere, sed ex tua natura in  
eius naturam demigrare:* Si nulla tibi inter  
hanc insitionem & Cœnæ manducationem  
intercesserit differentia, anima que tua so-  
la, in Cœna nutriatur, hanc in Christi car-  
nis naturam, solam demigrare docebimur,  
atq; corpus nostrum à vite reuulsum, ali-  
mentoq; destitutum, arefcere necessario:  
vt in ignem, secundum verbum Domini  
mittatur: Ex his rebus coniecturam cœpi,  
re non ex animo hanc insitionis prædicatio-  
nem fecisse, quanuis tanta elegantium ver-  
borum

borum congerie, hanc adornaueris. Quod si dixeris inter eam quæ in Cœna, & Baptismo fit cõmunionem, hoc interesse, quòd in Cœna animæ pascantur, in Baptismo corpora inferantur, derogas catechismi tui doctrinæ, vbi doces.

*Eam esse in Baptismo corporis Christi communionem, quæ in Cœna fit: hoc excepto quòd in Baptismo in parte fiat, in Cœna, plenissimè.*

Sed dicendum eslet potius, in Cœna in parte eam fieri: in Baptismo plenissimè.

### SI NATURAE CARNIS NO-

*stræ in Christi naturam transitione, nequitia extinguatur, fieri non posse, quin libertatis deprauatio extincta sit.*

Cap. 52.

**I**N tua Doctrina offendi hoc quoque nomen, quòd intellexerim opinionem esse tibi, vbi noua creatura efficeris, uitium naturæ carnis tuæ, & nequitiam extingui ac melioris uitæ nouitatem tibi suscitari: Ad hanc sententiam adhæsi, velut insperato ac improviso oppressus casu. Qui ex Ecclesiæ scriptoribus naturam nostram in Christo renouari ac reformari enuntiauerunt, hac ex re, in spem emolumenti noui, nos quoque erexerunt:



Dionysius  
de Eccle-  
siast. Hic  
rarch. de  
Eucha.

N. VILLAGAGN. ADVERS.  
runt; fidem fecerunt, voluntatis libertati  
nos restitui, cuius libertatis in Adami pec-  
cato iacturam fecimus: Tu verò sempiter-  
nas ac implacabiles inimicitias eis indixisti  
gerisq; , qui in eam sententiã descenderint.  
Legi quibus verborum contumelijs Pig-  
gium exceperis, eumq; qui prædestinatio-  
nis tuæ necessitate expulsus à te est: Eo in  
opere patefacis, quàm felici, locupleti, ac  
artificioso te ad conuicia ac maledicta in-  
genio natura effinxerit: te tamen vrgere  
non desinã, causamq; exquirere, si in Chri-  
sto, naturæ tuæ nequitia ac prauitas extin-  
cta & profligata sit, cur non desinis tam ini-  
quus esse ac prauus, vt seditionibus ac fa-  
ctionibus rempublicam agitare non etiam  
desinas: an te dicemus natum ad summam  
extremamq; generis humani perniciem, vt  
propter prædestinationis necessitatem, ad  
sanitatẽ redire nequeas, sed tibi bene agen-  
di libertatem à naturæ tuæ prauitate ac ne-  
quitia ereptam esse? Mirum est, si in Chri-  
sto demutatus sis, si eius naturam iudueris,  
ex eo viuas ac subsistas, quonam malo non  
sis tuæ libertati restitutus, vt possis respi-  
scere, ac bene agere: mirum est quomodo  
carnis tuæ naturæq; vitium ac libertatis de-  
prauatio;

prauatio, cùm naturæ tuæ nequitia protri-  
ta ac pessundata non fuerit. Altè sanè effo-  
dit animum meum hæc cogitatio, sed inge-  
nij acie eò penetrare non potui, vt com-  
prehenderem cur libertatis seruitutē, pec-  
candiq; necessitatem, à naturæ tuæ nequi-  
tia discludas, vt in naturæ nequitia profligata, hæc libertatis deprauatio non conti-  
neatur.

CARNEM CHRISTI NATURA

*ac decreti necessitate mortalem non fuisse, quæ  
peccato contaminata non fuerit.*

Cap. 53.

Q Vum affirmarem, à carne Domini se-  
cundum Irenæi sententiã, nobis cau-  
sam, semenq; æternæ gloriæ promitti, non  
solum quòd in Christum incarnatum crea-  
deremus, sed quòd eius carne nutriti fuen-  
mus corporaliter, visus sum blasphemias lo-  
cutus esse. Quo modo (inquiunt) te in hoc blasphē-  
miæ uoluntas cæno, ut terrestri elemento, ac mate-  
riæ creatæ, uim uitæ attribuas? non (inquiunt) car-  
nis substantiæ, sed ei cuius caro templum est, uitam  
ac gloriam acceptam referamus. Produxerunt  
tuos in Ioannem commentarios: ubi au-  
ctor es, Hoc minimè in Christi carnem compe-  
tere ut uiuificet, quæ per se non est immortalis.

R. Non

N. VILLAGAGN. ADVER.

Non obſtare tamen quamuis hæc uirtus aliunde  
 proueniat, quin aptè competat in eam hic titulus,  
 quòd caro eius ueluti canalis uitam, quæ in Deo Pa-  
 tre refidet: ad nos diffundat: atq; hoc ſenſu dica-  
 tur uiuifica, quòd uitam, quam aliunde mutuatur,  
 nobis communicet: Communicare uerò intelligis,  
 non motu aut corporea manducatione, aut ſubſtan-  
 tiarum mixtura, ſed quòd fide carnem morti datã  
 amplexeris, ac in ea fides ueſtra recumbat, hancq;  
 eſſe manducationem ueſtram, cuius os ac uentricu-  
 lum fidem eſſe doceas: His dictis fidem meam  
 de tua impietate exauges, ac efficis, vt crea-  
 dam, non alia tibi diuinitate Chriſti carnẽ  
 eſſe præditam, quàm qua tuam Euchariſ-  
 tiam metiris, vt uſu ac diſtinctione, non  
 diuinitatis infuſione diuina ſit: eaq; ratio-  
 ne uiuificationis titulum ei competere,  
 quaſi titulo tenus Chriſti caro ſit uiuifica.  
 Vt ſingula quæq; membra tuæ doctrinæ  
 excuteremus: primũ conſiderauimus an di-  
 uina Chriſti caro fuerit mortalis. Ego ad-  
 ductus Euãgelij auctoritate profeſſus ſum  
 Chriſtũ Dei Filium immortalem fuiſſe, in  
 huius religionis probationẽ, tuis hoc obie-  
 ci teſtimonium: Sicut per vnum hominem  
 peccatũ, & per peccatũ mors in hunc mun-  
 dũ intrauit &c. Hinc pronuntiaui, carnẽ hu-  
 manam

1. Cor. 5.

manā morti non antè obnoxia fuisse, quàm  
 admissum fuerit peccatū, sed gratia immor-  
 talē extitisse: Quū ergo homo, suo peccato  
 immortalitatis gratia exciderit, Christus  
 qui peccatū non fecit, nec est inuentus do-  
 lus in ore eius, qui de Spiritu Sancto con-  
 ceptus est, ex virgine peccati cōtagione nō  
 polluta, quam natura vitā habuit, hanc dici  
 non debet esse aliunde mutuatus. Hoc pro-  
 bat Ioannes, si hunc de hoc docentē audia-  
 mus: In verbo, inquit, vita erat, & verbum  
 caro factū est, id miraculi, cū virgo con-  
 cepit, certū est euenisse. Verbum enim suc-  
 cessit loco seminis viri, vt virginis coagulū  
 in Christū formaretur: ita tamen, vt vtraq;  
 substantia integra remanserit, vt quod ex  
 Spiritu est, sit Spiritus, quod ex carne, caro.  
 Quū ita habeat, necesse est & carne immor-  
 talem fuisse, alioqui vnde putas mortis ne-  
 cessitatem in verbū incarnatum, à peccato  
 integrum irrepisse, vt aliunde vitam mu-  
 tuari debuerit? si dixisses Christum homi-  
 nem immortalem quidem genere fuisse,  
 quia peccatū non fecit, verbumq; caro fa-  
 ctum est, sed carnem eius viuificationis vir-  
 tute præditam non fuisse, nisi verbum caro  
 fieret, ferri potuisses: scio enim carnem à se

non viuificare, sed propter viuificantem Spiritum id posse, quamuis substantia ac genere immortalis fuerit, propter verbi vnionem, & ob peccati ( vt ita loquar ) carentiam: sed vtrumque negas, & immortalem genere ac à se fuisse viuificationis facultate præditam. Tui hoc me telo pupugerunt: *Si caro est viuifica, mori non potuit: At Christus sub Pontio mortuus est, ergo mortalis.*

Scio mortuum fuisse, sed nego necessitate naturæ id accidisse: non mori enim poterat si voluisset, quemadmodum & Adamus non mori poterat, si voluisset non abuti libertatis arbitrio: sic quamuis Christus mortalis non erat vi decreti, ac mortis sententiæ in Adamum latæ, potuit tamen vt homo mori assumptis sibi nostris infirmitatibus, ac peccatis, vt quod sibi mortis malum peccato plasma pepererat, propriæ vitæ damno, plasmatis opifex detergeret, ac præstaret: sed vt Deus non solum mortem non gustauit, sed à se corpus Sanctum ac diuinitate plenum viuificauit,

### AB ADAMI CREATIONIS

*exemplo Christi natiuitatem à mortis  
necessitate immunem fuisse.*

**V**T carnis Christi immortalitatem clariùs ostenderemus, quum Paulus dicat Adamum exemplar Iesu Christi fuisse, ab Adami generatione, casuq; hanc approbavi: Adamus absque viri femine, manu Domini formatus est, ex terra virgine, integra & incorrupta, nondum enim pluerat Gene. 2. Dominus super terram, nec eam erat operatus homo. Nullã ergo vitij necessitatem contraxit à Parentibus, vnde in mortis malum incideret: sed nec adhuc mors erat, quum insufflauit in Adami faciem spiraculum vitæ, & factus est in animam viuentem: vitalis ergo effectus est gratia, ac homo quia gratia viuebat antequã vlla mors esset, vitam à Deo habens, poterat non mori ad imaginem Dei creatus, præditusq; voluntatis arbitrio, ne qui ad Imperium factus erat, seruili necessitate contra voluntatem obstringeretur. Ne tamen naturæ suæ elatus præstantia, exemplo diaboli, in Dei contemptum illaberetur, sed vt haberet in quo virium suarum faceret periculum, arborem illi Deus ostendit, à qua abstinendum esset, mortis in eum lata sententia, si dicto audiens non fuisset. Si ergo in eo, quod sibi à Domino præscriptum fue-

N. VILLAGAGN. ADVER.  
 rat, mansisset, nec à Domini mandato decli-  
 nasset, liber à mortis periculo, vitã in æter-  
 num producere poterat; sed neglecto Do-  
 mini mandato, in mortis necessitatem in-  
 currit, quæ posteritati, mortis natura effe-  
 cta est, vt quod patri propria voluntate ac-  
 ciderat, filijs fieret naturale ac necessariũ.  
 Habemus imaginis creationem, superest  
 vt expressam imagine veritatem, cum ea  
 cõferamus. Christus Dominus noster, ver-  
 bum Dei absq; virili semine ex Maria, id  
 est, terra virgine non solùm verbo, sed ver-  
 bum caro factum est: vt nullum à parenti-  
 bus peccatum attraxerit, vnde in necessa-  
 rium mortis iniret interitum: Quum igitur  
 exemplar Iesu Christi, immortalitatis  
 beneficio fuisse præditum docuerimus, vt  
 si non peccasset, in suam posteritatem eam  
 trajcere potuisset, æquum est, vt quæ ima-  
 go futurum enuntiauerat, vitalem quoq;  
 eum fuisse asseramus, vt si non abusus sit li-  
 bertate, non mori potuerit.

CHRISTVM NON MORTVVM

*fuisse, quòd naturæ necessitate mortalis fuerit,  
 sed quòd mori uoluerit. Cap. 55.*

Quidam tuorum in auctōritate tua ni-  
 xus obiecit. Me grauit̄ peccare in castra  
 milium.

militudine, quæ est ad Mariam Virginem, cum terra, è qua sumptus est Adamus, quòd Maria ex uoluntate uir; q; concubitu concepta, ab originis peccato non fuerit integra, terra uero ex origine non corrupta extiterit: Adiecit sibi uideri opus omnino fuisse ut ita euenerit, si sordes nostras, ac peccati naturam à Christo elutam esse statuamus: non enim potuisse sordes nostras, in sua substantia detergere, si ab eis ac à natura nostra, peccati liber, ac immunis fuisset: Quamobrem sententiam nostram, nulla ratione subsistere, quum profiteamur Christum, substantiam nostram apprehendisse, quod dici nostra non debeat si nostra non sit, id est, à peccati natura immunis: hanc ergo quum à peccati natura uindicamus, ostendimus nostram non fuisse. Addebat se tamen fateri, quamuis natura peccati affectus fuisset Christus: nullum unquam in se peccatū admisisse, sed diuinitatis uiribus adiutum, naturam superasse, neque suam sententiam huc spectare, ut Christum peccati reum faciat, sed carnis solius naturam accusare, quam moriens integritati primitiue restituit, ut in eum credentes, puritatis à se parte, faciat participes: Hanc religionem non esse nouam, fuisse aliquando in Sorboniana schola disputatam passimq; per Italiam à fratribus Dominicanis defendi. Hac specie nonnullos in tuam sententiã conuertit, ut



putauerint carnem Christi, immortalem non fuisse, aut esse viuificam; Ego porrò ad huius dicti confutationem, ea ipsa quã obiecerat, vsus sum sententia. Si (inquam) mortalis à natura fuerit Christus, & mortis necessitate decubuit, is non à se ipso animã suam posuit: nõ pro nobis, sed pro se mortuus est: non potuit enim vna morte, suæ naturæ eluendæ, ac nostris sordibus satisfacere: Ioannes Baptista id etiam præstare potuisset. At (inquit) *dici non debet carnem nostram induisse, si peccati natura immunẽ induerit*: Hæc obiectio ex malè perspecta ratione, profecta esse mihi visa est: potuit. n. & nostram induisse, & non peccatricem tamen: nostra enim esse potuit substantia, nõ culpa, aut peccati natura; nam nostrã induens suam illam fecit, suamq; faciens non peccatricem. Is enim (vt inquit Apostolus) eua-

Rom. 8.

cuauit peccatum in carne, & alibi & similitudine peccati eum fuisse prædicat, confirmans eam fuisse in Christo naturam sine peccato, cuius natura est in homine peccatrix & mortalis: Quantum ad Mariæ integritatem attinet, error ille Hueticus, iam tam multos annos ab Ecclesia damnatus est, vt mihi mirum sit, vos audere nunc, ob-

ductam

ductam tanto tempore cicatricem refricare, nisi sit vobis animus, omnes quæ post Christum fuerint hæreses, in vnum manipulum colligendi, vt huius auctores effecti, nomen præ cæteris omnibus insigne vobis faciatis. Nō magni miraculi fuit res, Virginem à Filio Dei in matrem electam, à communi conceptionum lege exemisse, eamq; in vtero præseruasse, vt ipsa dignum Deo fieret habitaculum: Nulla fanè dicendi copia mihi persuadebitur, vt credam terram, è qua plasmatus est Adamus, quæ matris Adami iusti figura fuit, ei fuisse puritate dissimilem, quam figuraret.

CHRISTVM PECCATA NO-  
stra ad crucem tulisse, non quòd is natura esset pol-  
lutus, sed eo modo quo Hircus Pontificis im-  
precatione pollutus, peccata populi  
deferret in solitudinem,

Cap. 56.

HÆc dicens à nonnullis alijs exceptus sum, qui iisdem de rebus, diuersis tamen armis instructi, in contentionem me reuocarunt: Quum (inquiunt) arbitraris, peccatum (dum carnem induit Christus) euacuatum fuisse, qui fieri potest ut peccatum euacuatum cruci

R 5 suffixerit?

*suffix: rit? quod non est tolli non potest.*

*Leuit. 16.*

Hoc telum scuto hostiæ pro peccato declinaui, docui hostiam in sacrificium offerri non debuisse, quæ non fuisset diligentissima Pontificis inspectione immaculata, integraq; cognita, ac probata: quare legitime confecta, atque deinde oblata sine maculis hostia, lege præscribi, vt Pontificis imprecatione, ipsa peccatis populi inquinairetur, ac in peccatorum expiationem mactaretur: demum extra castra igni consumenda exportaretur: Ea figura Christum pro peccatis nostris sacrificandum propositum fuisse: Proinde vt hæc impleretur figura, necessariò, absque vlla qualicumque peccati macula, Deo Patri se Dominum pro nobis obtulisse: alioqui non legitimum sacrificium futurum. Quum ergo scriptura hunc peccatis nostris obnoxium fuisse prædicat, vt Psalmo 29. Circundederunt me manus quorum non est numerus, comprehenderunt me iniquitates meæ, alijsq; pluribus locis, planum fieri, non à carnis substantia ac natura, sed eo modo ab iniquitatibus nostris fuisse comprehensum, quo Hostia immaculata, peccatis alienis, post

ob

oblationem, Pontificis imprecatione ac  
 execratione obstricta erat. Hoc & manife-  
 stius in Hirco emissario perspicitur: non enim  
 fuisse inane spectaculum, distinendi aut  
 decipiendi populi causa, celebratum. Post-  
 quam (inquit scriptura) Pontifex emun-  
 dauerit sanctuarium, & tabernaculum, *Leui. 16.*  
 tunc offerat Hircum viuentem, & posita  
 utraque manu super caput eius, confitea-  
 tur omnes iniquitates Filiorum Israel, &  
 vniuersa delicta ac peccata eorum, quæ im-  
 precans capiti eius, emittet illum per homi-  
 nem paratum in desertum, quumque por-  
 tauerit Hircus omnes iniquitates &c. Pla-  
 num est, Hircum affectum execratione, à  
 populo conuulsum, ac in perditionem *Tertul. ada*  
 emissum, significasse Iesum Dominum, fla-  
 gris, colaphis, omniq; ignominia genere *uersus Iu-*  
 affectum, Sacerdotum ac magistratus sen-  
 tentia damnatum, populi ferentem ini-  
 quitates, extra castra, id est, extra por-  
 tam ac Ecclesiam immitti oportuisse: Igi-  
 tur quum ad emissionem ac ignominiam  
 similitudo conueniat, necesse est eam quo-  
 que in oblationis, execrationis, ac pecca-  
 ti ratione conuenire, ut antè emissus extra  
 portam non fuerit Christus, quàm sese  
 im-

N. VILLAGAGN. ADVER.

immaculatum post tabernaculi sanctifica-  
tionem obtulerit: peccataq; nostra ac po-  
puli, sua ipsius imprecatione suscepit.  
Hoc enim Hircus non immundus ( vngulā  
enim findit ac ruminat ) significabat: Et  
quum Pontifex precibus suis populum san-  
ctificaturus, in Hirci viuentis caput, popu-  
li deuoluebat iniquitates, indicabat, quod  
se fecisse Dominus ostendit, dicens. Et pro  
eis sanctifico me ipsum: non enim suo no-  
mine egebat sanctificatione, sed eorū quo-  
rum laturus erat iniquitates: Præterea Hir-  
cus coccino circumdatus, extra castra vi-  
emissus, ostendebat Christum indutum  
purpura, extra castra ad supplicium raptū  
iri: Illis in rebus, quum tanta conformatio  
intercedat, vt ea sollemnitas, compositio pas-  
sionis, non eius figura videatur, errare do-  
cui qui credant, Christum naturam carnis  
peccatricis, carni suæ inhaerentē cruci suf-  
fixisse, sed sibi assumptam eo modo, quo  
Hircus emissarius à Pontifice peccatis affe-  
ctus erat, in id oblati: Qua in re probari  
etiam Christum, se pro nobis obtulisse, an-  
tequam fieret holocaustum, aut à nostris  
iniquitatibus comprehensus esset, ne tum  
se obtulisse videatur, quum peccatis ac for-  
dibus

dibus esset inquinatus: Hæc videbantur  
 sufficere ad evertendam tuam de Christi  
 mortalitate opinionem, atq; eorum furo-  
 rem compescendum, qui putent Christum  
 non potuisse peccata nostra expiare, si caro  
 eius peccato fuisset immunis: sed tanto no-  
 stræ religionis odio tenebantur, vt ne ob-  
 lationem sui corporis in Cœna Dominum  
 fecisse confiterentur (quum tamen inficia-  
 ri vererentur eum in crucem peccata no-  
 stra tulisse) naturam carnis eius accusare  
 potiùs quàm nobis assentiri voluerunt.

CARNEM CHRISTI ESSE

*uitæ facultate præditam & uiuificam.*

Cap. 57.

**H**is rebus expeditis superfuere, qui Ioan. 5.  
 hoc Ioannis loco, Sicut Pater habet vi-  
 tam in semetipso, sic & dedit Filio habere  
 vitam in semetipso, defenderent: *Filium  
 uitam non à se, sed dono, eam habere: quoniam do-  
 no habeat, dici oportere, eam essentiam quæ corpo-  
 ri uitam dederit, esse uiuificam, non eam materiam,  
 quæ uiuificata sit:* Hanc obiectionem hac  
 consideratione explicandam esse duxi, pri-  
 mùm vt quærerem, quæ sit differentia in-  
 ter corpus Christi, & Filium Dei: vt intelli-  
 gamus, an in corpore Filius Dei contineatur?

N. VILLAGAGN. ADVERS.

tur: an verò Filium Dei esse solùm Verbum simplex considerarent, antequam incarnatum fuerit: vt seorsum à carne verbū sit viuificum, atque vitam habeat in semet ipso sicut Pater: an verò compositum carnis & Spiritus, Filium Dei Christū Iesum esse patiantur, vitamq; habere, sicut habet Pater: Si hoc faterentur, negari non posse, carnem ea polere viuificationis virtute, qua polleat ac prædita sit diuinitas, quauis in se & non à semetipsa carne polleat, sed in carnem transfusa sit vita, quum verbum caro factum est. Qui hoc inficiantur, Christum soluere. Hoc cognito, considerandum esse, quid docuerit Ioannes pronuntians, Patrem dedisse Filio habere vitam in semetipso, sicut habet Pater: an ante incarnationem, an in ipsa incarnatione id euenit, vt tunc quum incarnatus est, cœperit habere vitam in semetipso, an antè habuerit? Si antea habuerit, an intelligerent, ei vitam obuuisse per accidens, vt humano more genitus fuisset, antequam dono vitam haberet: an dedisse vitam & ab æterno genitum fuisse, vnam eandemq; rem esse, vt natura non dono vitam habuerit? Si naturā vitam habeat Filius sicut Pater: aut ipse

ipse Pater non habet à se vitam, aut Filius hanc à se etiam sicut Pater habere dicens est. Quòd si à se vitam habeat, & Filij appellatione caro contineatur, errare qui à Spiritu carnem distinguant, vt seorsum à carne, filium Dei viuificationis honore afficiant, quòd à se caro vitam non habeat: non enim interesse quomodo caro sit viuifica, modò esse viuificam fateamur ac credamus: cùm solui nõ possit Christus. Hanc autem esse viuificam planum fecit Christus dicens. Qui manducat meam carnem, habet vitam: hanc verò non haberet, si extra carnem esset vita.

VITAE ESSENTIAM NOSTRAE

*carni uerè & re ipsa seorsum à carne Christi dari nobis non posse quin soluatur Christus. Cap. 58.*

**H**Anc sententiam interpretatione tua adumbrarunt, quum auctores, *Carni Christi viuificationis titulũ aptè competere (quam In Ioan. c. 6. uis per se non sit immortalis) quòd sit uelut carnalis, per quẽ uita quæ in Deo Patre residet, in uos diffundatur. Tu multus es in canalib⁹, sed male tibi coheres, in tua Institutione, Spiritus* **De Cœna**  
*47, 20.*  
**Sanctus**



N. VILLAGAGN. ADVERS.

Sanctus canalis tibi est, quo Christi carnis  
 Co. in Ioan. communio in te deriuatur: nunc tradis mu-  
 tata sententia, *Carnem Christi esse tibi canalem,*  
*per quem uita quæ in Deo Patre residet, in te dif-*  
*fundatur.* Valentinus ille priuilegio hære-  
 ticus, virginem Mariam canalé fuisse som-  
 nauerat, quo cœlestis caro Christi ad nos  
 descendit: Quoniam præter hunc, neminẽ  
 legerim extitisse, quem hic canalismus de-  
 lectarit, ab eius schola te putauì canales  
 tuos deprompsisse, sed videamus quàm in-  
 feliciter. Iesus Christus se resurrectionem  
 ac vitã esse pronuntiauit: Hunc ita loquen-  
 tem non dubium est affirmasse, vitæ essen-  
 tia, corpus suum esse præditum, nam ipse  
 constabat terra, anima, spiritu, & filio Dei  
 verbo æterno, quibus verus Christus per-  
 ficitur: hocq; compositum, propter ineffa-  
 bilem diuinitatis coniunctionem, esse vitã  
 & resurrectionem, nõ autem verbum seorsum  
 à carne, vt re ipsa eam vim habeat ad  
 nostram carnem, quam habet compositũ.  
 Si autem diuersum censeas, ac iudices di-  
 centem, Ego sum vitã, loquutum esse de  
 verbo seorsum à corpore, vt interiorem &  
 Paulus hominem diffinit, quum tu huic  
 opiã

opinionem scripturæ testimonio confirmaveris, fieri potest ut fidem facias: Quod si te ab hac insaniam declinaveris, atq; Christum unum esse, duplici natura fatearis, obistere nihil video, quod minus Christi carnem, vitam, non huius canalem esse certò constituamus. Miror si alia res à vitâ, caro Christi est, cur Iudæis exprobrauerit Moses, eos die ac nocte vitâ suam pendentem vidisse, sed non agnouisse, secundum te canalem solùm vitæ viderant pendentem. Paulus insuper non debuit dicere, Filium esse exinaniuisse, formam serui accipientem, esse Dominum gloriæ crucifixum fuisse, passum in sepulchro positum, canalis enim gloriæ tibi in sepulchro iacuit. Petrus ite post Esaiam lapsus est dicens, vitam è terra oblatam; canalis enim solus oblatus fuisset. Tu igitur malè subducta ratione, videris vitæ facultatem à carnis substantia eripuisse, quod sit ceu canalis vitæ; eiq; ideo titulus vitæ inscriptus sit, quod in eam credentes vitæ sint participes.

In Ioan.

CHRISTVM IN CARNE ADORANDUM esse. Cap. 59.

Nescis quas nobis discordias tuæ hæc traditio concitauerit, contra me tuis

S obstiæ

obstinatè contendentibus, Carnem Christi nulla esse diuinitate præditam, sed templum esse diuinitatis, ceu canalem: quamobrem omni diligentia cauendum esse, ne creatura, creatoris loco, templumq; pro diuinitate in ipso inhabitante adoretur: Adeoq; res redijt vt Richerus scripto tradere non dubitauerit, Non solum nobis à corporis adoratione supersedendum, sed eos hæresis crimè minimè uitaturos, qui sibi necessariò Christum adorandum proponant: ueruntamen non peccare, qui Filium in Patre adoret, aut per Filium Patrem precibus adeat.

## PANIS SIMILITVDINE PRO-

bari, seorsum à corpore Christi carnem considerari non posse. Cap. 60.

**A**D hos refellendos tuam ipsius doctrinam usurpauit, tu doces: Vi panis materialis augeri ac nutriri corpora, eoq; modo animas ali corpore domini in spem æternæ uitæ: Secundum eam fidem, ex eis quæsiui, qua ratione vim panis, ab huius substantia reuellerét, vt seorsum à substantia, vi & vigore panis illi uescerentur. Prætereà si intellectu, vim alimenti à materia subtraxerint, an materia uirtute sua spoliata, panis nomen seruatura sit? an verò à nutrièdi facultate, panis nuncupationem obtinuerit, vt ea euacuata ac

exhausta, panis appellationem amittat? Sic  
 quo modo fieri intelligerent, si à carne se-  
 pararetur vita quam statuis, vt ipsa caro nu-  
 da, corpus Christi dici possit? nam vt ex  
 tua similitudine diximus, seorsum à panis  
 materia, vis panis nec nutrit, nec panis ipse  
 hoc nomen habet. Quemadmodum ergo  
 seorsum à pane, vim nutriendi, corpus tuū  
 non percipit, sic nisi fallit tua similitudo,  
 necesse est, vt in sacramento, anima tua vim  
 vitæ corporis, ex ipso quocunq; modo per-  
 cepto, suscipiat, non seorsum ab eo; quasi  
 infusam aliunde: certū est enim non mino-  
 rem partem in corpore Domini, vitam oc-  
 cupare, quā vis alimenti in pane possideat:  
 atq; vti, citra vim altricem, ac virtutem, pa-  
 nis integer considerari non potest, sic citra  
 Dei Christi diuinam vitam, nec dignosci  
 corpus posse, nec subsistere. Hinc sequi  
 quod est à nobis suprà disputatum: Quum  
 vis ac vigor nutrimenti, à natura pani sit in-  
 situs, vt in se nutriendi vim habeat, sic post  
 incarnationem, carnem Christi viuificatio-  
 nis habere facultatē, vt eo modo (si re vera  
 manducetur & spiritualiter non spiritu so-  
 lo) det vitam æternam, quo panis commu-  
 nis temporalē, ex quibus ostendi, carnem

N. VILLAGAGN. ADVER.

Christi simul cum diuinitate, adorandum esse.

EO MODO CARNEM CHRI-

*sti in se uitam habere, quo Adami caro  
in se mortem habuerit. Cap. 61.*

**H**AEC mihi videbantur tuos posse comprimere, ne eorū obstinatio longius progrediretur, sed sententię tuę reuerentia permoti, in nostra sententia non acquieverunt, sed disputationem in hunc locum extraxerunt, vt de morte corporis nostri sermo esset ineundus. Huc vbi peruenissemus quæsiuerunt quę mihi esset de Adami generatione sententia: an per se mortalis fuerit eius caro, an aliunde mortem mutua sit? Quumq; ostendissent à peccato non à carnis natura mortis infelicitatem in carnem erupisse: eos vicissim interrogare cœpi, vnde peccatum in hominem permanisset: Diabolū huius auctorem accusarunt: tum quæsiui an Diabolus in Adami voluntatem imperium habuerit, vt ille à Diabolo ad peccandum inuitus subactus fuerit, an propria voluntate à Domini præcepto se auerterit. Hoc postremum affirmantes, addiderunt. *Voluntatis libertatem, in anima, nō in carne sitam esse. Quare carni non magis impu-*

tandum fuisse peccatum, quàm instrumento laudi  
 aut uitio uerti debeat opus artificis. Inde probari,  
 ab anima peccatum, mortemq; in carnem profluxif  
 se: Idcoq; aliunde non à se, mortis detrimentum,  
 uitaq; in Adam carnem accidisse: Huc afferendum  
 esse, quod auctore Paulo doceatur, mortale à uita  
 absorptum fuisse, atq; per contentionem, uitam in  
 salutem deuorasse, quod per contentionem, mors in  
 interitum deuorauerat: ex quo credi oportere, cū  
 in carne Christi, locum uitā obtinere, quem in Ada  
 mi carne mors occupauerit: atq; uti aliunde in car  
 nem Adami mors iuuaserat, aliunde quoq; in Chri  
 sti carnem uitam peruenisse. His & similibus  
 summo studio conquisitis argutijs, doctri<sup>Ro. 8.</sup>  
 nam tuam propugnabant, Adhæc respon-  
 di, propter peccatum, auctore eodem Pau-  
 lo, mori corpora; non propter animæ vo-  
 luntatem. Item vnumquemque sisti ad tri-  
 bunal Christi oportere, vt referat propria  
 corporis: non animæ solius: siue bonum  
 siue malum, prout gessit. Item in Adamo  
 morti nos esse obnoxios; Gestamus autem  
 carnem Adami non animam. Item pecca-  
 tum in mortali corpore regnare, non in  
 anima: facta carnis mortificari oportere,  
 non animæ. Sed vt paucioribus rem absol-  
 uerem, Negauit vobis probari posse, ani-

Tertul.in  
l.b. de Car-  
nis resur-  
rect.

mæ fuisse transgressionem, è qua mors in mundum introiuerit. Sed hominis facti in animam viuentem: animamq; carni sic insitam esse, vt penè sit incertum, animam ne corpus, an corpus animam circumferat; tam que carnem dici hominem posse, quàm animam; vnde peccatum (quod fuit causa mortis) tam ob degustationem corpori, quàm animæ ob concupiscentiam attribui oportere. Denique Dominum auctorem esse, è corde cogitationes & voluntates (quibus homo coinquinatur) exire. Cor verò non animæ sed corporis partem esse. Cæterum expedirent, si caro à culpa remota sit, sed animæ soli imputari debeat peccatum, cur in simulacro carnis peccati (vt ait Apostolus) damnauit Dominus peccatum? Certè si animæ sit peccatum, non etiam carnis, frustra carnem Dominus apprehendit, vt in carne damnaret peccatū: satis enim erat in anima, animæ peccatum damnare. Item si animæ peccatum sit, vnde vobis est peccatum originis, quum animam ab Adamo non habeatis? Tandem si à se caro mortalis non sit: sed ab animæ peccato, in eam miseriam incideris, quare non eodem malo tua defungitur anima? vt sit & ipsa mortalis?

lis? mirum est hanc non mori, quæ carni,  
mortis ac perditionis causa sit & origo.

SI ADAMI CARO NON FVE-  
rit canalis, nec Christi carnem uitæ canalem  
esse posse. Cap. 62.

**D**isputationis æstus in canalis examen  
nos retulit: Vt mihi probaretur caro  
Christi, canalis ac vasculi vice fungi: Carnē  
à se inspidam, orbatamq; sensibus ostendebant,  
perq; se nihil uelle, nihil cupere, præstare uel nihil  
posse. Hanc ob rem non immeritò canalim, aut in-  
strumentum dici debere, non autem uitam aut uitæ  
partem, nisi continens pro contento accipiatur:  
unde intellectu facile sit, præceptum Domini de car-  
ne sua manducanda, non huc spectasse, ut propone-  
ret carnis materiam ore uorandam, ceu uitæ essen-  
tiam, animæq; nostræ cibum, sed ad fidei manduca-  
tionem nos uocari, uti ipse ea de re sermone à se in-  
stituto declarauit, his uerbis. Verba quæ loquutus  
sum uobis. spiritus & uita sunt, caro non prodest:  
neque ab hac fide deterreri debere, qui apud uetu-  
stos Ecclesiæ scriptores legant, carnem Christi esse  
uiuificam. Hanc enim ita esse uiuificam, si in ea  
fides nostra recubuerit, siq; fide resurrectio-  
nis testimonium complexi fuerimus: id est, si cre-  
diderimus Christum pro peccatis mortuum, resur-  
rexisse, ut nos mortis ac resurrectionis suæ faceret



participes, siq; crediderimus perinde carnem nostram à mortuis excitari posse, atq; eius caro resurrexit. Hæc fuit prædicationis eorum summa. Sed si hoc verum est (vt supra diximus)

Io. ca. 20.

Apostoli carnem in Cœna non gustarunt, nondum enim sciebant scripturam, quia oporteret eum à mortuis resurgere. Hos minori negotio refelli posse ipsis existimavi, si ijs armis vterer, quibus mecum decertauerant, vt me de sententiâ dei iicerent. Primum me recepi ad mortis similitudinem, de qua paulò superiùs est à nobis disputatum. Quum vestra confessione vita mortis æmula sit, eamq; in Christi carne partem sortita sit, quam mors in Adami corpore possedit; si vita in Christi carne residet, velut in canale, quo hæc in vos non contactu quidem, sed fide diffundatur, necesse est vt eo quoque modo mors, in Adamo resederit, caroq; eius fuerit ceu canalis, per quem mors in eius progeniem peruaserit, non contactu quidem, sed infidelitate, caroq; mortis non fuerit particeps, sed vasculum.

De Resur.  
rect. car.

Si ita habeat vnde accidit vobis carnis interitus? Canalis (vt à Tertulliano hac de re differente didicimus) aliunde in vsum venit, extranea omnino, ac aliena materia est

ab ea substantia, cuius est canalis, nec eius rei penuria cuius est canalis afficitur, nec eius plenitudine fouetur aut reficitur. Preterea cum canalem exhausseris, ei non inferes exitum; ita nihil sentit canalis; nec si vera sit tua sententia, Christi caro amplius sentire dicenda est, passa non est: Nec nostra caro morte deberet affici, ubi ex ea effluerit vita. At videmus morte carnem nostram destrui ac corrumpi, qua è re docemur, illam canalis aut vasculi nomen male sustinere, sed mortis esse participem.

**QVEMADMODVM MORS ADA-**

*mi citra carnem eius, ad nos peruenire non potuit, sic seorsum à carne, uitam Christi in nos infundi non posse.*

Cap. 63.

**Q**uoniam intellectu non possum assequi, quomodo seorsum à carne tua, mors ex te, in tuam sobolem infundi possit, gratum mihi facies, si hoc nobis secretum retexeris, ut intelligam, ad eam rem, carnis contactum nihil valere. Sed si huius dubitationis nullum exitum inuenias, nec possis ostendere, mortem frui carne tua canalis vice, sed inhærere carni, carnemque mortis participem fieri: ut similitudini tuæ re-

linquatur locus, ediffere, cur caro Christi non sit vitæ ea quoque connexionem participis, ut nec à vita, caro destitui, nec seorsum à carne re vera, vita infundi in vos possit, sed uti sine corporeo ministerio, mors è carne tua, in filios tuos non potest erumpere, sic sine sacramento, actioneque corporea, vita Iesu Christi in vos re ipsa diffundi non possit, ut si carnis materiam, ad mortificationem esse necessariam dixeris, carnis quoque Christi substantiam (ut re ipsa vivificet, sicut Adami mors occidit) non minus esse ad vivificationem necessariam profitear. Præterea uti caro nostra, ex eo quod peccatrix existat, morti obnoxia fuerit, sic carnem Dei Christi, quæ à peccato integra sit, interitum videre non potuisse, sed à se immortalem fuisse, resurrectionisque facultatem à Spiritus cõmunionem suscepisse.

CARNEM CHRISTI AD VI-

*vificandum non minorem habere facultatem, quam ad iudicium habeat. Cap. 64.*

**A**postolus propter substantiam divinæ carnis, indignè manducatam, iudiciû à nobis manducari docet, his verbis, Qui manducat Eucharistiam indignè, iudiciû sibi

sibi manducat & bibit. Si substantia indi-  
 gnè manducata, edenti mortem pariat, atq;  
 à se, absq; alio adminiculo, hanc habeat infi-  
 tam naturam, cur non erit hæc eadem à se  
 vitæ facultate prædita, vt vitam conferre  
 possit, spiritualiter manducanti? non quia  
 bene credit qui manducat, sed quia tali vir-  
 tute à se polleat caro. Responsum tuli. *Paul. Inst. ca. 20.*  
*li testimonio sententiam tuam confirmari, atque*  
*ostendi, vitam effectum esse fidei, non carnis man-*  
*ducate, carnemq; non ea uirtute præditam, ut à se*  
*uiuificet: si enim in carne inesset ea facultas, non*  
*posset edentis infidelitate retardari, aut impediri,*  
*sed in quacunq; personâ indifferenter uim suâ exe-*  
*reret, ac emitteret: In huius rei illustratione*  
*sanguinem crucis propofuerunt, Quo carni-*  
*fices aspersi, non autem purgati fuerint: Iudam hoc*  
*etiam testari, qui osculo ac contactu carnis Christi,*  
*in deteriore hominem euaserit. Proinde fidei ui-*  
*tam, infidelitati mortem, non autem substantiæ tri-*  
*bui debere: uti manifestissimè confirmauit Do-*  
*minus dicens, Spiritus uiuificat, caro non prodest*  
*quicquam: Ne rem apertam non necessa-*  
*rio sermone tereremus, rogauit vt expone-*  
*rent, quid docere uoluerit Apostolus di- 2. Cor. 2.*  
*cens, Christum huic esse odorem mortis*  
*in mortem, odorem vitæ in vitam eundem*  
 semper

1. Petri. 2. <sup>2</sup> semper Christum. Item lapidem offensio-  
<sup>3</sup> nis, & petram scandali positum in signum  
<sup>4</sup> cui contradicetur, in ruinam & salutem  
<sup>5</sup> multorum. Prætereà vt quæstionem hanc,  
<sup>6</sup> auctoritate tua decideremus, ad tuam san-  
 guinis cum vino similitudinem, disputatio-  
 nem nostram retulimus: Tu doces: *Hac in  
 re uinum cum sanguine conuenire, eiusq; figuram  
 esse, quòd uti uinum confirmat ac lætificat biben-  
 tem, sic sanguinem haustum fide, animam lætitiã  
 perfundere. Valeat hæc tua imaginatio: tan-  
 tum vt vini naturam consideremus. Qui fe-  
 bre correptus, uinum biberit, mortem cer-  
 tissimam uerum est hunc bibisse, quamuis  
 asseras, uini substantiæ, naturam hanc in se  
 se, ut refocillet ac exhilaret: Item Sol cui ue-  
 getandi facultatem attribuis, corrumpit ac  
 enecat alieno tempore corpora irradians:  
 unde hanc nasci putas differentiam? An iu-  
 dicabis quas retulimus uiuificandi, ac con-  
 firmandi facultates, soli, ac uino, à rebus  
 quas afficiunt, obuenire? an in se has habe-  
 re infitas ac conclusas? Corpus mortuum  
 odore tetro inficitur ac corrumpitur: an  
 eam corrumpendi facultatem, à re mortua  
 sol tibi nanciscitur? An uerò hinc genera-  
 ri corruptionem concedes, quòd alieno  
 tem<sup>7</sup>*

tempore solis calor cadauer attigerit? Certum est rei mortuæ in solem nullas esse vires: neque vinum lætificandi facultatem à potatore suscipere: sed à se, ac in se eã continere naturam, ac virtutem: sed virtutis naturæ differentiam, ab alieno vitio, aut valetudine deprehendi, ac dignosci: Sic sanguis quem tu vino figuras, vim ac robur viuificandi aliunde, hoc est, à vestra fide sibi non asciscit: nec amittit, quod ab indignis in interitum insumatur: Non enim cibus vim altricem attrahit à manducante, sed in eum agit, ac vim suam instillat. Si ergo vini substantiæ, sua inest natura, ac proprietates: non autem à potatoris fide proueniat: cur à sanguine Christi, cuius proprietatem cum vini proprietate comparas, vim detrahis: vt in se, atq; à se viuificandi facultatem minimè contineat: nisi credentis fides accesserit, tanquam ei vim sit allatura fides? Hoc si ita est, à fide vestra effectus vitæ, ac efficacia diuinæ carni enascitur: ac contrà quàm fieri debeat, vos Christo fide vestra, eam vitæ facultatem datis, quam ab ipso accipere putetis.

IESVM

N. VILLAGAGN. ADVERS.  
IESVM CHRISTVM NON ES.

se nobis secundam uitæ causam, eumq; causam  
non habere, quum ante omnes causas ge-  
nitus sit, Patri coequalis &  
consubstantialis.

Cap. 65.

*In Ioannem  
cap. 6.* Tandem ira magna de hac doctrinæ  
tuæ parte confliximus, qua doces no-  
tandum tres uitæ gradus à te recenseri: Primum  
(inquis) locum obtinet uiuens Pater, qui est scatu-  
rigo, sed remota: sequitur Filius quem habemus ue-  
luti fontem nobis expositum, & per quem uita ad  
nos diffunditur. Tertia est uita quam ab ipso hau-  
rimus. Nunc tenemus summam, qua Pater penes quæ  
uita residet, procul à nobis distat, Christus quasi me-  
dius statuitur, qui est secunda uitæ causa, ut inde ad  
nos perueniat, quod alioqui in Deo lateret. Vnicę  
uitæ in tres gradus distributionem ægrè  
admisimus, sed ubi id factum est, mirari cœ-  
pi, cur primum locum, non primum gradum  
obtineat scaturigo illa tua remota: & cui  
usui hunc gradum destinaueris, quo per  
eum conscendi aut descendi oportere pu-  
tes: an ad propatora aut bytum illum Va-  
lentini? Deinde quo interuallo Filius sca-  
turinginem insequatur taces, an Patri secun-  
dus

dus vitæ gradus futurus est, per quem vita  
 diffundatur? Si diffundatur ad nos, quis dif-  
 fusionem faciet, primus ne gradus in secun-  
 dum? an Pater à primo in secundum gradū  
 vitam quæ in se ipso residet, per Filium se-  
 cundum gradum ad nos diffundet? An ve-  
 rò Filius idem secundus vitæ gradus, vitā  
 quæ in Deo residet, quā à Patre accipit, in  
 nos per se ipsum diffundet? Hoc ænigma  
 tāta mihi obscuritate proposuisti, vt cōtra  
 hoc intellectum meum obtundam: deinde  
 quum tertia est vita quā à Christo hauria-  
 mus, an tres vitas nobis obtendis, vt tertia  
 ad nos vita hauſtu perueniat? sed & verbū  
 hoc (haurimus) ingeniū meū torquet: si vī  
 tam diffundat Pater, aut Filius, quomodo  
 hanc etiam hauriamus? agit qui haurit, pati-  
 tur qui infusionē suscipit, quomodo in di-  
 ſiunctis agemus simul & patiemur? Sequēs  
 oratio non minori mihi est difficultati.

*Nunc tenemus summam, qua Pater penes quem  
 vita residet procul à nobis distat, sequitur Filius  
 qui est secunda vitæ causa, Residere vitam pe-  
 nes Patrem, aut in Patre (vt superius do-  
 cebam) animo non possum comprehen-  
 dere: si residet, id fit per accidens, vt vnum  
 sit Pater, alterum in eo vita residens; durus  
 certè*



N. VILLAGAGN. ADVERS.

certè is mihi videtur sermo: Quum Pater vitæ sit essentia, dici non debuit in se residere, aut penes se: noua enim est hæc loquendi ratio: sed etiam non assequor, quomodo diffundi ad nos possit per Filium, vita in Patre residens: præsertim quum se vitam Filius nuncupet: si is vita est & Patris essentia, quomodo se ipsum per seipsum veluti canalē in nos diffundet, vt propterea secunda vitæ causa dici possit? Omnia (inquit Ioannes) per ipsum facta sunt, secunda vitæ causa, quæ in omnibus continetur, per ipsum facta est: Ergo is per se ipsum factus est. Sed si ipse secunda vitæ causa est, tantò interuallo à prima distat, quantum inter primum & secundum intermitti potest spatij: eaq; proportione à Patre inæqualis erit, quæ est primi ad secundum, factus, non ab æterno genitus. Si dixeris de carne te intelligere, vt hæc secunda sit causa, falsum est, si caro est veluti canalis, per quem vita in nos perueniat: non enim sine verbo, vitæ causa esset caro. Et qui verbum à carne non excludet, fatebitur verbi incarnati, eam esse virtutem ac dignitatem quæ ante incarnationem fuerit. Clarifica me (inquit) ô Pater gloria quam habui apud

Cap. I.

Ioan. 17.

apud te antequam mundus fieret : si ergo idem est qui ab æterno fuerit, & nunc nobis secunda vitæ causa sit, quotam fuisse causam patri Adamo quum plasmatus est, iudicabis?

SI ADAMVS SECVNDÀ MOR:

*tis causa nobis non fuerit, Christum secundam vitæ causam non esse.*

Cap. 66.

**I**N hoc argumentum, Apostoli sententiæ de Adami ad Christum similitudine, animum meum subijt recordatio : is docet eo modo mortem in nos ab Adamo permanasse, quo iustitia ac vita à Iesu Christo emanavit. Si ergo Adamus, è prima quadam causa, mortem in sobolem traduxerit, ipse nobis secunda existens mortis causa : aliqua in parte ferendus es, docens, è Iesu Christo, secunda causa, vitam tuam effluxisse : sed si tibi hæc stat sententia, absolue nobis hanc dubitationem : vnde ad Adamum prima mortis causa progressa sit. Si à Deo irrepseris contenderis, mali ac peccati causam confitues Deum : Si à diabolo, voluntatis libertatem abnegabis : Si autem is sibi mortis causa peccato effectus est : prima non secunda causa dicendus erit : vt ergo simili-

T bus

N. VILL. ADV. CALDO C. LIB. II.  
bus similia conueniant, non tibi moleſtum  
eſſe debet fateri Ieſum Chriſtum, vitæ no-  
ſtræ vnicam primamq; eſſa cauſam, carnem  
quæ non minùs vitæ eſſe participem quàm  
ferrum ignitum caloris ſit particeps. Præ-  
tereà quum mors in Adami carne infixæ ra-  
dices egerit, inq; ſolam carnem, vires ſuas  
emiſerit, non habes rationem, dum à carnis  
ſubſtantia, vitam Ieſu Chriſti reuellis, ne  
hanc neceſſariò manducandam ad remiſſio-  
nem peccati, carnisq; noſtræ medicinam  
proponamus. Iuſtinus martyr qui ob anti-  
quitateſ minimè tibi ſuſpectus eſſe debet,  
quæſtione, 44. Chriſtianis propoſita, dicit,  
carbonem quem propheta vidit immun-  
dis labris inhærentem, Dominicæ carnis ſi-  
gnificationem habuiſſe, quæ conſcientiam  
eorum qui ipſam edunt, ab omni ſcelere  
expiaret.

LIBRI SECVNDI  
FINIS.

N. VILLAGAGNONIS  
ADVERSUS CALVINVM

146

Liber tertius.

SI VETVS TESTAMENTVM SAN-  
guine confectum exemplar noui fuerit, falsum  
esse Apostolos in nouo testamento  
sanguinem non bibisse.

Cap. I.



Euenimus in verborum Apo-  
stolicorum de consecratione  
interpretationem, tunc nobis  
magnas turbas tua testamenti  
traditio excitauit. Tradis Cœnam in uino,  
*id est, in figura sanguinis institutam fuisse, non in*  
*ipso sanguine.* Atque vt propositum asse-  
quaris quum videas sine sanguine, nouum  
testamentum (exemplo veteris) confi-  
ci non debuisse, testamento propriam e-  
ripis significationem, huic fœderis im-  
ponens nomen, in fundendo sanguine:  
Huius rei vini potum, qui in calice à Domi-  
no est in cœna distributus, signum fuisse  
se doces, in eamq; rem, lectionem Euange-  
licam, exquisito verborum artificio detor-

T 2 ques,

ques, vt stultitiæ suspectos habeas, qui à te  
 dissideant. Ego ex eo numero esse non re-  
 cuso, sed meæ sententiæ rationem afferam,  
 vt qui hanc lecturi sint, quàm iniquus sis  
 æstimator dijudicent: Matth. Hic est san-  
 guis meus (inquit) noui testamēti, qui pro  
 multis effunditur. Tu verò. Hoc vinum est  
 figura sanguinis mei, noui testamenti: cū  
 animo tuo non reputans, ostendi à te ne-  
 cessariò, vinum in remissionem peccatorū  
 effusum fuisse, nisi te à propria linguæ, di-  
 cendiq; lege eximas: atq; nos cum tua no-  
 ua doctrina, ad nouam loquendi rationem  
 rescribas: vt substantiæ demonstratæ, rela-  
 tiuum proximè consequens, seruire desi-  
 nat. Sed quæro ex te, credásne vetus testa-  
 mentum, noui testamenti exemplar ac fi-  
 guram fuisse? Hoc si non negaueris, cuius  
 rei figuram esse credis effusum è cratere  
 brutorum sanguinem, quum à Mose testa-  
 mentum institueretur, dicente. Hic est san-  
 guis testamenti, quod mandauit ad vos  
 Deus? Ego me tam obfirmato, constantiq;  
 animo fuisse, iam ab inita nostra familiari-  
 tate, vitæq; consuetudine, testificor, vt à  
 me passus non sim extorqueri, vt crederē,  
 illum sanguinem, exemplar huius non fuis-  
 se, qui

se, qui à Christo Iesu discipulis esset in Cœna (nouo testamento) distribuendus, sed verbo Domini, in hanc adductum me esse sententiam, vt crediderim, Apostolos bibisse sanguinem, non vinum, sanguinis figuram: verbumq; substantiuum, est, actiuũ, ac significatiuum esse nõ posse, vt rem non demonstratam, id est sanguinem significauerit. Aut dicendum esse, Mosem, vinum non sanguinem effudisse dicentem. Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus: verbumq; substantiuum apud eum, amissa natura sua, in actiuum transiisse: proinde si sanguis erat, qui in veteri testamento dedicando è cratere effunderetur, probari sanguinem quoque fuisse, qui in cratere à Domino, fuerit nouo conficiendo distributus, aut exemplar falsum fuisse: Non enim debuit sanguis, ex quo vetus testamentum factum ac firmatum est, rem diuersam, id est vinum figurare, vt in vino, contra exemplar, nouum testamentũ confisteret.

SI VINVM FVERIT QVOD IN

*cœna biberunt Apostoli, nulla in re nouum  
testamentum ueteri respondere.*

Cap. 2.

T 3

Quam:

**Q**uamuis tamen hæc tã manifesta sint,  
 vt citra infantiæ suspicionem impu-  
 gnari non possint, tui hæc opposuere pu-  
 gnantia. Vetus testamentum exemplar quidem  
 fuisse noui, sed brutorum sanguinem, huius signum  
 fuisse, qui in cruce fuerit effusus: quasi poculũ (quod  
 idem à Luca, Pauloq; nouum testamentum est in san-  
 guine) figuratum non sit: quasiq; testamentum  
 seorsum à calice, figurari potuerit: aut quasi cras-  
 terem testamenti noui, nullum signum antecesserit:  
 Cæterùm ad eorum opinionem animum  
 adiiciens, si possem intellectu cõsequi, quo  
 modo negato sanguinis exemplo, nouum  
 testamentum veteri respondere posset: fru-  
 stra ingenium meum, eo labore exercuisse  
 me reperi: sed inueni vos, non solùm de tes-  
 tamenti celebratione, cum Ecclesia non  
 conuenire, sed nec de testamenti nomine.  
 Præterea etsi vetus testamentum, sine ob-  
 latione, ac sacrificio, confici non potuit, vi-  
 deo tamen vos, contumaciter testamento  
 nouo oblationem eripere, ac negare. Item  
 quamuis legis interdicto nunquam aditus  
 in sancta pontifici, nisi post oblationem ac  
 solennes preces patuerit, tamen pontifici  
 Christo, sine oblatione fores aperitis, ac ex-  
 panditis: denique tabernaculi sanctificatio  
 nem,

nem, asperſionemq; ſanguinis (quæ teſta-  
menti veteris erat ratio parſq; potiſſima)  
reijcitis, nihilq; in nouo teſtamento reli-  
quum facitis, quod veteris teſtamenti me-  
moriam nobis renouet.

SI IN CRUCE TANTVM, NON

*etiam nouo teſtamento celebrando ſe obtulit*

*Dominus, oblationem contra legem*

*factam eſſe, cum tunc eſſet pec-  
catis noſtris maculatus.*

Cap. 3.

SEd ne oblationem corporis repudiare  
ſui viderentur, Eam in ſola cruce factam con-  
ſuebantur, non prius incepſiſſe affirmantes.

Hoc recipere nolui, quoniam ſi hoc ve-  
rum ſit, contra legē id eueniſſe oporteat, nā  
extra portā paſſus eſt Dominus, id eſt, ex-  
tra Eccleſiā; nec tabernaculū ſanctificauit,  
nec populū, nec vaſa teſtimonij aſperſit, ſi  
in cruce tantū oblationem factā fuiſſe cre-  
damus: eoq; tempore quo eſſet noſtris pec-  
catis maculatus eſſetq; in aliena poteſtate,  
damnatus ſententia iudicis, quam necēſſa-  
riō ſupplicium ſequebatur, eo loco vbi Ho-  
ſtias cremari, non offerri lege oporteret:  
ēde nobis huius oblationis exemplum ali-  
quod: Hircus exēplar Chriſti, poſtquā fuit



populi peccatis contaminatus, offerri amplius non potuit. At teste Paulo, Christus Pontifex secundum ordinem Melchisedech sese obtulit immaculatum Deo: id vero exemplo Hostiæ pro peccato factum oportuit, antequàm Hostia populi peccatis onusta, extra castra in ignem inferretur: deniq; antequam is esset in aliena potestate, exteriori pontificio munere fungi debuit. Nam pontificibus qui sui iuris non fuerint, sacrificandi ministerio, lege interdicitur. Hæc res Melchisedeci exemplo cognosci potest, qui sui iuris erat, quum Abraham obuiam properavit, ut panem ac vinum oblatum à se, illi benedicens, impertiret. Hæc res testimonij loco à me sumitur, Iesum Christum, pontificio munere tunc functum esse, quum fratribus suis panem vitæ, vinumq; vitis Sorech, bene precatus, porrexit: non autem eo tempore quo esset capite minutus, omnium novissimus, vermis, & non homo, opprobrium plebis, execratio, atq; maledictum, cuius rei typus Melchisedech, qui decimas accepit, esse nō potuit: qui neque legitur aliàs vnquam pontificia vsus potestate, quam in panis & vini oblatione, dum Abræ benedictione bene

bene precatus est, vt secundum eam functionem, de Christi oblatione ac officio iudicetur.

SI CALIX TESTAMENTVM

*quem biberunt Apostoli, figura fuit sanguinis,*

*non solum legem violauit Dominus, sed*

*nouis figuris testamentum*

*cumulauit. Cap. 4.*

**A** Nimaduerti prætereà hoc à vobis peccatum admitti, quòd negantes testamenti sanguinem, non solum affirmetis Iesum Christum legem testamenti violasse, sed nouis figuris, testamentum nouum cumulasse: Si enim poculum, quod idem nouum est testamentum in vino fuit, id est in sanguinis figura, Dominus testamento suo finem figuris non imposuit: sed in vino, figura sanguinis, testamentum instituit. Nam teste Luca, Poculum est testamentum in sanguine. Rursus si sanguis veteris testamenti figura fuerit: eius, qui in cruce effusus est: mortis fuit figura, quæ non testamentum, sed ipse fuit confirmatio, contra Pauli doctrinam. E qua hanc quoq; rationem excepi traditionis tuæ reprobanda, quòd sanguis in cruce sit effusus in redemptionem nostram, vt qui vocati sunt, <sup>Hebr. 9.</sup> <sup>cc</sup>

T 5 pro:

promissionem accipiant hæreditatis: Sanguis verò testamenti, in remissionem peccatorum effusus fuerit, vt emundet conscientiam, ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti, vti superiori libro à nobis est demonstratum. Has res confundis, quamuis purgationem atq; reconciliationem oportuerit redemptioni anteuertisse, nam expiatio in vetere testamento facta erat, antequàm Hostia foras in holocaustum, ac incendium importaretur. Vt traditionem tuam confirmes tui oblitus, sanguinis testamenti mentionem faciens, sanguinem vocas qui esset effundendus, tametsi in versio-  
ne tua præsentem effusionem non inficias. Hic (inquis) est meus sanguis, qui effunditur, non qui est effundendus: Præsens enim tempus atque effusio, futuram non annuntiat ac proponit effusionem; nisi apud Paulum gratiarum actionis, ac benedictionis fractio, corporis in cruce fractionem prædicet. Hoc est, inquit, corpus meum quod pro vobis frangitur: mirum mihi est, si non erat præsens sanguinis effusio, nullum ex Euangelistis extitisse, qui futuræ meminerit.

**NIHIL ESSE DIFFERENTIAE**

*inter testamentum calicem, & testamentum*

*in sanguine. Cap. 5.*

Rea

**R**eplicas Lucam ac Paulum Matthæi ac  
 Marci fuisse interpretes, quū dixerint  
 Hic est calix nouū testamentū in meo san-  
 guine, id est fœdus in fundendo sanguine:  
 Matthæumq; ac Marcum affirmas noluisse  
 sanguinē demonstrare, quamuis dixerint.  
 Hic est sanguis qui effunditur, sed calicē,  
 quē Lucas pro sanguine subiecerit: atq; vt  
 lectoribus risum moueas, ac facetijs religio-  
 nem nostrā eludas, ostendis calicē transub-  
 stantiari debuisse, si quæ transitio verbis Do-  
 mini pronunciatis intercesserit: tua verba  
 subiecimus. *Non dixit Christus, hoc est meus san-  
 guis, sed hic est calix meus, ergo secundum eos, non  
 modò uinum, sed materiam ex qua conflatus est ca-  
 lix, transubstantiari necesse erit in sanguinem.* Tu  
 irrides Tertulliani argutias, at sanè affirma-  
 re non vereor has tuas, ad eas nihil attinere.  
 Hæc legens, non potui tuum ingenium  
 non admirari, qui tanta constantia confir-  
 mes, ad verba Domini addendū esse nihil,  
 ac detrahendum: tu tamen non solūm ad-  
 dere, ac corrigere audeas, sed non verearis  
 mendacij Euangelistas infamare. Quid va-  
 nius, ac turpius Matthæo ac Marco ostendi  
 poterit? si Dominus non dixerit, *Hic est  
 meus sanguis, sed hic est meus calix.* Nullus

omnium qui scripserint, Dominum affirmat calicem suum dixisse, sed Lucas ac Paulus, Hic calix nouum testamentū, non meus calix. Alij duo quos arguis mendacij, Hic est meus sanguis, dixerunt. Præterea intelligere non possum, qua lege tibi liceat, secundum Lucæ Pauliꝫ; lectionem, Matthæū ac Marcum interpretari potiùs, quàm secundum hos Lucam ac Paulum. Eodem enim iure credere mihi puto licere, Dominum nõ dixisse, Hic est calix, sed hic est sanguis, quo tu dixisse confirmas, Hic est calix meus, non, Hic est sanguis meus. Sed vtrunque à Domino dictum, eundem habere sensum credo, cùm nihil intèresse videam, inter testamenti sanguinem effusum in remissionem peccatorum, cuius meminit Matthæus, ac Marcus; & sanguinem, in quo est testamentum, quem etiam Lucas ac Paulus, effusum attestantur, vt omnes præsentem effusionem indicarint, atq; ex co bibisse Apostolos. Non minùs ergo à Luca ac Paulo sanguis testamenti, quàm à Matthæo ac Marco designatus est, licet alijs verbis. Hac autem ratione non eisdem verbis Paulum ac Lucam vfos fuisse iudico, vt ostenderent testamentum confectum fuisse in san-

sanguine, quem in Cœna potando perfun-  
 debat Dominus, quemque eundem po-  
 tum dabat Apostolis, in vicem eius, quem  
 Moses in testamento vetere conficiendo  
 effudisset, ac sparsisset: hoc tibi esse nouum  
 non debet, quum in Epist. ad Hebræos, pro *Hebr. 6.*  
 eo ac testamentum in sanguine, ad Corin.  
 dixit, hunc vocet testamenti sanguinem, di-  
 cens, qui testamenti sanguinem pollutum *Hebr. 13.*  
 esse dixerit: Item pastorem magnum ouium  
 in sanguine testamenti: In quo testamento,  
 oues suas pastor pauit sanguine. Vt minùs  
 perspicua sit Apostolorum sententia, ne  
 poculum pro potu accipiatur, sed pro va-  
 se: calicé exposuisti *ποτήριον* significari, quod  
 non improbarem, si in cæteris rebus vulga-  
 ris editio hac te afficeret reuerentia, vt ab  
 ea te nunquam auerteres, sed in omnibus  
 ferè locis hanc fastidis: ex quo coniectu-  
 ram feci, te calicem poculi loco supposuif-  
 se, vt ostenderes, non potuisse poculum in  
 diuinam transire substantiam, quin vasis  
 materia etiam transiret. Appello viros in  
 lingua græca peritos, vt inter me, teque; diju-  
 dicent, num rectiùs *ποτήριον* poculi, quàm ca-  
 licis voce exprimeretur, omnesque; linguæ La-  
 tinæ præceptores, vt decernant nunquid  
 poculum,

poculum, tam potum, quam vas significare  
 possit: vt apud Virgilium, Aulai in medio  
 libabant pocula Bacchi: vasa libata non  
 fuisse sed pocula certum est: Item, Pocula  
 si quando sæuè infecere noueræ. Item Ci-  
 cero, quum apud Verrem indultum pota-  
 tioni, ac conuiuas ad bibendum maiori-  
 bus poculis inuitatos prædicaret: Poscunt  
 (inquit) maioribus poculis: quum ergo  
 Theologi, poculum affirmant transubstan-  
 tiatum, non, vt iocaris, necesse fuit mate-  
 riam, ex qua calix conflatus est, transub-  
 stantiari, sed solam potionem, vt sit testa-  
 mentum in sanguine, non in vino: eiusq;  
 teneat locum, quem sanguinis aspersio, in  
 vetere testamento tenuerit. De cætero in  
 sententiam tuam animum intendens, aumi-  
 ratione sum affectus maxima, quòd te vide-  
 rim, tã grauius de viris Ecclesiasticis que-  
 ri, qui sanguinem Christi optimam Cœnæ  
 partem, magno nostro malo eripuissent.  
 Nam hæc ad vos iniuria nihil pertinet, qui  
 de sanguinis præsentia, fidem Ecclesiæ de-  
 rogatis: nihil enim vobis denegarunt qui-  
 bus vinum in Cœna porrigatur. Huc te cre-  
 do charitas, nostriq; misericordia cõpulit,  
 vt tam vehementer te noster cruciaret do-  
 lor: aut cū homo sis, humani à te nihil alie-

nū esse existimans, aliena curare negotia,  
eaq; quæ ad te nihil attinent, in animum  
tuum induxisti.

## CREATURAS INSENSIBILES

à Christo citra suam iniuriam fuisse  
benedictas. Cap. 6.

**O**bstupui quum tui discipuli Dominū  
negarent ad creaturarū sanctificatio-  
nem, vsum fuisse benedictione, aut gratia-  
rum actione: sed hanc actionem ab eo factā  
fuisse, antequam panem discipulis distri-  
buendūsumeret. Cuius rei gratia te à vul-  
gari versione dissidere ostendebant, ac ver-  
tere participiū λαβὼν 2. Aoristi, quasi finiti  
præteriti significationem habeat. Primum  
verò εὐχαριστῶς præteriti plus quā perfecti:  
Hæc tua sunt verba: *Sumpto Iesus pane quū be-  
nedixisset, fregit.* Ut huius rei rationē intelli-  
gerē ad tuam Harmoniā à tuis reiectus sum  
vbi doces, *Quum finis priori conuiuiō à Domino  
fuisset impositus: actas esse de more gratias. ut his  
quandā præparationē & transitū faceret, ad repu-  
tandū mysteriū: Sic finita Cœna sacrum panem &  
uinum gustauerunt Apostoli, quia prius expergesa-  
cta eorū fuit securitas, ut toti ad tam sublime My-  
sterium attentī essent.* Huic doctrinæ nouæ &  
inauditæ, nouo item, & inaudito artificio



N. VILLAGAGN. ADVERS.

lectionem Euangelicā accommodas. Marci præcipuè quem dixisse manifestum est, λαβὼν ὁ ἰησοῦς ἄρτον εὐλογῆσας ἔκλασε. Hunc locum, contra omnem rationē ita vertis: accepto Iesus pane quū benedixisset, fregit: vt Dominum panem prehensisse, postquam benedixisset, ostendas: id est postquam gratias (vt tibi videtur) egisset. Sed quum vnū Aoristum per ablatiuum absolutum efferas: nihil esse causæ video, cur verbo plus quam perfectō, sequentem enunties. Si id tibi licere contenderis, non tamen video, cur contrā atque scripserit Apostolus, contextum orationis interscindas, vt ab eius sententia recedas. Si dicere potuisti, accepto Iesus pane, quum benedixisset, fregit: non tamē per veritatem dicere tibi licuit: accepto Iesus pane quum benedixisset: sed ex Apostoli sententia, potiùs tibi dicendū fuit: acceptum Iesus panem fregit, quum benedixisset: vt ostenderes panem à Domino benedictum fuisse: Aut ne in fuci suspicionē incurreres, vulgarem versionem sequutus, dicere debuisti, accepit Iesus panem, & benedicens fregit: vt creaturam benedictio respiciat, εὐλογίῳ verbum actiuum est, accusatiuum casum regens, tamen vt  
 pro

propositum obtineas, illi suam actionem de  
 mis, & ad neutrum absolutum hoc redigis,  
 dicens sumpto pane quum benedixisset,  
 quid ergo (bonè vir) benedixisset. Tecum  
 in animo tuo reputa; an hoc loco id ferat  
 linguæ Græcæ ratio ac proprietas. *Ais Matheum,*  
*& Marcum usos quidem fuisse benedictio-*  
*nis uoce. Sed in calicis mentione deinde eos sui dicti*  
*fuisse interpretes, cum gratiarum actionem subi-*  
*ciunt.* Sic quamuis verbis conceptis benedi-  
 ctionem expresserint, non tamen rei aliud,  
 quàm gratiarum actionis in mentem sibi  
 venisse doces: Sed falsò affirmas, eos in cali-  
 ce gratiarum actionem subdidisse; quum  
 calicis nullam mentionem habuerint, sed  
 sanguinis: Sententiam tuam Lucæ testimo-  
 nio confirmas, qui in panis Sanctificatione  
 gratiarum utitur actione: Hic tandem est  
 tuæ commentationis exitus, ut suadeas be-  
 nedictionem, non aliud quàm gratiarum  
 actionem significare: & ubi scriptura be-  
 nedicendi vocabulum usurpet, in gratiarum  
 actionem vestrum animum intendi oportere.  
 Ego verò in alia sum prorsus senten-  
 tia: nego *ἐν λόγῳ* vllò vnquam loco cum ac-  
 cusatiuum casum regat, *ἐν χάριστι* significā-  
 re, nisi vtriusq; rei vnum esse sensum, & si-  
 gnifi-

gnificationem intellexeris. Sed contra ubi  
 εὐχαριστίω accusatiuo casu iungitur, pro εὐλο-  
 γῆν capi debere: uti apud Lucam & Paulum  
 ἄρτον εὐχαρισήσας. Ut tamen ab hac sententia  
 tuos discipulos abducas, ostendis hunc Ao-  
 riūm neutri absoluti tenere locum: neq;  
 casum ullū respicere: sed qui linguæ Græ-  
 cæ usum aliquem habuerint, cōprobabunt  
 hanc dictionem λαβῶν. Matthæo non ma-  
 gis panem respicere, quàm εὐλογήσας, nisi hūc  
 in alia quàm fuerit Lucas, fuisse sententia  
 docueris. ut tamen hoc tibi testatius esse  
 possit, lege qua voce sit usus Lucas apud  
 Cleopam, panem fregisse Dominum enar-  
 rans: λαβῶν, inquit, εἰς ἄρτον εὐλόγησε: pro eo  
 ac ἄρτον εὐχαρισήσας, in Cœna ante mortem ex-  
 presserat: lege qua Marcus usus etiam sit vo-  
 ce, ubi pisces paucos à Domino benedictos  
 fuisse in turbarum alimoniam demonstrat,  
 dicens καὶ εἶχον ἰχθύδια ὀλίγα εὐλόγησε αὐτά. E quo  
 probari potest benedictionem, ad panem  
 pertinere, atque gratiarum actione, bene-  
 dictionem significari, ostendiq; contra ac-  
 doceas, creaturas insensibiles, citra Christi  
 indignitatem fuisse benedictas. Paulus in  
 poculi mentione, manifestissimè hanc ab-  
 soluit dubitationem, Poculum vocat bene-  
 dictios

tionis quod benedicimus: sic ubi gratiarum actione, sacratum vinum Matthæus & Marcus prædicant, benedictionem Paulus memorat: quo auctore contra atq; tibi videatur, gratiarum actione, benedictionem enuntiari, propugnare poterimus.

AB IPSIVS DOCTRINA CAL-

*uini probari necessario, Christum in Cœna corpus suum obtulisse, atq; sacrificium, id est, missam priuatam approbari.*

Cap. 7.

Q Vum tu creaturarum benedictione nobis interdixeris, mysterium Cœnæ tandem, panis porrecti manducatione concludis, ut nihil Dominus Apostolis faciendum aliud quàm panem, vinumq; capere, manducare ac bibere præceperit, ommissa corporis oblatione, & consecratione: quàm obrem religionis nostræ cultores, magni ac nefarii criminis reos facis, quòd ex ijs unus se à reliquo cœtu separans, priuatim Cœnam peragat: Quid enim (inquis) minus consentaneum est, quàm distribui inter omnes panem, & seorsum ab uno uorari? Sed si Cœnæ institutio non aliò pertineat, quàm ut manducetur manu prehensus panis, non ut fiat corpus,

N. VILLAGAGN. ADVER.

ac offeratur, fateor stultiùs dici nihil posse,  
 quàm corpus ab vno seorsum edi, de quo  
 inter se omnes participaturi sint: Id enim  
 non est cibum communiter distribuere,  
 sed furari. Veruntamen ab orthodoxis edo-  
 ctus sum, Cœnæ longè alium esse vsum, at-  
 que tu nobis suadeas: non huius enim so-  
 lius participationis effectus est, sed & sacri-  
 ficij pro populo: id etiam è tuo sermone  
 superiori colligi & iudicari potest. Affir-  
 masti tibi probabile esse Christum, more uetusto,  
 in sacro Cœnæ conuiuio libasse: quod solennem scias  
 in sacrificijs libandi ritum, à sanctis patribus obser-  
 uatum fuisse: unde illud Psalmi 116. Calicem salu-  
 tis accipiam, & nomen Domini inuocabo: atq; ali-  
 ter à Domino conuiuium quàm libando celebrari ri-  
 tē non potuisse. Quum ita habeat, ostendis in  
 libationis antiquæ locum, dominicam liba-  
 tionem successisse: quunq; ritē peragi non  
 potuerit conuiuium, nisi more veterum li-  
 bauerit Christus, Cœnæ conuiuium, sacri-  
 ficij conuiuium fuisse necessariò confite-  
 ris. Quum ita sit, videamus quando antiqui  
 libauerint. Hoc non nisi post Hostiæ pro  
 populo oblationem, & solennes preces, fa-  
 ctum fuisse palàm est. Quòd si Diuini con-  
 uiuij, ad sacrificorum conuiuia similitudo  
 tuæ

tua falsa non sit, ac libatio oblationi successe-  
 rit, Hostiam quoque, ante Cœnæ, sacrificijq;  
 conuiuium, oblatam esse à Domino demonstras,  
 ac comprobas. Itaq; dici non debet Dominus,  
 sacrum Cœnæ conuiuiū instituisse, nisi postquam  
 more veteri, secundum legem, rei in conuiuium insum-  
 ptæ, præcesserit oblatio, de qua re omnes  
 inter se participarent, vt vnus panis, vnum  
 corpus efficerentur omnes. His rebus cog-  
 nitis consideremus à quo Hostiæ frangendæ,  
 inter antiquos fieret oblatio. Ego à te me spero  
 consequuturum, vt fatearis, solius pontificis  
 id fuisse munus, non discumbentiū omnium  
 cuiusq; generis, quamuis ab esu sacrificij  
 nulli repellerentur. Quum ergo offerendi  
 munus sit solius sacerdotis, atque rei oblatæ  
 conuiuium, ritè peragi nequeat, nisi prior  
 libauerit sacerdos: quum secundum legem  
 id pro viuis & mortuis fecerit Pontifex  
 Christus, qui id faciunt quod ipse in sacro  
 conuiuiō fecerit, errare dicendi non sunt,  
 Hoc ergo exemplo, vnus in Ecclesia omnium  
 nomine offert Deo: libat suo nomine,  
 præsentibus qui se probauerint, participandam  
 Hostiam distribuit: vt quisque sibi sumat,  
 edatq; non ille pro omnibus.

nibus. Quod si mandatum Domini, vniuersumq; Cœnæ mysterium, ad manducationem solam, non etiã ad sacrificium restrinxeris, mysterij dignitatem labefacis, & conturbas: Non enim manducatione possunt communicantes, sacrificij ritè fieri participes, nisi (vt sacrorum adimpleantur solennia) oblatio cum precibus antecesserit: Quum ergo quod fecerat Dominus, id ipsum in sui memoriam faciendum esse iussisset, eius rei nihil putauit esse à suis prætereundum, ac omittendum Quambrem qui inter nos vice fungitur Pontificis, Simulac benedictione sacrum facit corpus, solus offert, manducatq; oblatum, nisi ad mensam accubuerint alij, qui velint Hostiæ fieri participes.

CORPVS IESV CHRISTI HOMINIBUS non offerri, sed nec distribui, nisi sub speciebus. Cap. 8.

Quum à te fit oblationis mentio, nonnulli ex tuis discipulis existimarunt, tibi de oblatione cum Ecclesia conuenire, sed orationis tuæ progressus docet, te longè aliam habere sententiam. Hisdem (inquis) uerbis docemur qualis in Cœna oblatio tradita sit: Christus iubet suos accipere, ipse est igitur solus  
qui

qui offert: quod ergo Papistæ offerre se fingunt, à contrario auctore profectum est, & certè mira est anastrophe, ut mortalis homo dum Christi corpus accipere iubetur, sibi eius offerendi partes arripiat. Huc vsque nunquam sanè in animum induxi meū, vt putarim esse hominem in literis versatum, qui in hanc quam capis partem, offerendi significationem verterit. Si Deo soli oblationem in sacrificiū fieri debere non inficieris: qui putas Deū Christum, suum corpus mortalibus Apostolis obtulisse. Sed si putas panis fuisse substantiam, quam Dominus manu illis porrexit: quomodo tibi excidit, vt dicas, Dominum iussisse suos, corpus accipere? Tuo iudicio solum panem acceperunt. Sacerdotibus vitio vertis, quod offerre id se fingant quod accipere iubeantur: qua in re, hos idem offerre, quod manu capere enuntias. Quum secundum te, is erat panis quē accipere iussi sunt Apostoli ac manducare: non ideo hunc offerentes, corpus offerre se sed panē fingeant, aut tu corpus eos manu accepisse, non figuram vel inuitus confiteris. Ego equidē fateor Iesum Christū Dominum meū, Apostolis distribuisse manducandū corpus, pro eis Deo Patri in



N. VILLAGAGN. ADVER.

Sacrificium à se datum : atque ad huius exemplum ac præscriptum, eiusdem corporis oblationem à sacerdote fieri, distributionemq̄, si qui velint sacrificij esse participes: hoc tamen vocas in controuersiam, quamuis dicas corpus eos accepisse, ac reprehendis quasi Diabolicum inuentum: Ut ergo inter nos de hoc constare possit, consideremus quid Lucas docuerit dicēs: Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: Hoc facite in mei memoriam: A Christo pontifice donum offerri nobis debuisse non negas: nam auctore Paulo, pontifex assumitur vt offerat dona & sacrificia pro populo: sed ad quem donum dirigatur, videris in quæstionem vocare.

Hebr. 5.

*Iesus (inquis) docuit quibus offerret quum dixit accipite: Ego verò hac in re à te longissimè dissensi: in fidi Dominum docuisse, ei rei, quam proponis, porrectionis nomen rectius conuenire: porrigebat enim, ac manducari iubebat corpus, quod pro sumentibus dabatur: adeò vt cum porrectione oblatio concurreret: Ergo tibi dicendus fuit Dominus docuisse, à quo, & quibus distribui debeat corpus Deo in sacrificium oblatum, ab eoq̄ porrectum, qui pontificio munere*

munere fungitur: postquam prior secundum legem libauerit. Quam rem in eo impleri viro, eaq; in re video, quæ à te, tanta animi offensione damnatur. Præterea fieri non potest, ut sacrificij in Cœna effecti sint Apostoli reuera participes, nisi post oblationem Hostiæ, hæc illis manducanda distributa sit, uti Paulus docet. Videte Israel 1. Cor. 10.  
 secundum carnem, nunquid qui Hostias edunt, participes sunt altaris? Erratis ergo, cum quum fide sola, non adhibita manducatione, eius rei vos putetis fieri participes, quæ adhibita fide, manducari necesse est, ut communicantes ea de re participant.

## EX PRONOMINVM NATVRA

*demonstrari, corpus Domini Apostolis por-*

*rectum fuisse manducandum,*

*non eius figuram.*

Cap. 9.

**S**I animum ad actionem, verbaq; Christi appulerimus, facile fiet ut erudiamur, an à sacerdote fieri debeat corporis oblatio, de quo sint participaturi communicantes: Accepit Iesus panem, benedixit ac fregit, deditque eis dicens, Hoc est corpus meum, quod pro vobis datur. Attende, pro vobis datur, inquit Lucas: Cui ergo? De ðne Pa-

tri in oblationem sacrificij? igitur dedit  
 eis, pro eis quod tum dabatur Deo Patri in  
 sacrificium munus. Prætereà subjiciens:  
**Hoc facite in mei memoriam, quid facien-**  
**dum tuo iudicio mandabat?** Quocunque  
 te verteris, huc tandem tibi consistendum  
 ac conquiescendum est, vt finas pronomen  
 (hoc) propriam significationem retinere:  
 Huc vbi te demiseris, non fiet, quin à Do-  
 mino dicente, Hoc est corpus meum, fatear-  
 ris aliquam substantiam demonstratam es-  
 se: eamq; ipsam, quæ pro sumentibus da-  
 batur: Hoc cognito considera quid præce-  
 perit Dominus adiciens, Hoc facite: Con-  
 tendo, hunc non aliam rem faciendam de-  
 monstrasse, ac imperasse, quàm eam quæ à  
 se pro nobis dari testaretur: exigit enim  
 pronominis demonstratiui ac relatiui pro-  
 prietas, vt hoc statuamus ac credamus. Si er-  
 go velis substantiam quæ demonstrata sit,  
 fuisse panis: inane fuit panis faciendi man-  
 datum: Frustra enim faciendum panē præ-  
 cepiebat Dominus, qui iam pridem factus  
 esset: Quum ita habeat, rem nouam facien-  
 dam curabat: quam ergo mea est sententia  
 vt è pane corpus quod pro nobis datur, in  
 eius incarnationis memoriam faciendum

imperauerit. Hoc tamen in animum tuum non potes admittere, vt è pane faciendum corpus præscripserit: ideoq; suades mandatum, ad hanc vnã mysterij partem pertinere, accipite & edite panem signum figuramq; corporis mei, omiſſa ac reiecta à te benediſtionis, ac oblationis actione. Sed à tua ſententia hæc me ratio demoratur: quòd ſi ſolam capiendi, ac manducandi, actionem remotiſſimam respexerit mandatum, non propinquiſſimam dandi pro nobis: Illud facite, non hoc facite, dicere debuit Dominus, ex pronominis natura. Illud enim antecedens respicit longius. Integram deinde Lucæ orationem animo nobis expendentibus, emerſit & noua difficultas, cum ſuperiore coniunctiſſima. Accepit Ieſus panem, gratias egit, deditq; eis dicens, Hoc eſt corpus meum: inter vos conuenit, quam Dominus manu porrigeret ac demonſtraret ſubſtantiam, hanc panis non corporis diuini fuiſſe: hoc tamen approbans, non inuenio qui cum iungamus conſequentem orationis partem, Quod pro vobis datur: quin affirmemus quoque, panem pro nobis in mortem fuiſſe datum: nam relatiui natura eſt,

N. VILLAGAGN. ADVER.  
est, vt proximum affectet, petatq; antecede-  
dens corpus. Quod ergo pro vobis datur,  
non potest non referri ad demonstratam  
proximè substantiam, vt quidquid demon-  
strauerit pronome (hoc) simul datum pro  
nobis fuisse confirmetis,

APOSTOLOS FACIENDI

*corporis & sanguinis, atq; offerendi  
à Domino mandatum habuisse.*

Cap. 10.

**H**is ostensis rebus in huius præcepti cõ-  
siderationem, Hoc facite, nos reuocat  
oratio. In hac vt exposuimus sententia es,  
vt actionem non substantiam spectet man-  
datum, præterea hoc, non solùm in actio-  
nem intendi debere tuum iudicium est,  
sed vt prætermissio anteredente, ac relatiuo  
proximo, ad remotissimã capiendi ac man-  
ducandi actionem dirigatur. Verùm cum  
reliquis causis, me quoque à tua sententia  
vis, & natura pronominis repellit, quæ (vti  
suprà demonstraui) poscit, vt cum sub-  
stantia propinquissima coniungatur; At  
quia tibi placet ad actionem referri, tantùm  
apud me valet tua dignitas, vt hoc tibi do-  
nemus, modò ne pronomen (hoc) natura  
ac significatione sua exuas; si me ab hac  
æqui-

æquitate non expuleris, non minùs liben-  
 ter debes mihi concedere, vt Dominus, di-  
 cens Hoc est corpus meum, quod pro vo-  
 bis datur, hoc facite, de oblatione facienda  
 mandatum dederit Apostolis: dari enim  
 pro nobis, instans erat actio, ac propinquis-  
 sima: At eodem quod à nobis suprà dispu-  
 tatum est, nostra recidet ( si hoc admisseris)  
 contentio, nam pariter substantiam corpo-  
 ris fieri demonstrabis: dari enim non po-  
 test corpus Christi pro nobis, nisi fiat priùs  
 à natura enim non habet panis, vt sit cor- *Lib. 20. ca.*  
 pus Domini: sed prece mystica fit nobis: 13. *aduersus*  
*Manicheos*  
 vti docet Augustinus aduersus Manichæum, Manicheos  
 quum eam coleret, quam tu propugnas,  
 opinionem. Tam arcta ergo copula, inter  
 se corporis effectio ac oblatio cohærent, vt  
 à se diuelli non possint. Cyprianus solen- *In Cœna.*  
 ni benedictione, verborumque pronuncia-  
 tione, creari quotidie corpus, sanctificari,  
 ac benedici diuidiq; docuit in Cœna: Hoc  
 probato, sacerdos verbo omnipotenti facit  
 corpus, atque offert, vt mandato Domini  
 pareat: Verùm quoniam ex hominum te-  
 iudicio ac auctoritate exemeris: tecum de  
 Apostoli sententiâ congrediar, vt ostendâ,  
 mandatum Apostolos habuisse corporis  
 faciendi:

faciendi: Calix (inquit) benedictionis quæ benedicimus nõne communicatio sanguinis est? Benedici poculum sine actione non potest: agit enim qui benedicit, fr̄q; benedictum quod benedictionem recipit: Vnde sequitur, è vino sanguinem fieri alioqui calicis benedictio esse non potest sanguinis communicatio, sed vini. Quum ergo vini poculum, adhibita benedictione fiat sanguinis Christi poculum: quid mirum est, si faciendi mandatum, ad demonstratam proximè substantiam applicuerimus: vt præscriptum esse à Domino iudicemus, corporis & sanguinis faciendi, antequam manducetur ac bibatur.

TOTIVS DISPENSATIONIS

*salutis nostræ memoriam in Cœna celebrari. Cap. II.*

**D**E memoriæ celebratione fuit deinde nobis negotium: Fratres tui ad passionis tantum memoriam, dictum Domini coarctabant: vt nihil extra passionem, memoria celebrandum edixerit Dominus: ego contrà contendebam, vim inferri verbis Dei, neque sic ea capi oportere, quasi præter passionem nihil esse memoria repetendum præscripserit, sed secundum

dum veterum sententiam, memoria corporis, incarnationē, omnemq; salutis dispensationem contineri, resurrectionem, atque aduentum. Adhuc rei confirmationem vsus sum Gelasij tui testimonio, quo tu Francisci Regis assensionem tibi concilias: Certē (inquit) imago & similitudo corporis & sanguinis Christi in actione mysteriorum celebratur: Sed si passionis solius memoria est, non corporis faciendi: non potest Gelasij sententia subsistere. Audi ergo quomodo corporis similitudinem, cū mysterio Cœnæ conferri posse intellexerim. Angeli nūtio, virgo Maria salutata, & benedicta, Spiritu Sancto in ipsam superueniente, eamq; virtute altissimi obumbrante, de Spiritu Sancto concepit, & verbum caro factum est: Sic verbis Christi Dei, ab ipso met pronunciatis, panis & vini creatura benedicta, fit corpus ac sanguis Domini. Item caro Christi, infusione diuinæ essentiae diuina effecta, vt in ea inhabitet plenitudo diuinitatis corporaliter, desinit esse communis. Ita tamen vt nihil eorum quæ homini accidere soleant, immutatum sit, sed peccato excepto, remanserit caro in suæ naturæ proprietate; id est, accidentibus:



N. VILLAGAGN. ADVERS.

tibus: Sic panis, infusione diuinæ essentiaë, impletur Spiritu Sancto, atq; transitione in diuinam substantiam, definit esse panis, sed fit corpus diuinum, tantum vt nihil earum rerum quæ pani accidunt, immutetur, sed remaneat in naturæ suæ proprietate, id est, proprijs accidentibus. Hæc memoria est corporis, quæ panis consecratione nobis obducitur: Insuper oblatione corporis & sanguinis consecrati, ac mutati, Christi agni mors annuntiatur (auctore Paulo) donec veniat. Lege enim, oblationem in sacrificium, necessariò mors insequitur. Hostiæ sacratæ fractio, ac manducatio, mortem etiam approbat. Præterea spes reditus, quam nobis excitat Paulus, donec veniat Dominus, resurrectionis fidem facit: Hostiam enim cæsam, nisi reuixerit, redire nõ posse cõpertum est. His auditis rebus, Apostolis tuis in mentem nihil venit, quo me ab hac fide deturbarent.

DE SANGVINIS EFFECTIO:

*ne mortisq; nunciatione.*

Cap. 12.

**S**UCCESSIMUS in huius verbi biberitis considerationem: similiter (inquit Paulus) & poculum postquam cœnauit dicens, Hoc  
pocula

poculum nouum testamentum est in sanguine meo, hoc facite quoties biberitis in mei memoriam. Quid (inquit) facietis in Christi memoriam? An putas Paulum docuisse, ut quoties sitis extinguendæ gratia, biberent Christiani, mortem Domini annuncient? Huius hæc sanè non potuit esse sententia, aliud ergo faciendum edixit: Præterea vis actiua huius verbi biberitis, aliquid bibendum poscit: non potest absolute capi: quid ergo bibetis? nunquid poculum sanguinis, virtute Spiritus sancti, in Christi corporis memoriam effectum? Hoc sanè rationem habet. Nam paulò post subiicit. Qui calicem Domini bibit indignè, iudicium sibi manducat & bibit: sanguinè ergo in sui memoriam, Apostolis faciendum Dominus imperauit, antequàm hunc biberent. Huius rei rationè exponit Apostolus dicens: Quoties enim biberitis hoc Domini poculum, mortem Domini annunciat; nisi ergo adhibita benedictione poculum, vi Spiritus Sancti (vti verbum caro factum est) in Christi memoriam efficiatur, huius potu, mors Domini non annunciat: Sed quare potu facti sanguinis, factiq; corporis manducatione, mors annun-

nunciatur, non potiùs vita quæ manducando fouetur ac producitur?

Id ei non erit intellectu difficile, qui ex superiori capite didicerit, quis sit calix Domini, & qua ratione id nominis habeat: quæ ue mensa sit Domini. Vt Paulus ostenderet quomodo de corpore Domini secundum carnem participetur, Israelitarum obduxit exemplum: Videte (inquit) Israel secundum carnem, nunquid qui Hostias edunt, participes sunt altaris? Ergo non secus corporis erimus secundum carnem participes (nam de Spiritu fide participatur induitur que non manducatur Christus) ac Israelitæ secundum carnem essent altaris participes. Deinde vt sententiam suam dilucidius aperiret, addidit, Quæ gentes immolant, dæmonijs immolant, non Deo, nolo vos communicantes esse dæmoniorum; Hoc dixit vt intelligatur sine immolatione, secundum carnem, corporis communicationem perficere non posse; Confirmationis loco subiicit. Non potestis calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum, non potestis esse mensæ Domini participes & mensæ dæmoniorum: Vtrumquæ; calicem vocat: si ergo calix dæmoniorum est, quia dæmonijs immolatus:

calix

calix & Domini dici debet, quia Deo immolatus: Si mensa & altare dæmoniorum dicantur quia immolationi dicata: mensa item Domini, non alia ratione dici debet, quàm quia sacrificio dedicata: Non hæc ergo fuit Apostoli sententia, vt Calix Domini dictus sit, quia in alium vsus immolatur quàm communis: sed quia Deo immolatus. Nam auctore Hilario: *De Trinitate lib. 8.* Omnis cõparatio ad intelligentiæ formã præsumitur, vt id de quo agitur, secundũ exemplũ propositum assequamur. Ergo secundum propositum exemplum assequimur, Paulũ calicem Domini vocasse, quia Deo, sanguine licet Ecclesia, alioqui nihil esse potest ab exemplo proposito alienius: nulla enim sacrificij & immolationis, ad rem non immolatam ratio, ac proportio est.

Ab his dictis docebimur, manducatione corporis immolati, eiusq; potu sanguinis, eo ipso, mortem Domini annunciari: non quòd adhibenda verba sint, aut elaboratæ vestræ in eam rē conciones, sed quia impossibile sit Hostiam manducari, bibique sanguinem immolatum, quin oblatio, morsq; huius annuncietur: Verbũ *καταγγιλλετε*, quò vsus est Apostolus, huic sententiæ nos con-

firmare potest: est enim modi indicatiui & temporis præsentis, quo nobis indicauit Apostolus, eo ipso (vtri supra demonstratum est) sanguinis immolati potu, mortem vel ab inuitis ac tacentibus quibuscunque annuntiari: non ergo à Ministri concione, verbisq̄ue pendet mortis annuntiatio, sed ab ipsius immolationis potu ac manducatione.

Hinc contra tuam traditionem concludo, affirmoq̄; præcepto Domini, poculum sanguinis, quo testamentum suum obsignauit Christus, & cuius in Cœna est communicatio, inuocatione verbi fieri oportere antequam bibatur. Item huius non solum secundum Spiritum, sed & secundum carnem fieri à nobis communicationem oportere, nec aliter quàm corporis manducatione ac sanguinis potu hanc fieri posse. Prætereà eo ipso vel à mutis mortem Domini annuntiari, quòd immolatus bibatur sanguis: Quare nullo modo à vobis annuntia-  
ri certum est.

SI PANIS QVEM FRANGI-

*mus corporis Dmmini figura sit, hunc  
non posse corporis esse participa-  
tionem, sed figuræ.*

**A**N sub specie panis Christi lateat caro,  
 ac sub vini specie, ipsius lateat sanguis  
 ex his Pauli verbis ostendi posse iudico. Ca-  
 lix benedictionis quem nos benedicimus  
 nonne communicatio sanguinis est? panis  
 quem frangimus nonne participatio cor-  
 poris Domini est? Nulla sanè potest secun-  
 dum hoc, inter sanguini- communicatio-  
 nem, poculumque benedictione sacratum,  
 intermitti differentia: nullæue inter corpo-  
 ris participationem, & quem frangimus pa-  
 nem interesse debet, sed corporis participa-  
 tio, est panis ipsissimus, vnaque cum pocu-  
 lo res, sanguinis est communicatio: non fi-  
 guratur: Ergo à panis, quem frangitis, ac ca-  
 lices vestri diffinitione, intelligemus, cuius  
 rei sit vobis communicatio, cuiusue corpo-  
 ris participatio: Certum est vini vestrum  
 esse poculum: panemque triticeum esse, eum  
 quem frangitis. Quum ita habeat non etiã  
 dubium est, non posse vestram participa-  
 tionem alterius esse rei quàm quæ à vobis  
 frangitur, contra Paulum à cuius sententia  
 dissidetis, quia vestra opinio in Ecclesiæ re-  
 ligatione non acquiescit, cibum poculumque  
 vestrum, à corporis & sanguinis Domini  
 disparatum diuersumque esse statuentes,

N. VILLAGAGN. ADVBR.  
vmbra pro veritate amplexati.

PANEM NON MAGIS PARTI-  
cipationis corporis figuram esse posse, quam  
simus unius panis figura, de uno eden-  
tes pane. Cap. 14.

QVum ergo panem corporis participa-  
tionem, ac poculum vestrum, sanguini-  
nis esse communicationem doces, quia ha-  
rum rerum figuram ac symbolum, hasque  
duxeris res disparatas esse, id si in tuam gra-  
tiam admiserimus, euadere non poteris, quin  
pro eo nobis dones, nos qui de vno pane  
participamus non posse vnum esse panem,  
sed huius signum ac figuram: ita enim no-  
stra in corpus vnum reductio, figurari a te  
debet uti a panis fractione corporis diuini  
participatio figuretur. Nam Paulo de vno  
edentes pane, vnus sunt panis, uti qui fran-  
gitur panis, diuini est corporis participatio:  
verbum enim substantiuum, utrobiq; suam  
seruat significationem: Sed Paulus a dæ-  
moniorum calicis exemplo, Hostiarumq;  
manducatione comprobatur: Calicem Do-  
mini non esse figuram sanguinis: Videte  
(inquit) Israel secundum carnem, nunquid  
qui Hostias edunt participes sunt altaris?  
Hæc

Hæc autem ineptissima esset comparatio, nisi secundum carnem & spiritum ita corporis Domini nõ huius figuræ essemus particeps, atque Israel, secundum carnem, & Spiritum, altaris fuit particeps: nisi que ita secundum carnem & spiritum, Hostias nostras non earum umbras manducaremus, ac Israelitæ manducabant. Hostia ergo vel secundum carnem vtraque esse debet, non huius figura, aut solum symbolum, alioqui ab equis (vt aiunt) ad asinos, similitudo procederet: Igitur si figura est panis quem edimus, non veritatis corpus, hic panis, corporis non potest esse participatio sed figuræ: nam huius rei est participatio cuius fractionem esse fatearis. Huic sententiæ subiecta verba, omnem adimunt dubitationem. Non potestis (inquit) calicem Domini bibere & calicem dæmoniorum: Si secundum carnem symbolicus est Dominicus calix, ac symbolicè bibitur: substantialiter autem Israeliticus calix, altaris est participatio & bibitur: nulla (vel à stultissimo) ineptior duci potuit comparatio: Item non potestis mensæ Domini esse particeps, & mensæ dæmoniorum: si nullam secundum carnem habeat mensam Dominus,



dæmones autem mensam habeant & altare: quorsum hæc participationis mensæ à Paulo facta memoria est? Sed si hac in re mensæ ad mensam nulla sit dissimilitudo, nec calicis ad calicem differentia esse potest: Si ergo (vt ad propositum redeat oratio) calix Domini, figura sit, non veritatis corpus, mensaq; altare non sit: dæmoniorum calix figura erit etiam non poculum: mensaq; non altare, sed altaris figura dici debet. Atque Hostiæ manducatio, non altaris erit participatio, sed huius rei figura cōtra Paulum dicenda erit.

## CORPORIS PARTICIPA-

*tionem per metonymiam pro ipso corpore uocari.*

Cap. 15.

**H**æc dicenti mihi noua emergit difficultas, participatio ac communicatio non consistunt substantia, sed in motu considerantur: nam participationis opus, motus est participantis: panis autem substantia est: nec propriè motus dici potest: non enim motus, sed corporea res frangitur, unde Paulus errasse dicendus sit docens, participationem esse panem quem frangimus: Contra hanc difficultatem, tuæ metonymiæ

miæ præsidio rationem, nostramque sententiam præmuniui: iudicavi participatio-  
nem à Paulo nõ pro motu, sed pro re cuius est participatio, acceptam esse, vt perinde dictum esse intelligatur, quum dixit Panis est participatio corporis, ac si dictum fuisset, panis est corpus cuius est participatio: & sanguinis communicatio, perinde ac si dictum fuisset, Calix sanguinis Domini res cuius est communicatio: vt pariter nobis necessariò transubstantiationem prædicauerit Apostolus, ac desitionem substantiæ panis, in carnem.

CIBVM ET POCVLVM GRATIARVM ACTIONIS & BENEDICTIONIS NOMEN SORTIRI PER METONYMIAM, QUOD UT BENEDICTIONIS IMMUTENTUR,

Cap. 16.

**H**OC exemplo panis & vinum aqua mixtum, Dei verbum percipiens (vt ait *Irenæus*) gratiarum actio corporis & sanguinis Domini: non quòd euanescant substantiæ, in motumq; desinant: sed quia vi verbi gratiarum actionis, substantiæ in carnem & sanguinem transeant, per metonymiam gratiarum actionis nomen obtinuerunt: Quemadmodum exemplo à te proposito,

sito, circuncisio fœderis nomen habet, quia  
 Iust. Mar. circuncisione fœdus initū sit. Iustinus Mar  
 in Apo. 2. tyr ευχαριστιδιδαμ τροφήν, id est cibum ( vt ita  
 loquar ) Eucharistia fatum nominauit, &  
 Irenæus creaturam in qua gratiæ actæ sunt,  
 alij cibum gratiarum actione consecratum  
 Eo modo, poculum est in sanguine testa-  
 mentum, non quòd in poculum dicatur te-  
 stamentum transubstantiatū esse, sed quia  
 sanguine suo Iesus Christus testamentum  
 (vt docet Tertullianus lib. 4. aduersus Mar-  
 cionem) ob signauerit: Item Petra Christus  
 dictus est, non quòd in petram transmuta-  
 tus, sed quia eius virtute aqua ex petra efflu-  
 xerit.

## CORPORIS PARTICIPATIO

*nem pro effectu capi non posse. Cap. 17.*

**S**I vt te hinc expedias, ad effectum suffu-  
 geris, velisq; participationem corporis,  
 pro participationis effectu capi: ad eas è qui-  
 bus es elapsus angustias, effectus diffinitio  
 te reuocat: is enim non est substantia: nec  
 panis substantia est panis effectus, quamuis  
 is effectus à pane procedat: nec sanè de pa-  
 nis effectu inter nos participamus, vt vnus  
 panis vnum corpus simus, sed de ipso pane  
 participamus: Nam quia secundum carnem  
 &

& spiritum vnus panis vnum corpus fumus  
 de vno pane, non de effectu itidem partici-  
 pamus. Præterea quoniam necessariò qui  
 de vno corpore communicant, id ipsum ef-  
 ficiuntur, si de effectu est participatio, in ef-  
 fectum, non in corpus euaderemus, in que  
 effectu maneremus, quum is in nobis ma-  
 neret; nam qui manducat carnem meam,  
 non dicit, effectum carnis, in me manet,  
 non in effectu, & ego in eo. Ex his rebus  
 concludo, participationem corporis per  
 metonymiam, pro re cuius est participatio  
 capi oportere: vti Eucharistia, ac eulogia  
 dicitur corpus & sanguis Domini: vnam-  
 que & eandem cum pane qui frangitur rem  
 esse: vt corpus Domini, desinat, id ipsum-  
 que efficiatur. Præterea hoc miraculum,  
 non sola fide, sed vera panis sanctificatio-  
 ne benedictioneque fieri: vt sine his re-  
 bus, corporis Domini participatio, sangui-  
 nisque communicatio existere non possit:  
 Præterea hoc nostrum mysterium, non so-  
 lum participationis ac communicationis fi-  
 nibus concludi ac contineri: sed etiam sa-  
 crificij, sic vt panis quem frangimus, tam sa-  
 crificium ac immolatio dici debeat, quàm,  
 quæ à Gentibus dæmonijs immolatur, Ho-  
 stia

stia dici possit; denique mensa dæmoniorum altare eorum est, sic mensa Domini, huius altare dici debeat: Consequenter errare qui panem nostrum, id est corporis participationem, sanguinisq; communionem, figuram, non veritatis essentiam nuncupant: ac profitentur sacramentaliter, id est figuratè solùm, non secundum substantiam, aliena specie, in Cæna obiectum corpus esse Domini. Nam qui figuratè solùm, non naturaliter ac substantialiter in sacramento, ac ex Sacramento corpus se sumere existimant, re vera corpus se manducare dicere non possunt, sed phantasticè ac imaginariè; quod enim in figura est, verè realiterq; esse non potest: Paulus etiam sacrificium nostrum his verbis ostendit ἡ παραζήλοῦμι τὸ ῥ. κ. ῥ. ῥ. : nam zelo affici non deberet Dominus ab honore dissimili, si nostra mensa non esset sacrificio destinata, nec quereretur Paulus, quòd honorem Deo dignum, dæmonijs impertiremus: de mensa autem, non effectu animoq; solo loquitur Paulus.

PER FIDEM HOMINIS SOLAM absq; corporeo ministerio, nos in Christi carnem conuerti non posse.

**T**Vi clientes nos ferre non potuerunt  
 intelligentes, secundum carnē in Cœ-  
 na, de Christi corpore participari oportere,  
 mihiq; illudebant quum exemplo Euæ  
 ac Adami ex Pauli ad Ephesios sententia  
 nostram copulationem intelligi debere cō-  
 tenderem: Catechismi q; tui sacrosanctis  
 verbis me summo uebant, vbi doces: *Communi-  
 onis nostræ mysterium, Euangelij prædicatione,  
 fide uestra interposita confici, reiecta corporali  
 substantiarum coniunctione.* Hæc audiens ex il-  
 lis quæsiui, hoc Sacramentum, tanto studio  
 à Paulo commendatum, essetne imaginari-  
 um: Esse negantes deinde interrogauit,  
 quomodo id accidere arbitrarentur: Rur-  
 sus, vbi opera Spiritus Sancti, id fieri respō-  
 dissent: quæsiui, si ad hoc miraculum reue-  
 ra nihil nisi Spiritū ac fidei manducationē  
 attuleritis, quomodo Apostoli, ad quos  
 nondum Dominus Spiritum miserat, caro  
 Domini effecti fuerint, aut quomodo vos  
 caro ex eius carne, os ex eius ossibus efficia-  
 mini, nunquid eo modo id credatis effici,  
 quo verbum caro factum sit? An verò sine  
 verbo, Spiritus in carnem uestram effusio,  
 absq; diuinæ carnis interuentu efficiat, vt  
 caro uestra in carnem Christi, locorum (vt  
 ais)

ais) interuallo à vobis distantem, inferatur, aut mutetur? Huius rei Apostolis tuis nullam rationem aut modum ineuntibus, ostendi neutrum horum accidere. Nam si eo modo, quo verbum caro factum sit, id est Spiritu, verboque intercedente, intellexeritis vos, carnem Domini fieri, erratis, Spiritus enim caro vestra potius fieret, uti verbum caro factum est, aut vos in Spiritum euaderetis, quo stultius ad corporis immortalitatem excogitari nihil posset; præterea ad verbum Domini, angelum quoque eius, intercedere ad hoc miraculum oporteret, uti accessit ad incarnationem verbi: nam vix mihi persuadebo, hanc vim fidei vestræ à Deo tributam esse, ut possit vitam Domini, re vera existentem in eius corpore, ad dexteram Patris sedente, educere ut simul absens à Cæna vestra sit substantialiter, & præsens spiritualiter, id est, non essentialiter & verè: nam Spiritus vitæ non est nobis à Christo sine carne sua promissus. Quum ergo à Cæna, diuinæ carnis præsentiam ablegetis, & proscribatis, effici non posse affirmavi, ut caro vestra cum ea coniungeretur, quam minimè contingat: nec obstare quòd per fidem operationis

rationis Dei, corpus Domini effici te posse putes absque corporea manducatione, sicuti per Baptismum in mortem, similitudini mortis complantamur & sepeliamur: non enim magis operatur fides in sacramento corporis, quàm Baptismatis: & uti sine corporeo lauacro fides operationis Dei, non tibi præstat quod Baptismo consequeris: sic nec ipsa tibi dabit, quod manducatione consequi debeas. Præterea adductus tuæ traditionis auctoritate, id accidere negavi posse: quum ad carnis diuinæ manducationem solas animas admittas, hinc corpora submoueas, ac expellas: quamobrem si Spiritus illa vestra manducatio, hanc vim conuersionis, aut unio nis secum habet coniunctam aut insitam: carnem Christi in animam inferi potius, aut animam in carnem eius existimarem: Item si huic opinioni tuæ diffusus, à manducatione animam cœperis excludere, atque in eius rei vicem, Spiritus infusionem introduxeris, spiritum vos fieri decet: nam auctore Domino ex Spiritu caro non nascitur, sed Spiritus. Hinc persuasum habeo vestram insitionem, aut corpoream conjunctionem, ossiumque cum ossibus



bus compositionem, esse imaginariam ac phantasticam, depromptam ab ideis Riche-  
rianis aut Platonis.

His rebus examinatis, superest, ut quorundam Patrū sententias excutiamus, quibus tui discipuli gravissimè nos ad eleuandam transubstantiationis fidem, & ad tuam significationem asserendam, oppugnant.

Imprimis Irenæi (quòd eo auctore me plurimum delectari intelligerent) auxiliū accersuerunt: sed suppressa ea doctrinæ parte, quam contra vos pugnare perspexerant, Panis (inquiunt) communis percipiens uocationem Dei, fit Eucharistia, duabus rebus constans, terrena & cœlesti. Ex his verbis Irenæū docuisse coniectura prosequuti sunt, Eucharistiam verbo non mutatam esse, sed terrenam panis substantiam, integram manere, eamq; vobis indicare animæ vestræ, cœlestem cibum esse Iesum Christum. Sed ut huius coniecturæ vanitas appareat: integram viri sancti sententiam appingemus: hac lege, ut si velitis eius assentiri religioni, & doctrinæ, atque ex ea me expugnaueritis, sententiam obtineatis: Is Valentini refellebat Hæresim, carnis salutem abnegantis,

tis, & animam carne Christi cœlesti in spem  
vitæ æternæ educari affirmantis.

## IRENAEVS DOCET COR-

*pōra non animas ali carne & sanguine*

*Domini. Cap. 19.*

**I**Lle verò ali non animas solas, carne Chri-  
sti & sanguine materiali, sed homines o-  
stendit: vnde fieri non posse colligit, vt cor-  
pora videant interitum: Huius verba sunt  
hæc. Offerimus autē Christo, quæ sunt eius  
congruenter communicationem & vnita-  
tem prædicantes, carnis & spiritus. Si Eucha-  
ristia diuinitate vacua sit, sed sola constet  
terrestri substantia, quomodo corpus Chri-  
sti, re terrena, cœlestiq; consistere, prædica-  
re poterit? earumque rerum vnitatem com-  
probare? Prolequitur. Quemadmodū enim  
qui à terra est panis, percipiens inuocatio-  
nem Dei, iam non communis est panis, sed  
Eucharistia duabus rebus constans, terrena  
& cœlesti, sic corpora nostra percipientia  
Eucharistiam, iam non sunt corruptibilia  
spem resurrectionis habentia.

## QUOMODO INTELLIGI

*debeat Irenæi de Eucharistia sen-*

*tentia. Cap. 20.*

Y

Vbi

**V**bi (inquit) panis perceperit verbum  
 Dei, definit esse panis communis. Er-  
 go essentia diuinæ, infusione, ac perceptio-  
 ne, panis quod erat, esse desijt, resq; noua fa-  
 ctus est: Mutatur ergo panis, in id quod esse  
 cœpit, atque hoc modo à priore substantia,  
 in diuinam transit: vt vbi priùs sola terrena  
 substantia constaret, post mutationem dua-  
 bus substantijs, terrena & cœlesti consistat.  
 Hæc autem terrena materia, qua post verbi  
 perceptionem panis consistit, eâne est qua  
 præditus erat ante ipsam verbi perceptio-  
 nem? vt additione, verbiq; perceptione,  
 nunc constet illa propria vetere natura, ei  
 addita cœlesti? Si ita est, panis non desijt ef-  
 se communis. Nihil enim accessione verbi,  
 ab eo detractum, aut immutatum est. Sed  
 communis existens ea creuit accessione.  
 Quòd si hac tantùm ratione quòd creuerit,  
 hunc esse communem desiuisse putetis, ex-  
 pedite mihi quomodo fieri possit, vt res  
 prophana, id est panis materia, diuinitatem  
 ferre possit, vt communionem ipsius diuini-  
 tatis, diuina non efficiatur, sicuti caro, quæ  
 ex Maria Virgine, diuina facta est. Hoc si  
 probare non possitis, Ecclesiæ aduersari de-  
 finite, docenti Eucharistiæ substantiam,

non

non esse panem, sed fieri diuinam verbi car-  
nem.

VERBUM DOMINI CITRA

*carnem uerbi, manducari non posse.*

Cap. 21.

SI Irenæum docuisse non intellexeritis, di-  
uinam essentiam, in Sacramentum infun-  
di, sed seorsum ab ipso, ab anima verbum co-  
medi, vnà quum panem corpus manducat:  
deleat, hoc vocabulum, duabus rebus con-  
stans. Nam si seorsum à pane, verbum Dei  
manducetur ab anima, Eucharistia eo ipso  
vacua, hoc non poterit cōstare. Si enim ver-  
bo constiterit, ipsum verbum, tam pars erit  
Eucharistiæ, quàm res terrestris: Addam  
quoque vos in blasphemiam maximam in-  
currere, si putetis ab anima vestra verbum  
vitamque, seorsum à corpore Domini man-  
ducari: Christum enim soluitis, atque ani-  
mam vestram beneficio passionis excludi-  
tis, quæ non edat corpus passum. Caro enim  
non autem diuinitatis essentia, quæ in car-  
ne est, passa est.

SI EUCCHARISTIAE SVBSTAN-

*tia non transeat in Diuinam, cam  
tribus rebus constare.*

Cap. 22.

X 2

Quòd

**Q**uòd si verbi essentiam à carne non excludatis: sed corpus integrum in pane edi contendatis, eaq; ratione Eucharistiam corpore Domini constare dixeritis, quòd corpus Domini cum pane integro cohaereat, tribus rebus cõstabit Eucharistia contra Irenæum, propria terrena substantia, & corpore Domini duabus rebus constante, terrena Maria virgine, & cœlesti verbo Dei.

PANEM IN QVO GRATIAE

*actæ sunt esse corpus Domini.*

Cap. 23.

**V**Na mihi res, documento est, Irenæum credidisse, panis materiam in carnem, vinumq; in sanguinem Domini mutari: quòd omnibus locis, corpora nostra ali, augeri, carneq; & sanguine Domini subistere affirmarit: vt loco paulò suprâ à nobis enarrato videri potest. Quomodo autem  
 „ constabit eis, eum panẽ, in quo gratiæ actæ  
 „ sunt, esse corpus Domini, & calicem sangui-  
 „ nis eius, si non ipsum fabricatoris mundi fi-  
 „ lium dicant, id est verbum eius, per quod  
 „ lignum fructificat, defluunt fontes, & dat  
 „ primùm quidem scenum, pòst spicam, dein-  
 „ pe plenum triticum in spica? Quomodo  
 autem

autem rursus dicunt carnem in corruptio-  
nem devenire, & non percipere vitam, quæ  
à corpore Domini & sanguine alitur? Vir  
Sanctus panem corpus Domini non magis  
significare, vinumque sanguinem asserit,  
quàm in remedium immortalitatis, vero  
corpore & sanguine Domini, nostra corpo-  
ra consistere aliq; doceat. Paulò post, ergo,  
aut sententiam mutant, aut abstineant offe-  
rendo quæ prædicta sunt. Nostra autem est  
consonans sententia Eucharistiæ: & Eucha-  
ristia rursus confirmat nostram sententiã.  
Offerimus enim quæ sunt eius, congruen-  
ter communicationem prædicantes carnis  
ac Spiritus. Quum Ecclesia offerri Domi-  
no quæ sunt eius demonstrat, panem & vi-  
num aut eorum speciem non intelligit, sed  
corpus & sanguinem. Item si seorsum à pa-  
ne Christi diuinitas percipitur, hæcque non  
insit in Sacramêto corporaliter, eueniet vt  
aut Sacramento, non prædicetur carnis &  
spiritus cõmunitas, aut falsum sit in Christi  
carne diuinitatem corporaliter inhabitare.

Vides ergo eo ipso gladio in Ecclesiam à  
te destructo, tuam suffodi cõficique doctri-  
nam. Nam gratiarum actione, panis, corpus  
Domini fieri ostenditur, ipsumque ab Eccle-

N. VILLAGAGN. ADVER.

fia sub speciebus offerri, humanamq; carnē  
 ali oblato corpore & sanguine. Et non se-  
 cus in Christo incarnato, carni diuinitatem  
 vnitam esse, quàm in Sacramento res terre-  
 na cum cœlesti cohæreat. Tandem conside-  
 remus quid Eucharistiæ vox significet: Pa-  
 nis (inquit) communis esse desinens, fit Eu-  
 charistia corporis & sanguinis: quid ergo  
 fit? Vt Latinè loquamur fit actio gratiæ  
 Dei omnipotentis: Paulus hanc eandem  
 εὐλογία, id est, benedictionem vocat: Panis er-  
 go tua cõfessione fit actio opusq; Dei: quo-  
 modo autem intelligemus panem exinani-  
 ri, vt in actionis motum desinat? actio e-  
 nim motus est, non substantia. Hunc in  
 errorem te credo non incitabis, vt id putes.  
 Sed quòd panis communis, naturæ opus es-  
 se desinens diuinæ gratiæ opus esse inceperit:  
 verbi (vt ait Cyprianus) omnipotentia  
 superueniente. Secundum hæc Eucharistia,  
 id est, actio gratiæ, nomen est substantiuū,  
 non est verbale, & pro re cuius est opus &  
 actio, ab Irenæo sumitur. Vti apud Paulum  
 panis quem frangimus, corporis Domini  
 participatio, & Calix benedictionis, com-  
 municatio est sanguinis, & salus, iudicium,  
 vita, resurrectio, redemptio, pro re ac cor-  
 pore

pore cuius ij sunt effectus accipiuntur: sic & testamentum calix dicitur, quia potu sanguinis obsignatum est: oblatio ac sacrificiū pro re in sacrificium æternum data, ac oblata: & apud vetustos Ecclesiæ scriptores Sacramentum corporis, pro re (cuius est sacrificio) aliena sub specie latente, in incarnati Dei sub cōmunis carnis specie latentis memoriam (vt ait Cyprianus) accipitur: Iustinus martyr & gratiarum actionem, & cibū (si ita loqui liceat) Eucharistizatum, id est, actione gratiarum affectum, vocauit.

OFFERRI DEO CORPVS IE-  
su Christi ab Ecclesia iussu Domini.

Cap. 24.

**S**Vam sententiam Irenæus 32. cap. 4. lib. cc  
multò manifestiùs ostendit. Sed suis discipulis dans consiliū, primitias offerre Deo ex suis creaturis, non quasi indigenti, sed vt ipsi nec infructuosi nec ingrati sint: eum qui ex creatura panis est, accepit, & gratias egit dicens, Hoc est corpus meum, & calicē similiter, qui est ex ea creatura, quæ est secundum nos, suum sanguinem confessus est, & noui testamenti nouam docuit oblationē, quam Ecclesia ab Apostolis accipiens in vniuerso mundo offert Deo. Non potest hæc



sententia in corporis significationem detorqueri: Hac enim planum fit, Dominum, creaturam vini post verbi perceptionem, suum sanguinem confessum esse, nouique testamenti nouam oblationem docuisse. Ex quo mihi mirum est, te pudore non affici, quum huius viri sanctissimi, & orthodoxi auctoritate, Ecclesiam oppugnas. Is similiter mixturam calicis, quam tanto odio pro-

*Lib. 5. ca. 1.* sequeris, tuetur vehementissimè, Ebioneos  
 » hac re confutans: Vani autem (inquit) &  
 » Ebionei, vnitionem Dei & hominis, per fidem non recipientes in suam animam, sed  
 » in veteri generationis perseverantes fermento, reprobant itaque hi mixturam vini  
 » cœlestis, & aqua sola secularis volunt esse;  
 » non recipientes Deum ad commixtionem  
 » suam: Vide carnem diuinitati Christi non  
 » minùs vnitam esse, quàm aqua vino permixta fit. Paulò pòst: Et quoniam membra eius  
 » sumus, & per creaturam nutrimur, creaturam autem nobis præstat solem suum oriri faciens, & pluens quemadmodum vult, eum  
 » calicem qui est creatura, suum esse sanguinem confirmauit, ex quo nostra auget corpora. Vide secundum carnem, corpore Domini, nostra ali augeri que corpora. Quando

do ergo & mixtus calix, & factus panis, per-  
 cipit verbum Dei, fit Eucharistia sanguinis  
 & corporis Domini Iesu Christi; ex quo au-  
 getur & consistit carnis nostræ substantia.  
 Lege Eucharistiam fieri: Non autem fit pa-  
 nis: Aliud ergo quàm panem fieri necesse  
 est, vt Eucharistia facta esse dicatur: Sequi-  
 tur, Quomodo carnem negant capacem esse  
 donationis Dei, qui est vita æterna, quæ  
 sanguine & corpore Christi nutritur. Con-  
 sidera vtrumq; à te negari, quod hic aceri-  
 mè propugnat, creaturam qua viuunt cor-  
 pora, fieri corpus, & sanguinem Christi: ex  
 quibus nostra corpora augentur & consi-  
 stunt. Prætereà vide mixturam calicis ap-  
 probari, carnemq; nostram æterna vita, quæ  
 est corpus pro nobis passum, in spem resur-  
 rectionis, ali.

AB APOSTOLICARVM EC-  
 clesiarum obseruatione sacrificium  
 Ecclesiæ probari.

Cap. 25.

Hanc porrò esse Ecclesiæ incorruptæ fi-  
 dem multis locis attestatur, vt lib. 4.  
 cap. 64. Agnitio vera est, Apostolorum do-  
 ctrina & antiquus Ecclesiæ status, in vniuer-  
 so mundo, & caractere corporis Domini,

7  
 22 secundum successiones Episcoporum, qui  
 22 bus illi eam, quæ in vnoquoq; loco est, Ec-  
 22 clesiã tradiderunt, quæ peruenit vsq; ad nos  
 22 custodita sine fictione, scripturarũ tractatio  
 22 ne plenissima. Nota ab Eucharistia caracte-  
 22 re corporis Domini, religionis integritatẽ  
 22 approbari, & quid sit character considera-  
 22 Item lib. 3. cap. 2. Quum autem ad eam ite-  
 22 rum traditionem, quæ est ab Apostolis, quæ  
 22 per successiones presbyterorũ in Ecclesijs  
 22 custoditur, prouocamus eos, qui aduersan-  
 22 tur traditioni. Item cap. 3. Traditionem ita-  
 22 que Apostolorum in toto mundo manife-  
 22 statam, in Ecclesia adest perspicere omni-  
 22 bus, qui verã velint audire, & habemus an-  
 22 numerare eos qui ab Apostolis instituti sũt  
 22 Episcopos in Ecclesijs, & successores eorum  
 22 vsque ad nos: Sed quoniam valde longum  
 22 est, in hoc tali volumine, omnium Ecclesia-  
 22 rum enumerare successiones, maxime & an-  
 22 tiquissimæ, & omnibus cognitæ, & glorio-  
 22 sissimis duobus, Petro & Paulo Romæ fun-  
 22 data & constituta Ecclesiæ, eam quam ha-  
 22 bet ab Apostolis traditionem, per successio-  
 22 nes Episcoporum peruenientem vsque ad  
 22 nos indicantes, confundimus eos omnes,  
 22 qui quoquomodo, vel per sui placentiam  
 malam,

malam, vel vanam gloriam, vel per cœcitate<sup>cc</sup>  
 tem, & malam sententiam, præterquam<sup>cc</sup>  
 oportet, colligunt: Ad hanc etiam Eccle<sup>cc</sup>  
 siam propter potentiorē principalita<sup>cc</sup>  
 tem, necesse est omnem conuenire Eccle<sup>cc</sup>  
 siam, hoc est eos qui sunt vndique fideles: <sup>cc</sup>  
 in qua semper ab his qui sunt vndique <sup>cc</sup>  
 consecrata est, quæ est Apostolis tradi<sup>cc</sup>  
 tio. Fundantes igitur & instituentes bea<sup>cc</sup>  
 ti Apostoli Ecclesiam Lino Episcopatum <sup>cc</sup>  
 administrandum Ecclesiæ tradiderunt. <sup>cc</sup>  
 Huius Lini Paulus in his quæ sunt ad Ti<sup>cc</sup>  
 motheum epistolis meminit. Successit ei <sup>cc</sup>  
 Anacletus, post eum tertio loco ab Aposto<sup>cc</sup>  
 lis Episcopatum sortitur Clemens. Clemen<sup>cc</sup>  
 ti succedit Euaristus. Euaristo Alexander: <sup>cc</sup>  
 Ac deinceps sextus ab Apostolis constitu<sup>cc</sup>  
 tus est Sixtus, ab hoc Thelesphorus, qui <sup>cc</sup>  
 etiam gloriosissimè martyrio finiuit vitam <sup>cc</sup>  
 Deinceps Iginus. Post Pius, post quem Ani<sup>cc</sup>  
 cetus. Quum autem Aniceto successisset <sup>cc</sup>  
 Soter, nunc duodecimus ab Apostolis loco <sup>cc</sup>  
 Episcopatum habet Eleutherus. Hac ordi<sup>cc</sup>  
 natione & successione, ea quæ est ab Apo<sup>cc</sup>  
 stolis Ecclesiæ traditio, & veritas, & præco<sup>cc</sup>  
 natio, vsque ad nos, & est hæc plenissima <sup>cc</sup>  
 ostensio vnā & eandem viuificatricem <sup>cc</sup>

fidem esse, quæ in Ecclesia ab Apostolis vsque nunc sit consecrata & tradita in veritate. Quum hunc ex Apostolorum traditione, panem fieri corpus Domini docere videas: hoc etiam corpora nostra pasci: præceptum Apostolis à Domino datum corporis offerendi, ne infructuosi, & ingrati sint, viniq; miscendi. Noli hanc à natura tributam tibi dicendi facultatem, huc conferre, ac insumere, vt orationis artificio & viribus, aut exquisitis verborum illecebris, incautos irretias: vt ab Apostolica doctrina deducas: noli aliorum synceram viri sanctissimi fidem, & religionem interpretari, atque ab eo enunciata sit. AEquum est te huius auctoritatem approbare, quem in testem accersis.

QVOD TERTVLLIANI TESTIMONIO non bene utantur Calviniani ad suam doctrinam. Cap. 26.

Lib. 4. aduersus. **T**ertullianum in Ecclesiam etiam ad tuum commentum confirmationem promoues: Huic vtinam fidem adhibeas. Quantum ad me attinet, tibi spondeo, si huius iudicio stare consenseris, me ab eius sententia minime prouocaturum. Vnum huius dictum in vestram rationem inflectitis, concisum, & di-

distortum, vt à lectoribus agnosci non possit. Hoc est (inquitis) corpus meum, id est, figura corporis mei. Hoc qui legit solum, nihil habet quod aduersus possit obducere. Sed qui plenam auctoris sententiam legerit, & perspexerit, laqueos vestræ traditionis facile declinabit.

## DE VETERIS TESTAMENTI

*figura Tertullianum loquutum esse, non de Eucharistia. Cap. 27.*

**F**alsas Marcionis antitheses, Tertullianus hoc loco refutat, is in nouo testamento inesse nihil, quod vetere non fuerit adumbratum ostendit, & panem, vnam ex figuris fuisse, quam in Cœna Dominus impleuerit vt superiori eius oratione verbis expressissimis declaratur. Huius verba subiecimus. Nam ex tot festis Iudæorum, Paschæ diem elegit. In hoc enim Sacramentum pronunciarat Moses: Pascha est Domini. Ideo & affectum suum ostendit, concupiscentia concupiui manducare hoc Pascha vobiscum, antequam patiar. O legis destructorem, qui concupierat etiam Pascha obseruare, nimirum veruecina illum Iudaica delectaret? An ipse erat qui tanquam ovis ad victimam adduci habens, & tanquam ovis coram ton-

dente,

dente, sic os non aperturus, figuram sanguinis sui salutaris implere concupiscebat? Quum Tertulianus Dominum affirmet, in Cœna sanguinis sui salutaris figuram impleuisse, quomodo vinum sanguinis esse figuram dicere potuit? nam figuræ complementum simul, & figura esse non potuit. Paulò post, Professus itaque se concupiscentia concupiuisse edere Pascha, vt suum inquit (Indignum enim erat vt quid alienum concupisceret Deus) acceptum panem & distributum discipulis, corpus suum illum fecit. Poterisne ex his verbis concludere, & assequi iudicio, hunc panem distributum, non nisi esse panem credidisse, quum dicat, effectum esse à Domino corpus suum, vt Pascha, non autem veruecinam manducaret? Sed verba hæc sequentia, te in figuræ opinionem inducunt, dicendo, Hoc est corpus meum, id est, figura corporis mei.

## CASVM NOMINATIVVM PRO

*ablatiuo absoluto à Calvinianis usurpari*

*in sententia Tertulliani. Cap. 28.*

**E**Xponis hoc vocabulum (figura) nominativum casum occupare, cum sit ablativus absolutus, quasi dixisset, è figura corporis mei est corpus. Hæc sunt Tertulliani

vera

verba: Figura (inquit) non fuisset, nisi veri-  
 tatis esset corpus. Vide cuius temporis hæc  
 verba sunt: nisi prius panis figura fuisset,  
 nunc non esset veritatis corpus. Si nunc sit  
 veritatis corpus, definit esse quod fuerat.  
 Paulò pòst: Cur autem panem corpus suum  
 appellauerit, & non magis peponem, quem  
 cordis loco Marcion habet, non intelligens  
 veterem istam figuram corporis Christi, di-  
 centis per Hieremiam. Aduersus me cogi-  
 tauerunt cogitationes, dicentes: Venite  
 conijciamus lignum in panem eius scilicet  
 crucem in corpus eius. Itaque illuminator  
 antiquitatum, quid tunc voluerit panem si-  
 gnificasse, satis declarauit, corpus suum vo-  
 cans panem. Christum antiquitatum illu-  
 stratorem vocat, non figurarum nouatorè,  
 eumq; ostendisse docet, cuius rei antiqui-  
 tus panis figura fuerit.

## NOVVM TESTAMENTVM

*sanguine Christi obsignatum docet Tertul-  
 lianus, atq; sanguinem in uino  
 consecrari. Cap. 29.*

**V**T Tertullianus testatiorem nobis suã  
 sententiã relinqueret, subiecit. Sic &  
 in calicis mentione testamentũ constituens  
 sanguine suo obsignatum: Testamentum  
 (in-



(inquit) sanguine obsignatum: Quid tibi videtur Caluine doctissime? nunquid orationis artificio poteris nobis illudere: vt credamus testamentum figura, & signo sanguinis obsignatum esse, non sanguine: Sed insequens auctoris oratio, tibi ad eam rem impedimento esse poterit, nisi doctissimis rationibus instructus accesseris. Huic enim sententiæ subiungit, substantiam corporis sui confirmavit. Vinum autem corporis diuini substantiam confirmare nõ potuisset. Quid enim est vino ad corpus? Addit Paulò pòst. Vt autem & veterem sanguinis figuram recognoscas, aderit Esaias, Quis (inquit) aduenit ex Edom, rubor vestimento: rum eius ex Bosor: sed decorus in stola violenta, cum fortitudine. Quare rubra vestimenta tua & indumenta sicut de foro torcularis pleno conculcato? Multò manifestius Genesis in benedictione Iudæ: ex cuius tribu carnis census Christi processurus, iam tunc Christum in Iuda delineabat: Lauabit (inquit) in vino stolam suam, & in sanguine vuæ amictum suum, stolam & amictum carnem ostendens, & vinum sanguinem: ita & nunc in vino sanguinem consecrauit, quem tunc in vino figurauerat. In  
verba

verba hæc animum intende : Sanguinem  
 consecrauit quem tunc in vino figurauit,  
 non dixit vinum consecrauit, sed sangui-  
 nem. At quomodo factum id fuisse putas, ni-  
 si sub vini specie, sanguis benedictione fa-  
 ctus sit? Cæterùm qui dicit, quem tunc in  
 vino figurauit, vultne ostendere præsen-  
 tem etiam figuram? qui potuit apertiùs suã  
 sententiam & religionem ostendere cum  
 Ecclesiæ religione conuenire?

CARNEM NVTRIRI COR-

*pore Domini docere Tertullianum.*

Cap. 30.

**V**ideamus ex eo, quod alibi dixerit, an si  
 bi semper constiterit : orationem do-  
 minicam explanans : Panem nostrum quo-  
 tidianum (inquit) sermonem Dei viui, qui  
 de cælo descendit, tum quod & corpus eius  
 in pane censetur, Hoc est corpus meũ. Post,  
 Destationibus verba faciens : Non putant  
 plerique sacrificiorum orationibus inter-  
 uenire, quod statio soluenda sit, accepto cor-  
 pore Domini. Vide an sacrificium Domini,  
 vocet signum corporis : vt non ambiguum  
 sit, se de Eucharistia loquutum esse, sacrifi-  
 cij & corporis mentionem habentem, sub-  
 didit, Ergo deuotum Deo obsequium re-  
 soluit

" soluit Eucharistia, an magis obligat? nonne  
 " solénior erit statio tua, si ad aram Dei stete-  
 " ris? accepto corpore Domini, & reseruato,  
 " vtrumque saluum est, & participatio sacri-  
 " ficij, & executio officij. Sacrificij participa-  
 " tionem esse cum corporis participatione  
 " eandé asserit: Alibi Caro (inquit) corpore &  
 " sanguine Christi alitur, vt & anima de Deo  
 " saginetur. Pluribus alijs locis ostendi po-  
 " test, hunc à te diuersam omnino habere de  
 " Eucharistia sententiam, quos breuitatis cau-  
 " sa prætereo.

De Resur-  
rect. car.

### SI SPIRITVALITER ET NON

*corporaliter Christus editur, eum pas-  
 sum esse spiritualiter.*

Cap. 31.

SInos spiritali tua corporis mâducatio-  
 " ne vrgerere perseueres, nobis suspicionem  
 " mouebis, te quoque credere, Iesum Chri-  
 " stum, passum esse spiritualiter, non re vera:  
 " vt veritas figuræ respondeat. Nam figuræ  
 " reuera & corporaliter manducata, spiritua-  
 " lem veritatis manducationem non figura-  
 " bant: sed realem, alioqui non re vera manna  
 " comedi debuit, sed spiritualiter: non re ve-  
 " ra agnus transitus, & panes azymi comedi,  
 " sed spiritualiter. Eo enim modo edi debet

veris

veritas, quo figura: vt veritas cum figura conueniret, secundum Tertulliani sententiam in sua carnis resurrectione. Non magis necessarium fuit re vera Hostiam pro peccato interfici, quàm offerri ac manducari, vt sacrificij fiat participatio. Si ergo intellectu, non re vera manducata sit, non re vera mactationem factam esse concludes.

FRVSTRA CALVINVM CYPRIANI testimonium citasse. Cap. 32.

**N**E ab Ecclesia disidere iudicaris, tuam significationem statuens tibi Cypriani sententiam epist. ad Magnum accommodas: Hic si tibi æquè acceptus esset, atque mihi est, eo iudice litem nostram dirimi non detrectares. Hęc verba sunt quæ tu pducis: Quando Dominus corpus suum panem vocat, de multorum granorũ adunatione con- gestum, populum nostrum, quem portat, in- dicat adunatum, & sanguinem suum vinum appellat, de botris, atque acinis expressum, gregem item nostrum significat commix- tione adunatæ multitudinis adunatum. Ex his verbis Cyprianum in ea fuisse sen- tentia concludis, vt Eucharistia nihil esset, nisi signum, & figura corporis Domini.

N. VILLAGAGN. ADVER.

Quoniam libro superiore huic loco satisfacimus, non multis verbis lectorem detinebo.

GRANORVM CONTVSORVM

*reali commixtione, non spiritali, realem substantiæ nostræ cum Christo mixturam realiter significari.*

Cap. 33.

**H**Oc solum opponam, si hæc granorum commixtio, sit membrorum Christi corporalium, in vnum corpus compactorum exemplar, Cur eam nostram vnitatem nexu Spirituali constare tradis? Reali potius substantiarum commixtione constare deberet, vti realis est granorum contusorum mixtura. Quum ita sit, quumque Sacramentum, non solum nostram communionem significet, sed hæc, Eucharistiæ manducationis opera, perficiatur: esse corpus Domini dicenda est. Cæterum si granorum mixtura, nostræ cum Christo in vnum corpus copulationis figura sit, ad hanc figurandam, mutatione vestra Sacramentali nihil est opus: hoc enim tam extra Cœnam, quam in Cœna significat panis.

*cio corporis Domini Cypriani sen-  
 tentia. Cap. 34.*

**N**E quid ambiguitatis ad Cypriani reli-  
 gionem adhæreat, eius doctrinam hîc  
 subscribam, quo auctore te erroris conui-  
 ctum iri spero. Tu epist. ad Magnum nos op-  
 pugnas; ego tecum epistola ad Cœcilium  
 congregiar, qua suam fidē docet apertiùs.  
 Hîc videbis, Cœnæ sacrificium, esse & cor-  
 pus & sanguinem Domini: Vinum offerri  
 non debere, nec posse, nisi aqua misceatur.  
 Hoc homines, non animas solas ali corpore  
 Domini: Scripsit aduersus Aquarios, id est  
 eos qui sobrietatis specie, aquam solam of-  
 ferebant: huius hæc verba sunt: Calix qui  
 in commemorationem eius offertur, mix-  
 tus vino offeratur. Nam quum dicat Chri-  
 stus: Ergo sum vitis vera, sanguis Christi  
 non aqua est vtique, sed vinum; Attende  
 sanguinem ex percusso latere vitis verè es-  
 se vinû: Item nec potest videri sanguis eius  
 quo redempti & viuificati sumus in calice,  
 quando vinum desit calici, quo Christi san-  
 guis ostenditur. Hîc ostendi & videri san-  
 guinem dicit in calice, quo redempti & vi-  
 uificati sumus, non significari. Paulò post.

In sacerdote Melchisedech sacrificij Domini  
 Sacramentum præfiguratum videmus:  
 secundum quod scriptura diuina testatur  
 & dicit, Melchisedech, Rex Salem protulit  
 panem & vinum. Fuit autem sacerdos Dei  
 altissimi, & benedixit Abraham: Paulò pòst.  
 Nam qui magis sacerdos Dei sumus, quàm  
 Dominus Deus noster Iesus Christus, qui  
 sacrificiũ Deo patri obtulit: & obtulit hoc  
 idem, quod Melchisedech obtulerat, panẽ  
 & vinum, videlicet corpus & sanguinem:  
 Vtrunque vir pius contra tuam doctrinam  
 asserit sacrificiũ corporis in Cœna Patri ob-  
 latum, & à Melchisedech, panis & vini obla-  
 tione præfiguratum. Paulò pòst: Ut ergo in  
 genesi per Melchisedech sacerdotem, bene-  
 dictio Abraham possit ritè celebrari, præ-  
 cedit antè imago sacrificij, in pane & vino,  
 scilicet constituta: Quam rem perficiens, &  
 adimplens Dominus, panem & calicẽ mix-  
 tum vino obtulit, & qui est plenitudo, veri-  
 tatem præfiguratæ imaginis adimpleuit. Si  
 Dominus imaginis veritatem præfiguratã  
 à Melchisedech adimpleuerit, non putandũ  
 est complementum figuratum fuisse. Sequi-  
 tur: Sed per Solomonem, Spiritus sanctus,  
 typum Dominici sacrificij præmonstrat  
 im.

immolatæ Hostiæ panis & vini, sed & alta<sup>r</sup>is, & Apostolorum faciens mentionem: Sapientia (inquit) ædificauit sibi domum, subdidit columnas septē, mactauit suas Hostias, miscuit in cratere vinum suum, & parauit mensam & misit seruos suos, conuocans cū excelsa prædicatione, Venite, edite de meis panibus, bibite vinum quod miscui vobis: Vinum mixtum declarat, id est, calicem Domini aqua & vino mixtum, prophetica voce denuntiat. Postea, Lauabit in vino stolam suam: Quando autem sanguis vuz dicitur, quid aliud quàm vinum calicis sanguinis Domini ostenditur? Paulò pòst, vinum utique mixtum est, & ideo ponitur, vt Domini sanguis vino intelligatur. Paulò pòst: Torcularis quoque calcatio & pressurataxatur, qua, quoquomodo ad potandum vinum veniri non potest, nisi botrus calcetur: Sic nec nos sanguinem Christi bibere, nisi Christus antè calcatus fuisset, & pressus, & prior antè biberet, quàm credentibus propinaret: Vide sanguinem à Domino potatum, antequàm ipsum discipulis propinaret, nõ ergo vinum propinauit. Paulò pòst. Vnde apparet sanguinem Christi non offerri, si desit vinum calici; ergo calice obla-



20 tus sanguis. Adiungit, Nec sacrificium Do-  
 21 minicum legitima sanctificatione celebra-  
 22 ri, nisi oblatio & sacrificium nostrum re-  
 23 spondeat passioni. Aduerte quid de nostro  
 24 sacrificio dixerit: Paulò pòst: Sed ebrietas  
 25 Dominici calicis, & sanguinis non est talis,  
 26 qualis ebrietas vini secularis: Quum diceret  
 27 Spiritus sanctus in Psal. Calix tuus inebrians,  
 28 perquam optimus: calix & secundum spi-  
 29 ritum inebrians esse dicitur, alioqui cate-  
 30 chumenorum vinum inebrians: Paulò pòst.  
 31 Potato sanguine Domini, & poculo saluta-  
 32 ri, exponatur memoria veteris hominis: Po-  
 33 tato (inquit) sanguine, vt sanguinis substan-  
 34 tiam verè potari ostendat: Paulò pòst: Sic ve-  
 35 rò nec calix Domini non potest esse aqua  
 36 sola, aut vinum solum, nisi vtrumq; sibi mi-  
 37 sceatur, quomodo nec corpus Domini po-  
 38 test esse farina sola, aut aqua sola, nisi vtrum-  
 39 que adunatum fuerit, & copulatum, & pa-  
 40 nis viuus compage solidatum: Hic è pane  
 41 farinaceo fieri corpus Domini, non signifi-  
 42 cari apertissimè testatur. Cæterùm de sacri-  
 43 ficio non potest illustrior fieri probatio,  
 44 quam ab hoc sancto viro facta sit: Nam nisi  
 45 (ait) in sacrificio quod Christus est, non nisi  
 46 Christus sequendus est: Paulò pòst: Nam si

Iesus Christus Dominus & Deus noster, ipse  
 se est summus sacerdos Dei Patris : & ipse  
 se sacrificium Deo Patri obtulit, & hoc fieri  
 in suam commemorationem præcepit, utique  
 ille sacerdos, vice Christi verè fungitur,  
 qui id quod Christus fecit verè imitatur.  
 Hoc de Cœnæ sacrificio intelligi, nemo est  
 qui nesciat : Non enim præcepit ut crucis  
 patibulum in mortis memoriam subeamus :  
 sed ut quod in Cœna fecit, faciamus. Paulò  
 post: Sic ergo incipit à passione Christi  
 in persecutionibus fraternitas retardari, dum  
 in oblationibus discit de sanguine & cruore  
 eius confundi. De intellectuali ac inuisibili  
 potu non loquitur, cuius confusio nulla  
 esse potest. Quomodo autem possumus,  
 propter Christum sanguinem fundere, qui  
 sanguinem Christi erubescimus bibere? Videri  
 & cognosci potest, hunc de spirituali tuo  
 potu non loquutum esse, sed de calicis  
 sanguine. Paulò post: Circa vesperam  
 offerre Christum oportebat, ut ostenderet  
 occasum mundi, ut scriptum est, Eleuatio  
 manuum mearum sacrificium vespertinum:  
 Tempus Cœnæ annotat non mortis. Non enim  
 circa diei vesperam expirauit Dominus,  
 oblatioque corporis in Cœna

ostenditur. Paulò pòst: Et quia passionis eius mentionem in sacrificijs eius facimus: passio est enim Domini sacrificium quod offerimus, nihil aliud quàm quod ille fecit, facere debemus: Quæ verò sunt Christianorum sacrificia, quibus fit passionis memoria nisi Missa? Vide quàm malè tuatraditio cum huius viri religione cohæreat. Negas sacrificium, hic approbat, & tuetur: Negas mixturam calicis, hic offerri non posse nisi misceatur, affirmat: Negas panem fieri corpus Domini, & vinum sanguinem, hic in contrariam opinionem totus incumbit. Non tamen veritus es hoc auctore errorem & commentum tuum prætexere.

PANIS TRANSVBSTANTIATIO,  
ex Cypriano probatur. Cap. 35.

**V**T omnem posthac occasionem, huius auctoris appellandi tibi præcidamus: transubstantiationis religionem ab hoc approbari, acerrime quæ defendi ostendemus, sermone de Cœna Domini. Cœna (inquit) disposita inter Sacramentales epulas, obuiauerunt sibi instituta antiqua, & noua: & consumpto agno, quem antiqua traditio proponebat, inconsumptibilem cibum magi-

gister apponit discipulis, nec iam ad elabo-  
 rata impensis, & arte, conuiuia populi inui-  
 tantur, sed immortalitatis alimonia datur,  
 à communibus cibis differens : corporalis  
 substantiæ speciem retinens : sed virtutis  
 diuinæ, inuisibili efficientia, præbens ad-  
 esse præsentiam. Hic virtutis diuinæ, adesse  
 se præsentiam, sub panis specie profitetur.  
 Tu tamen apertè Eucharistiam, in Sacra-  
 mentorum resolutione, diuinitatis præsen-  
 tia expolias. Paulò post. Significata olim  
 à tempore Melchisedech prodeunt Sacra-  
 menta, & filijs Abrahæ facientibus opera-  
 eius, summus sacerdos panem profert & vi-  
 num : Hoc est ( inquit ) corpus meum :  
 Cum hoc & reliquis vetustis scriptoribus  
 hac in sententia discordas, eos inscitæ, &  
 frigiditatis, in tuo in Genesim commenta-  
 rio notans. Ex quo magis tuum ingenium  
 admiror, qui non verearis eos in commen-  
 ti tui confirmationem testes producere,  
 quorum auctoritate & doctrina conuince-  
 ris. Paulo post. Manducauerant & biberant  
 de eodem pane secundum formam visibi-  
 lem ; sed ante verba illa, cibus ille commu-  
 nis tantùm nutriendo corpori commodus  
 erat & vitæ corporalis subsidium mini-  
 stra

„strabat, sed ex quo à Domino dictum est:  
 „Hoc facite in meam commemorationem,  
 „hæc est caro mea, hic est sanguis meus, quo  
 „tiescunque his verbis & hac fide actum est,  
 „panis ille substantialis, & calix benedictio  
 „ne solenni sacratus ad totius hominis vitam  
 „salutemque proficit, simul medicamentum,  
 „& holocaustum, ad sanandas infirmitates,  
 „& purgandas iniquitates existens. Huic, in  
 „hac sententia, duabus potissimum rebus es  
 „contrarius: Affirmas Eucharistiam esse pa  
 „nem, nulla virtute præditum, signum cor  
 „poris Christi: hic asserit holocaustum esse  
 „ad sanandas infirmitates, & medicamentum  
 „ad purgandas iniquitates. Tu abrogas con  
 „secrationem, & preces anaphoræ: ad ami  
 „cum quendam rescribens, eam non vacare  
 „incantationis illusionibus: Hic post verbo  
 „rum pronunciationem, & solennem bene  
 „dictionem, panem mutari, & è communi,  
 „holocaustum fieri docet. Progreditur vir  
 „sanctus. Quandiu inquires cibi illi, qui ad  
 „diem festum erant parati, à conuescentibus  
 „Apostolis sumebantur, veteris Paschæ age  
 „batur memoria. Necdum Iudas ad veterem  
 „vitam pertinens, diabolo inuadente & oc  
 „cupante animam eius, egredi cogebatur:  
 Sed

Sed ubi sacrum cibum mens perfida tetigit  
 & sceleratū os, panis sanctificatus intrauit,  
 parricidalis animus, vim tanti Sacramenti  
 non sustinens, quasi palea de area exuffla-  
 tus est. Huic repugnas etiam, docens ab infi-  
 delibus non carnem Domini, sed signum  
 tantū manducari. Sequitur Paulò post:  
 Hoc Sacramentum aliquando corpus,  
 aliquando carnem & sanguinem, aliquan-  
 do panem, Christus appellat, portio-  
 nem vitæ æternæ cuius secundum hæc vi-  
 sibilis, corporali communicavit naturæ.  
 Vide æternæ vitæ portionem corporali  
 naturæ communicatam. Sed in Eucharistia  
 si inest portio vitæ æternæ, huius rei signū  
 ea ipsa vacuum esse non potest: Paulò post:  
 Panis iste communis, in carnem & sanguinē  
 mutatus, procurat vitam, & incrementum  
 corporibus. Huic apertè aduersaris: panem  
 in carnem mutari negas, corporaque com-  
 municantium, ali carne Domini: sed secun-  
 dum huius sanctissimi viri fidem, culpa nō  
 vacabis, illum tuum amicum quendam ido-  
 lolatriæ crimine condemnans, quòd in Mis-  
 sa panem adoret: Carnem enim diuinam  
 potiùs, secundum hunc testem tuum ado-  
 rat: Subijcit vir sanctus: Ideoque ex con-  
 sueto

N. VILLAGAGN. ADVERS.

“ sueto rerum effectu, fidei nostræ adiuta in  
 “ firmitas, sensibili argumento edocta est, visi-  
 “ bilibus Sacramentis, inesse vitæ æternæ ef-  
 “ fectū: Adoratur ergo vitæ æternæ effectus  
 “ in Eucharistia, non panis: Paulò post, Panis  
 “ iste quem Dominus discipulis porrigebat,  
 “ non effigie, sed natura mutatus, omnipoten-  
 “ tia verbi factus est caro: & sicut in persona  
 “ Christi humanitas videbatur, latebat diui-  
 “ nitas, ita Sacramento visibili, ineffabiliter  
 “ diuina se infundit essentia, vt esset circa Sa-  
 “ cramenta religio, & ad veritatem, cui us cor-  
 “ pus Sacramenta sunt, sincerior pateret acces-  
 “ sus: Vide panem omnipotentia verbi in car-  
 nem mutari.

NON POSSE NATVRAM PA-  
 nis inuisibilem, & simplicem, in corporis Domini  
 Sacramentum transire, cum Sacramentum  
 compositum sit & visibile.

Cap. 36.

**H**Oc loco tuos Euangelistas tam graui-  
 ter concussimus, vt quicquid occlu-  
 sum animo continerent, euomere coacti  
 sint: Mutari panem quum nullo modo in-  
 ficiari possent, ad Sacramentalis mutationis  
 euasionem confugerunt: Quod (inquiunt)  
 Cyprianus dicit de mutatione, illam nos concedi-  
 mus,

mus, sed Sacramentalem: & tunc fatemur non effigiem siue formam & accidentia panis, subire hoc munus, ut sint Sacramenta corporis & sanguinis Domini: sed naturam & substantiam ipsam panis & uini, mutari in Sacramenta corporis & sanguinis, & quòd substantia ipsa nõ effigies nutrit, ita corpus Christi & animam nostram alit. Ingeniosam illi, prima specie mutationem comminisci mihi videbantur: sed quum ad penitio-rem indagationem penetrauimus, hæc in fumum euanuit: interrogauit quo auctore Sacramentalem mutationem nobis traderent, aut traditam defenderent: quis omnium ita esset vnquam elocutus? & exponere rogauit, quæ esset Sacramentalis naturæ mutatio: quòue hanc vocem (Sacramentalem) respicere existimarent? An ad naturam? vt hæc post mutationem, Sacramentum aut Sacramentalis natura dici posset? An potius intelligerent naturam immutatam manere? nec posse rei sacræ, visibile signum esse, quia est inuisibilis? sed ipsam mutationem, id est, actum illum mutationis, vocari posse Sacramentum, aut Sacramentalem, quod mutationis cuiusdam alterius Sacramentum, aut Sacramentalis esset, uti lauatio corporis, spiritus lauatiõis Sa-



cramentum, & signum est? Nam mutatio  
 hæc, sui ipsius signum, id est, Sacramentum,  
 sibi esse non potest; nec sibi ipsi Sacramen-  
 talis; neque meo iudicio res vlla sibi est sui  
 ipsius Sacramentum: De hoc quantum dis-  
 scendo consequi potui, iudicavi, rem Sacra-  
 mentalem, esse Sacramenti participem aut  
 Sacramenti effectricem, non sacramentum:  
 aliud enim mihi videtur esse Sacramenta-  
 lem, aliud Sacramentum: Hoc intellecto, Sa-  
 cramentalis tua hæc mutatio, Sacramenti  
 cuiusdam est particeps, non Sacramentum:  
 si particeps fuerit, rem aliquam qua cum  
 participet, sibi coniunctam habeat necesse  
 est: quam ergo habebit Sacramenti partici-  
 pem, aut quod erit Sacramentum ad quod  
 hæc ipsa pertineat? Si offendisse me dixeris  
 in Sacramentalis vocis intelligentia, tibi au-  
 ctoritatem Pauli obijciam dicentis, hos esse  
 spirituales, qui sunt Spiritus participes, id  
 est, qui Spiritu Dei ducuntur, qui que facta  
 carnis Spiritu mortificauerint. Nam qui à  
 Spiritu carnem mente subduxerit, desi-  
 net esse spiritualis, sed Spiritus remanebit:  
 Sic Christus Deus, spiritualis est, propter  
 sancti Spiritus ineffabilem communionem,  
 non spiritus: sic & animalis homo factus  
 in

in animam viuentem, aut caro equina in equum viuentem facta, dicitur animalis: Erraret igitur qui animam animale, aut Spiritum spiritualē vocaret: Sic qui mutationē sacramentalem, quæ cuiusdam Sacramenti particeps non fuerit appellabit, reprehensionem locum relinquet: His intellectis videamus an panis natura, Sacramentalis aut Sacramentum corporis esse possit: de Sacramentali meum iudicium è superioribus satis liquere potest: esse (mea sententia) non poterit mutatio Sacramentalis; nisi vera fuerit naturæ panis mutatio.

Videndum est ergo an natura in Sacramentum corporis Domini transire possit: Ad huius rei intelligentiam: tam naturæ quàm Sacramenti consideratio pertinet; natura omnino est inuisibilis & simplex: ea enim quæ oculis obducuntur, quæue sub sensum aliquem cadunt, natura non sunt; sed species & accidentia: Sacramentum autem sacræ rei inuisibilis, signum esse, à vobis diffinitum est: Signum verò omne, visui aut sensibus subiectum esse, planum est; nihilominus tamen Sacramentum aliquando signum, remque sacram complectitur; ut nostrâ benedictio ac gratiarum actio:

tumq; Sacramentum & visibile & compositum esse necesse est: natura ergo panis simplex, & inuisibilis, in Sacramentum corporis visibile, ac compositum transire non potuit: sed in carnem & sanguinem Christi inuisibile, ineffabiliter (vt ait Cyprianus) immutari ac transire potest, ac latere, tuncq; Sacramentaliter, id est, sub specie panis, secundum Ecclesiam religionem manducari, aut Sacramentaliter in Sacramento, sub panis specie inesse potest. sed tuo modo nec esse, nec manducari Sacramentaliter, simul poterit, id est figurate & re ipsa: quod enim figurate alicubi est, id re vera ibi esse non potest:

“ Nunc ad Cyprianum redibimus. Panis iste  
 “ quem Dominus discipulis porrigebat, non  
 “ effigie, sed natura mutatus omnipotentia  
 “ Dei factus est caro: & sicut in persona Christi  
 “ humanitas videbatur, diuinitas latebat,  
 “ ita Sacramento visibili diuina se infundit  
 “ essentia, vt esset religioni circa Sacramenta  
 “ deuotio, & ad veritatem cuius corpus Sacra  
 “ menta sunt, sincerior pateret accessus.

SI NATURA PANIS PRO VIR-

tute accipiatur, non pro substantia, non debuisse dici in carnem, sed in carnis uirtutem ac naturam mutari.

**V**ide in quoste, Cypriani vincula reuel-  
 lentem, erroris stimulos induis; muta-  
 tur (inquit) natura panis in carnem Chri-  
 sti: Tu verò, *Natura non substantia panis, in signi-*  
*ficationem carnis Christi mutatur: si naturam pa-*  
 nis tuo modo intellectam, in carnis natu-  
 ram mutari dixisses, vt natura in naturam  
 mutaretur, id est, virtus in virtutē, aut con-  
 ditio in conditionem, vtcunq; ferendus es-  
 ses: sed mutari naturam in significationem,  
 aut conditionem, quis ferre poterit? Præ-  
 terea si naturam panis, id est vim pani in si-  
 tam, transire dixisses, sic vt Eucharistiæ sub-  
 stantia, in carnis substantiam non transfiret,  
 sed huius sola vis, in vim carnis mutaretur,  
 indiligentibus fortè satisfecisses, quamuis  
 à Cypriani sententia maximè declinasses:  
 dicit enim naturam panis, in carnem, non  
 in carnis naturam mutari, ex quo proba-  
 bile est, hunc naturæ nomine, substantiam  
 intellexisse, vt substantiæ, in substantiam  
 esset transitio, nam si vis panis quæ incorpo-  
 rea est, in carnis corpus, ac materiam tran-  
 firet, mirabilior esset, quàm substantiæ in  
 substantiam transitio. Si ergo ex Cypria-  
 ni sententia, carnem Christi Sacramenta-  
 lem esse, id est aliena tegi specie dixisses,

N. VILLAGAGN. ADVER.

“eamque mutata manducari Sacramenta-  
“liter, id est sub Sacramenti ratione aut (vt  
“ait Cyprianus) sub Sacramento, aut sub pa-  
“nis effigie, bene haberet: Nam inuocatio-  
“ne verbi, Spirituali transitione, id est, inter-  
“ueniente Spiritu Sancto, panis absumitur  
“substantia, & in carnem Christi sub panis  
“specie, definit, vti sub carnis specie, in perso-  
“na Christi latebat diuinitas: hocque mira-  
“culum verbi effectum sacratione, ac omni-  
“potentia, Sacramentum benedictionis, &  
“virtutis diuinæ signum vocatum est: fidem  
“enim habenti signum, est, virtutem Dei om-  
“nipotentis superuenisse, & secundum testi-  
“monium Ecclesiæ, è pane carnem factam esse,  
“se, præter creatæ vires naturæ: Quum ergo  
“à Sacramento tuo, id est, à panis natura, ac  
“substantia, effigiem panis excludis, illude-  
“re nobis visus es.

SI SUBSTANTIA PANIS NON  
*mutetur, sed solum significet, uerbi omnipo-*  
*tentiam esse superfluum.*

Cap. 38.

Sed fingamus naturam simplicem & in-  
compositam, compositum effici Sacra-  
mentum: Hæc quoque esse tuo iudicio na-  
tura desinat, & figura signumque Spiritua-  
lis

lis tuæ alimonix esse incipiat, ex hocque coniectura prosequere, eo modo virtute carnis Christi (non ipsa carne) animam tuam nutriri, quo corpus, panis virtute nutriatur. Quum panis virtus sua sponte id significet, quorsum verbi omnipotentiam à Cypriano adscitam esse iudicabis, ad naturæ panis in carnem mutationem? hoc sanè loco superfluum est verbum Domini; tibi quidem vt te opinioni tuæ confirmet, vtile esse potest; sed vt panis quod natura significat, id ipsum significet, Dei omnipotentia frustra infumitur.

### QVOMODO PANIS FIGVRA

*diuini corporis esse intelligatur.*

Cap. 39.

**D**E pane vt corporis Christi figura sit hoc accipe: Quotquot Ecclesiastici fuere scriptores, panem membrorum Christi corporalium antitypon, id est, exemplar similis formæ vsque ad consecrationem, ac diuinæ præces anaphoræ, esse dixerunt, idque ideo exemplar dici, quòd è multis personis de Christi corpore communicantibus, vnus panis, vnum efficitur corpus, vti ex pluribus granis, vnus efficitur panis; sed post consecrationem panem esse antitypon

N. VILLAGAGN. ADVER.  
definere, & id ipsum effici corpus, cuius est  
participatio: Quod ergo à se ipso habet panis,  
cur vt id habeat, Dei omnipotentiam  
inuocabis.

DIVINAM ESSENTIAM SA-  
*cramentaliter infundi non posse, quamuis sa-*  
*cramentaliter latere possit.*

Cap. 40.

**M**Ultò magis offendi in tua diuinæ es-  
sentiæ sacramentali infusione. Cypria-  
nus sacramento visibili diuinam se essentiã  
infundere attestatur, eaq; infusione panis  
naturam immutari. Tu hunc corrigis: sacra-  
mentum inuisibile quum dixeris, nobis au-  
ctor es, diuinam essentiam se sacramentali-  
ter, id est, figuratè infundere: vnde autem  
hæc tibi iudicij deprauatio, vt confinxeris  
diuinam veritatis essentiam, figuratè aut sa-  
cramentaliter se infundere? omnium sim-  
plicissima est diuinitatis essentia: hæc qui-  
dem sacramento atque aliena specie tegi  
potest, sed infundi sacramentaliter non po-  
test: nam quæ sua natura à sacramento alie-  
na est, non potest sacramentaliter infundi,  
quamuis infusa sacramento latere possit, vt  
in nostra Eucharistia & benedictione.

In-

Insuper naturæ panis confictam sacramentalem tuam mutationem, penitens euerstis: quum enim te interpretaris, profiteris:

*Naturam non mutari, sed augeri sublimiori naturæ, proprietate, ac conditione:* Quum autem noua natura crescit, panis si fallax non sit additum incrementum, hoc verum esse debet, non sacramentale: Res item quæ vera accessione cumulata est, immutata esse perperam dicetur, sed locupletata, vnde hæc dicens, illudere nobis videris. Augustinus quo tam lubenter aduersum nos utimini, docet sacramentum hoc compositum esse, duobusque constare, & confici, specie visibili, & re inuisibili, carne & sanguine domini nostri Iesu Christi: rem autem sacramenti inuisibilem, eiusdem esse substantiam platum est: quum ergo re constet & effigie sacramentum, si effigie sua rem exuas, sacramentum destruis: nam duobus constare desinet, & ad rem vnicam citra speciem redigis: quo autem præceptore didicisti, vt vnica res inuisibilis simul sacramentum visibile esse possit & compositum? Hæc tam indigna Caluini nomine esse censeo, vt sine rubore ea non possim refutare.



N. VILLAGAGN. ADVER.  
SI CALVINIANA SIMILITV-  
do locum habeat, necessario Sacramentaliter  
diuinitatem in Christo non cor-  
poraliter inhabitare,

Cap. 41.

**V**T ex his te retribus explices, in blasphemiarum omnium maximam, te precipitem incitas: Hæc tua sunt verba, Nam diuinitas sacramentaliter infunditur, pane & uino etiã remanentibus, sicut diuinitas in unitate personæ, in humanitate Christi erat, ipsa humanitate etiam remanente cum diuinitate: & tamen panis mutatur nõ in effigie, nec in substantia, sed in natura: ut Cyprianus uerè ait, non intelligens naturalem substantiam panis, abijisse, sed per uerbum Dei additam esse panialiam sublimiorem proprietatem, naturam & conditionem, supra naturam communis panis, hoc est, quod significet nos esse participes Spiritus Dei. Calvinoricheros tam male de Christi diuinitate sentientes, à te imbutos fuisse nunquam mihi persuasissem, nisi ex tua hac similitudine, quid de Christi carne iudices, ac credas comperissem: Alio loco quum tu Francisci regis, Gelasij auctoritate assensionem tibi concilias, hac ipsa uteris similitudine, uti suo loco plenius dicemus, Quum Gelasius dixisset panis substantiam, in diuinam  
nam

nam transire, Spiritu Sancto perficiente, substantiam, secundum Cyprianum: vt à religione Regem deduceres, dicis, *Panis non desinit, sed ita permanet, ut in Christo Domino substantia carnis, remanet iuncta diuinæ*: Quocunque tuam hanc similitudinem acclinaueris, hanc esse (vt inquit Tertullianus) in paritate non dissimilitudine oportebit: & vt ait Hilarius necesse est, vt secundum propositum exemplum, rem de qua agitur, assequamur: Vt ergo intelligamus, quomodo diuina essentia ineffabiliter Sacramento visibili se infundit Sacramentaliter exponis hoc fieri, pane & vino remanentibus, sicut in humanitate Christi est diuinitas, in unitate personæ cum humanitate, manens. Hęc tibi elegantissima est similitudo: mihi verò ineptissima, ac irreligiosissima. Hęc si te non sefellerit, cum humanitate manebit Sacramentaliter in Christo diuinitas, sicut Sacramento visibili, Sacramentaliter se diuina infundit essentia, carne eadem manente, sed per verbū addita ei sublimiori alia proprietate, natura, ac conditione, supra communis carnis naturam. Quis tibi hoc credet Sed si & ipse huc nolis te præcipitem dare, vt carnis diuinitatem inficieris, sed verè ac

naturaliter carni hanc vnitam esse consenseris, vt tuæ similitudini relinquatur locus, necessariò re vera, non Sacramentaliter aut figuratè (mutata sententia) diuinam essentiam Sacramento visibili se infundere, profiteri debes, vt panis natura fiat caro sub specie, id est, sub Sacramento visibili: aut tibi nõ habitat plenitudo diuinitatis in Christi Carne corporaliter: sed Sacramentaliter quod credere Calvinoricheri mihi visum sunt, vt supra est à nobis demonstratum: Quia tamen propter insignem eorum blasphemiam magnitudinem, illorum religio à me reiecta est, te continere non potuisti, quin tuus repulsæ dolor, in exultationem nostram eruperit, vt me atheismi nomine affeceris. Quo verò animo id facere ausus es, antè quàm de causæ nostræ æquitate planè cognoueris? Non sanè tantum apud me poterit acceptæ iniuriæ acerbitas, vt atheismi iniuriam tibi refundam, aut te talem esse suspicer: sed affirmabo, doctrinam tuam hanc mihi videri, vt via sit, mors & mendacium, ad Arrianismum, Nestorianismum, Atheismum inducens.

*stantiatio ex D. Cypriano.*

Cap. 42.

**N**Vnc ad sanguinis potum transit vir san-  
ctus, Noua est (inquit) huius Sacramen-  
ti doctrina, & scholæ Euangelicæ hoc pri-  
mum magisterium protulerunt, & doctri-  
næ Christi, primùm hæc mundo innotuit  
disciplina, vt biberent sanguinem Christi,  
cuius esum legis antiquæ auctoritas distri-  
ctissimè interdicit, lex quippe potum san-  
guinis prohibet, Euangelium præcipit vt  
bibatur. Vides hunc tuum testem, de spiri-  
tuali tuo potu non loqui, id est, animæ so-  
lius, & non corporis: Huc enim non legis  
edictum, sed ad realem sanguinis potum  
pertinebat: Secundum hoc ergo, corpori  
veri sanguinis potum attribuit, vt progres-  
su orationis apertè describit dicens. In qui-  
bus mandatis hoc discernere debet Chri-  
stiana religio, quod sanguis animalium à  
sanguine Christi per omnia differens, tem-  
poralis tantùm habet viuificationis effe-  
ctum, ideoque ad obtinendam æternitatem  
non potest perficere, quod semel obru-  
tum non surgit vlteriùs: bibimus autem de  
sanguine Christi ipso iubente, vitæ æter-

“næ cum ipso, & per ipsum participes: Inepta esset spiritualis ad materialem similitudo. Locorum multitudine supersedeo, vt ad alios auctores, quorum auctoritate doctrinam tuam protegis, transeat oratio.

AVGVSTINI SENTENTIA

à Caluino corrupta de Sacramento  
rum similitudine.

Cap. 43.

**I**nnixus Augustino (quæ auctoritate quadam præcipua, cæteris excellere prætefers) transubstantiationis fidem proteris, in Ecclesiasticos hoc eius dictum incutiens. Si Sacramenta quandam similitudinem earum rerum quarum sunt Sacramenta, non haberent, vtique Sacramenta esse non possent. Ex hoc concludis Sacramenti naturam expetere, vt panis materialis integra substantia, in corporis Christi signum relinquatur. Sed salua pace tua: hæc assertio Ebionios, carnem Christi diuinitate spoliantes, potius quam te decuit. Quid enim habet panis substantia, diuinitate vacua cum diuina dispensatione commune?

**De cõsecr.** Hæc vera fuit Augustini de Eucharistia  
**distin. 2. ca.** sententia cum eam esse figuram affirmarit,  
**hoc est.** sicuti Deus & homo hæc duo Christum efficiunt;

ficiunt; sic formam effigiemque panis, cum diuina carne sub forma panis latente Eucharistiam efficere, & vti Deus ab homine diuidi non potest quin soluatur Christus; sic diuinam substantiam à panis effigie diuidi non posse, quin corrumpatur Eucharistia. Qua ex re inuisibile Christi corpus forma panis opertum, visibilis corporis figuram esse. Vide ergo quàm malè Augustinum intellexeris.

## EX CYPRIANO SACRAMEN-

*ti Eucharistiæ ad incarnationem uerbi similitudo, & Augustini sententiæ explicatio.*

**D**Octissimè Cyprianus hanc similitudinem exponit his verbis, Sicut in persona Christi, humanitas videbatur, latebat diuinitas, ita Sacramento visibili diuina se infundit essentia: vt esset circa Sacramenta religio, & ad veritatem, cuius corpus Sacramenta sunt, sincerior pateret accessus. Apparet, & oculis hominum, subiecta est panis vini species, quum interim diuina eorū sit substantia, vti in terra apparebat forma & figura serui hominisque cōmunis, quum esset Deus, per quem omnia facta sunt: hæc est similitudo sacramenti, ad eam rem cuius est

De Coenâ.

N. VILLAGAGN. ADVERS.

est sacramentum, quem nobis prædicauit  
 Augustinus. Sed ne agnosceretur eius sentē  
 tia, verba suppressisti, quæ si expressa fuif-  
 sent, doctrinā tuā euertebant. Nempe ipso  
 die dominico dicimus hodie Dominus re-  
 surrexit, quum ex quo resurrexit, tot anni  
 transierint. Cùm nemo tā ineptus est, vt nos  
 ita loquentes arguat, esse mentitos, nisi quia  
 istos dies, secundum illorum consuetudinē  
 de quibus hæc gesta sunt nuncupamus: vt  
 dicatur ipse dies, quæ non est ipse, sed reuo-  
 lutione temporis, similis eius, & dicatur illo  
 die fieri, propter sacramenti celebrationē,  
 quod non illo die, sed iam olim factum est.  
 Nonne semel immolatus est Christus in se-  
 metipso, & tamen in sacramento, non solūm  
 per omnes paschæ solennitates, sed omni  
 die populis immolatur? Nec vtrique menti-  
 tur qui interrogatus eum responderit im-  
 molari: Si enim sacramenta earum rerum  
 quarum sunt sacramenta, similitudinem  
 non haberent, sacramenta non essent. Im-  
 molatio Ecclesiæ quotidiana, sacramentum  
 est ac memoria eius, quæ ab ipso Christo fa-  
 cta est eiusq; nomen retinet, quum inter  
 rem immolatam differentia nulla sit. Ex ea-  
 que similitudine ( vt adiungit Augustinus )

immolatio nostra nomen accipit, Deinde „  
 addit, Sicut ergo secundum quendam mo- „  
 dum sacramentum corporis Christi, cor- „  
 pus Christi est, sacramentum sanguinis, san- „  
 guis est: ita sacramentum fidei, fides est: „  
 sed immolari Christum quotidie, & tacui- „  
 sti, & aliò sacramenti similitudinem transtu- „  
 listi, Immolari enim debere aut posse ne- „  
 gas, eosq; idololatrarum loco habes, qui „  
 hac in re Augustino assentiant. Item non ti- „  
 bi placet sacramentum corporis, secundum „  
 modum ab Ecclesia nobis traditum, cor- „  
 pus esse Christi, vt puta certa consecratio- „  
 ne fieri. Nullo enim modo, re vera, Christi „  
 corpus in Eucharistia esse posse auctores: „  
 sed ipsum significari. Quantum ad immola- „  
 tionem attinet, scimus actionem præsentè „  
 immolationis, non magis eam esse quæ à „  
 Christo facta est, quàm diem Dominicum „  
 nouissimum, diem esse resurrectionis. Sed „  
 quia eiusdem corporis ab Ecclesia fit obla- „  
 tio, in memoriam & similitudinem, tanto „  
 interuallo factæ à domino oblationis, offer- „  
 ri & immolari dicitur, esseq; ipsa oblatio.

SI AVGVSTINVS EVCHARI-

stia negasset diuinitatem, hunc non dixisse eos

peccare qui Eucharistiam non

adorant. Cap. 44.

Si



N. VILLAGAGN. ADVERS.

SI Augustinus in ea fuit quam fingis, sententia, affirmare non debuit, eos peccare qui sub panis specie, corpus Domini non adorant: vt Psal. 98. Fluctuans coniecto me ad Christum, quia ipsum quæro hîc: & inuenio quomodo sine impietate adoretur scabellum pedum eius: suscepit enim de terra terram, quia caro de terra est & de carne Mariæ carnem accepit, & qui in ipsa carne hîc ambulauit & ipsam carnem nobis manducandam ad salutem dedit: Nemo autem carnem illam manducat, nisi prius adorauerit, inuentum est quomodo adoretur scabellum pedum eius, & non solum non peccamus adorando, sed peccamus non adorando. Si Eucharistia carnis signum esset solum, hanc non præcepisset adorari. Alio loco, Nec linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos lingua editos, nec signa literarum conscripta pelliculis, corpus Christi & sanguinem dicimus: sed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum ritè sumimus ad salutem spiritualem, in memoriam pro nobis diuinæ passionis: Quod cum per manus hominum ad visibilem speciem perducitur, non sancti

De Trinitate li. 4. Cap. 4.

Et

tificatur vt sit tam magnum sacramentum,  
 nisi operante inuisibiliter Spiritu Dei. Quo  
 modo hunc tibi locum accommodabis, vt  
 signo tuo respondeat? Quod de fructibus  
 terræ acceptum est, prece mystica consecra-  
 tum & sanctificatum, operante Spiritu San-  
 cto, corpus Domini esse dicit vir sanctus:  
 Tu vtrunque negas consecrationem fieri  
 prece mystica, & creaturam panis & vini fie-  
 ri corpus Domini. Audi insuper, corpus pa-  
 sci carne & sanguine Domini: Sicut media-  
 torem Dei & hominum hominem Iesum  
 Christum, carnem suam nobis dantem man-  
 ducandam, sanguinemq; bibendum, fide-  
 corde atque ore suscepimus, quanuis hor-  
 ribiliùs videatur humanam carnem mandu-  
 care, quàm perimere hominem, & sanguinẽ  
 humanum potare, quàm fundere. Non po-  
 tuit expressiùs sententiam suam vir pius in-  
 dicare, quàm his verbis, Ore carnem Domi-  
 ni suscipi, bibi que affirmat sanguinem. Tu  
 verò ab anima fide credendo manducari &  
 bibi, id est, in eam à Spiritu Sancto traduci.  
 Item in forma serui sacrificium maluit esse  
 quàm sumere, ne hac occasione quisquam  
 existimaret cuilibet sacrificandum creatu-  
 ræ, per hoc sacerdos ipse est, & sacrificium

Contra ad  
 uersarũ le-  
 gis lib. 2.  
 Cap. 9.

N. VILLAGAGN. ADVER.  
cuius rei Sacramentum quotidianum vol  
uit esse sacrificium Ecclesiæ.  
LOCI DIVI CHRYSOSTOMI  
*in Matthæum contra orthodoxos à Calui-  
nians citati explicatio.*

Cap. 45.

**A**D Chrysoſtomũ progrediar, quo etiã  
tui instructi ad nos opprimendos se ac  
cinxerunt: Matthæi cap. 26. scriptum op-  
ponunt: Quando dicunt unde patet immo-  
latum Christum fuisse, præter alia multa,  
hæc etiam mysteria afferentes, ora ipsorum  
conſuimus. Si enim mortuus Iesus Christus  
non est, cuius symbolum aut signum hoc sa-  
crificium est? Mirum est, nullum alium è  
tantis huius auctoris scriptis locum inveni-  
ri à vobis potuisse, qui sacrificij (à quo tan-  
ta animi offensione abhorretis) cultum non  
cõfirmaret, signum est vos maxima locorũ  
penuria laborare: Vtinã hoc auctore hanc  
absolui quæſtionem non dissentiat, hac le-  
ge vt nisi victoria & veritas mecũ steterit,  
æternum mihi silentium imponatis. Is in  
Epi. ad Hebræos cap. 9. vocat quotidianam  
Ecclesiæ oblationem, exemplar oblationis  
Christi, vti hoc loco sacrificium signum ap-  
pellavit, Quod exponens loco memorato,  
dis-

differentiam esse ostendit, inter actionem sacrificij, & oblationis, & rem sacrificatam & oblatam. Sic quanuis eadem res sit, quæ hodie offertur ab Ecclesia non tamen eadē est oblationis actio: sed quæ hodie fit, eius quæ à Domino facta est, memoria recolitur: Cùm ergo Ecclesia, mandato Domini nostri ipsum offerat sacrificium, in illius memoriam: signum est Dominum se obtulisse. Nam si se non obtulisset, frustra & fallaciter eius rei fieret memoria, neque meritò frenarentur ora hæreticorum, oblationem & passionem negantium.

### LOCI QVIBVS MANIFESTE

*Chrysoſtomus corpus & sanguinem Domini fieri in Cœna non significari ap-  
probat. Cap. 46.*

**Q**ui Missam Chrysoſtomi citare voluisset, aut sermonem hac de re, ante verba in nos à vestris producta institutum, omnem à nostra controuersia dubitationem expulisset: eius aliquot locos subscribemus. Vt vndique (inquit) ipsum discamus veterem legem sanxisse, & omnia quæ in illa sunt, propter nouam hanc adumbrata fuisse, hac de causa figuræ veritatem adiunxit, Quum Eucharistia sit earum re-

N. VILLAGAGN. ADVER.

rum veritas, quæ in vetere testamento adū-  
 bratæ sunt, à vobis signum & figura nū-  
 cupari non debet. Sequitur, & noui testa-  
 menti sanguinem vocat, hoc est, pollicita-  
 tionem & promissionem legis nouæ. Hoc  
 enim pollicitus est, & testamentum nouum  
 hoc ipso confirmatur: quemadmodum ve-  
 tus pecudes habebat, eodem modo nouum  
 dominicum possidet sanguinem: Si nouū  
 testamentum eo modo dominicum possi-  
 det sanguinem, quo vetus vitulos & pecu-  
 des habebat, iudica an vinum dici debeat,  
 ac in calice sanguinem significare. His ver-  
 bis vir sanctus se explicat. Quemadmodū in  
 veteri lege hoc erit vobis memoriale, etc.  
 Christus, in meam facite commemorationē  
 dixit, hac de causa desiderio desideravi (in-  
 quit) hoc pascha vobiscum comedere, hoc  
 est, tradere res nouas, & pascha dare, quo  
 vos spirituales faciam. Quum res nouas &  
 pascha spirituale tradiderit, figurā aut eius  
 signum non tradidit: Sequitur: Ipse quoq;  
 bibit ex eo, ne auditis verbis illis dicerent.  
 Quid igitur sanguinem bibemus, & carnē  
 comedemus? Si panis & vinum à Domino  
 porrigebatur, quid erat causæ, cur Domi-  
 nus sanguinem biberet, vt suos confirma-  
 ret.

ret. Si potus & cibus spiritualiter sumeban-  
 tur non re vera; cur Dominus tanta cura  
 suis prospexit, ne ab esu potuque humanæ  
 carnis & sanguinis abhorrent? Subiun-  
 git Chrysoftomus, Prior sumebat Christus,  
 ne discipuli perturbarentur carne vescen-  
 tes, & sanguine. Nam quando de hoc verba  
 fecit multi solummodo propter verba, scan-  
 dalum passi sunt. Ne igitur id tunc quoque  
 accideret, primus ipse hoc fecit, ut tranquil-  
 lo animo, eos ad mysteriorum communio-  
 nem adduceret. Vide quomodo rem à ver-  
 bis discernat Chrysoft. Quum in sola man-  
 ducationis mentione discipuli desertores  
 offendissent, ne qui remanserant, in verita-  
 te & actu, scandalum paterentur. Ipse Domi-  
 nus primus bibit. Si sanguinem non bibe-  
 bat, non timendum fuit, ne scandalum pate-  
 rentur. Sequitur: Quid porrò, priùs quoq;  
 illud (inquies) facere oportuit? minimè.  
 Ideo enim hoc facite (inquit) ut ab illo ab-  
 duceret: Prætereà si remissionem peccato-  
 rum hinc facit (sicut certè facit) superuacuum  
 illud omnino est. Sed sicut in veteri, eodem  
 hinc modo in beneficio reliquit, & memoriã  
 mysteriorum colligavit; etiam hinc ora heretico-  
 rum frenando; nam dicunt, vnde pa-

tet immolatum fuisse Iesum præter alia multa, &c. His tam multis verbis, viri Sancti sententiam aperui, vt qui lecturi sunt, quàm iniqui in scriptores Ecclesiasticos sitis, intelligant, qui aliorum eorum scripta intorqueatis, atque scripta sint, vt vestram traditionem statuatis, & confirmetis. Addam alios huius auctoris locos, in eius doctrinæ intelligentiam & declarationem: In Epist. ad Corinth. Hic calix nouum testamentum est, in sanguine meo. Erat autem veteris testamenti calix, sacrificia & sanguis brutorum: Etenim post sacrificium, in calice, & phiara, sanguine accepto ita sacrificabant. Quum igitur pro sanguine brutorum, sanguinem suum induxisset, ne quis his auditis perturbaretur, illius sacrificij veteris meminuit. Dubitari non potest, de huius viri religione, qui hæc edisserit, calicis ad calicem comparatione, & sanguinis ad sanguinem. In veteris testamenti calice, erat brutorum sanguis, pro eo in calice noui testamenti, suum Christus induxit sanguinem, atque prior ex eo bibit, ne sui perturbarentur. Paulò post homil. 24. Quod in calice, id est, quod à latere fluxit, & illius suos fecit participes. Signum sanguinis non fluxit è latere. paulò

Paulò pòst, Si sanguinem cupis (inquit) no-  
 li idolorum aram brutorum cæde, sed meū  
 altare meo sanguine aspergere. Item in epi.  
 ad Corinth. cap. 1. Cùm ad Christi mensam  
 accubueris, in die illa qua carnem eius lin-  
 gua attigeris. Sed quare addit panem quem  
 frangimus; hoc in Eucharistia videre licet:  
 in cruce autem minimè; sed omnino contrà  
 Os enim eius (inquit) non comminuetis: *In Epist.*  
 sed quod in cruce passus non est, id in obla- *prio. ad*  
 tione patitur, & propter te frangi permit- *Corin.*  
 tit: Ibidem; Quid enim (inquit) appello  
 communicationem, idem ipsum corpus su-  
 mus; quidnam est panis? corpus Christi;  
 quid autè fiunt qui accipiunt corpus Chri-  
 sti? non multi, sed vnum corpus. Qui vellet  
 omnes locos conferre & cogere, quibus Eu-  
 charistiam ipsissimum corpus Domini esse  
 docet, opus in volumen excresceret.

## DIVI HIERONYMI DE COR-

*pore & sanguine Domini in Eucha-  
 ristia sententia.*

*Cap. 47.*

**T**Ransibo ad Hieronymum, cuius etiam  
 auctoritate vrgemur & impellimur ca.  
 26. Matthæi ita scribit: Postquam typi-

Bb 4 cum



“ cum Pascha fuerat impletum, & agni carnes  
 “ cum Apostolis comederat, assumit panem  
 “ qui confortat cor hominis, & ad verum Pas-  
 “ schæ transgreditur Sacramentum: vt quo-  
 “ modo in eius præfiguratione Melchisedech  
 “ summi Dei sacerdos panem & vinum offe-  
 “ rens, fecerat: ipse quoq; veritatem sui cor-  
 “ poris & sanguinis repræsentaret. Miror  
 “ quid hic offenderitis quod Ecclesiæ senten-  
 “ tiam de veritate corporis in Sacramento im-  
 “ probare possit. Vbi typicum Pascha mandu-  
 “ casset Dominus, trasiit ad verum Paschæ Sa-  
 “ cramentum, id est, vt vultis, ad veram figu-  
 “ ram Paschæ. Quid ergo? Falsus erat typus,  
 “ quem priùs impleuerat Dominus vt verita-  
 “ tis repræsentatione, quod priori deesset,  
 “ suppleret, & restitueret? Sed impletum à  
 “ Domino typum fuisse docet Hieronymus:  
 “ Quum ergo impletus fuisset, nulla ampliùs  
 “ figura opus fuit. Hæc sententia satis ex vera  
 “ bis subsequentiis patet, Vt quomodo in  
 “ eius præfiguratione Melchisedech panem  
 “ & vinum proferens fecerat, veritatem sui  
 “ corporis repræsentaret, Si eius rei quæ à Mel-  
 “ chisedech præfigurata fuerat, veritatem re-  
 “ præsentauit Dominus: quomodo hanc ve-  
 “ ritatis repræsentationem figuram esse con-  
 “ tens

tenditis? Miror vos tantæ eruditionis & doctrinæ viros, repræsentandi significationem huc adsciuisse: vt figuram non rem præsentem exhibitam esse demonstratis: Cùm Cicerone rei emptæ precium repræsentatum esse dixit, præsentem pecunia solutionem ostendebat, non eius rei figuram. Qui se tibi ad concionem repræsentat, non figuram producit: sed se ipsum sistit: Hinc Grammatici repræsentare interpretati sunt præsentem sistere. Ergo quum veritatem sui corporis Dominum repræsentasse dixit Hieronymus, non figuram sistisse, sed ipsissimum corpus exhibuisse intellexit. Ex alijs locis, quibus de Eucharistiæ mysterio verba fecit vir Sanctus, eius fides & animus intelligi potest: Si Emisseni sermonem de corpore Domini reciperetis, acta res esset: ibi enim apertissimè transsubstantiationem profectur: vt quum dixit: Quanta itaque & quàm celebranda vis diuinæ benedictionis operetur: Quomodo tibi nouum & impossibile videri non debeat, quòd in Christi substantiam, terrena & mortalia commutantur, te ipsum qui iam in Christo es regeneratus interrogat. Item quando benedicendæ verbis cœlestibus creaturæ sacris altaribus im-

“ nuntur, antequam inuocatione sui nominis  
 “ consecratur substantia, illic est panis & vi-  
 “ num: Post verba autem corpus & sanguis:  
 “ Sed quum hunc sermonem respuatis, vobis  
 “ scum alijs Hieronymi locis agam, de qui-  
 “ bus nulla sit dubitatio: in cap. 5. Epist. ad Ga-  
 “ latas: Opus quippe ibi magis vini quã Dei à  
 “ nobis creatura damnata est, & licentiam tu-  
 “ limus virgini, proprio ætatis calore feruen-  
 “ ti, ne sub occasione parum bibendi plus bi-  
 “ beret, alioquin sciebamus & in Christi san-  
 “ guinem vinum consecrari: & Timotheo vi-  
 “ num vt biberet imperatum. In cap. 1, epist.  
 “ ad Titum. Sic est castitas propria, & vt ita di-  
 “ xerim pudicitia sacerdotalis, vt non solum  
 “ ab opere immundo se abstineat, sed etiam à  
 “ iactu oculi, & cogitationis errore, mēs Chri-  
 “ sti corpus confectura, sit libera: Si ab homi-  
 “ ne corpus Christi conficitur, non significa-  
 “ tur: Item Abdia quæst. 2. Nos autem audia-  
 “ mus panem quem fregit Dominus deditq;  
 “ discipulis, esse corpus Domini saluatoris, ip-  
 “ so dicente ad eos, Accipite & comedite, hoc  
 “ est corpus meum. Alibi in II. cap. Oseæ. Et  
 “ arbitrati sunt iugum meum leue, esse grauis-  
 “ simum, & declinaui ad eos, deferens regna  
 “ cœlorum, vt cum eis vescerer assumpta for-  
 ma

ma hominis, siue dedi eis esum corporis  
 mei, ipse & cibus & conuiuia. In Heliodo:  
 rum epist. 1. An de his aliquid audeam dice-  
 re qui certè in suis vrbibus commorantur,  
 absit vt de his quicquam sinistrum loquar,  
 qui Apostolico gradui succedentes Christi  
 corpus sacrum, ore conficiunt, per quos &  
 nos Christiani sumus.

EPISCOPORVM SCRIPTA NOS

*interpretari oportere non ex nostro iudicio,  
 sed religionis obseruatione secundum  
 quam populi instituerentur.*

Cap. 48.

PLuribus alijs auctoribus tui mecum de-  
 certarunt, quibus per librorum penu-  
 riam in eremo, non respondi: sed ne tuorù  
 victoria hunc prætextum obtendere vide-  
 rer, eos rogavi vt mihi expedirent, an vestri  
 testes à Romana Ecclesia dissideant: si cum  
 ea conueniant, huius Religio mihi visa est  
 antè spectanda, quàm de testium fide dispu-  
 tandum esset. Hac trutina eorum quos  
 producis, examinaui testimonia: Iustini, Ire-  
 nài, Tertulliani, Cypriani, Hieronymi,  
 Chrysostomi, Augustini, Ambrosij, Euse-  
 bij, Gelasij, eorumque quorum auctorida-  
 te Ecclesiam nostram oppugnas. Horum au-  
 tem

tem eandem cum sui temporis pontificibus inueni fuisse sententiam, atque Pontifices non diuersam ab hac, quam hodie obseruet Ecclesia, Religionem coluisse; quæ mihi res fuit testimonio, eorum scripta non à te fuisse intellecta, aut si intellecta sint, hæc cum Romana Religione nõ conuenire, sed cum tuis scriptis damnanda esse: At illi omnes fuerunt Episcopi, & credi debent, suam non aliter, suorumque Religionem instituisse, atque scripto testatam reliquerint: Quam obrem ab Religionis vsu, de scriptis eorum iudicandum esse duxi. Iræneus Lugdunensis fuit Episcopus, Hilarius Pictauiensis, Martinus Turonensis, ex annalibus illorum Collegiorum intelliges, quomodo missam fecerint, quamque de Eucharistia sententiam habuerint. Hoc verò si tibi non satisfecerit, omnem tibi potest adimere dubitationem, quòd nullo tempore illæ Ecclesiæ à Romana (cui parebant) aut verbis aut interdicto castigatæ fuerint, sed nec Irenæi nec aliorum libri censuræ iudicium subiuerunt. Tu de Romanis pontificibus disserens, Ioannem Papam 23. memoras, qui à schola Parisiensi damnatus errorē abiurare coactus sit. Quæ ergo Pontifici summo non pepercit, inferiores

CALVINI DOCTRI. LIB. III. 199  
riores Episcopos non ferret, si à sua doctrina discreparent.

DE GELASII SENTENTIA

à Caluino aduersus Ecclesiam usur-

pata. Cap. 49.

IN Epistola tua ad Franciscum Regem ostendere videris, Gelasium Romanum Episcopum, ad hanc tuam traditionem præceptorem tibi fuisse: hunc enim affirmas docuisse, panis ac uini substantias, non desinere, sed ita permanere uti manet in Christo Domino substantia & natura hominis iuncta diuinæ. Sed probare possum Gelasium, in hac fuisse sententia, vt si viueret, nullis quæstionibus ab eo exprimeres, quod illi tu imponis. Bullingerus hoc ipso tormento tecum Ecclesiam oppugnat, sed alijs verbis vt eum locum corrupisse videare. Gelasius (inquit) Romanus Episcopus de duabus naturis scribens contra Eutichen & Nestorium. Certè Sacramenta (inquit) corporis & sanguinis Domini diuina res sunt, propter quod & per hæc diuinæ effici-mur consortes nature. Quum ita habeat, quid nobis ostendes inter rem & substantiam huius Sacramenti interesse discriminis? Si res eius, substantia sit, hanc diuinam esse facere necesse est. Si verò diuinam esse negare non potueris, qua diuinitate hanc esse diuinam

N. VILLAGAGN. ADVERS.

uinam declarabis? num verbi diuinitate?  
 At verbum caro factum est, vt caro diuinitatis  
 essentia expers esse, nō possit, aut vacua:  
 Quum ergo verbi incarnati diuinitate, substantia  
 Sacramenti diuina effecta sit, ipsiusmet verbi  
 carnem esse ac substantiam fateare necesse est:  
 Nulla enim (præter carnem verbi) alia diuina  
 est terrestris substantia: ea igitur re ipsum  
 Sacramenti corpus constare, qua constat  
 verbum, palàm est: id est, carne & Spiritu,  
 quanuis huius substantia externa specie  
 obuoluta sit, aut alia diuinitate quàm  
 Dei verbi, Sacramenti res & substantia  
 diuina est, atque verbum Domini, hoc est  
 corpus meum frustra emissum est. Sequitur  
 propter quod, & per hæc diuinæ  
 « efficimur confortes naturæ. Quoniam (inquit)  
 « Sacramenta res diuina sunt: per hæc diuinæ  
 « efficimur confortes naturæ. Quomodo autem  
 « diuinæ confors naturæ Sacramento effici poteris,  
 « si à diuina Christi natura vacuum sit  
 « Sacramentum? An per Sacramentum seorsum  
 « tamè ab eo, diuinæ, sed ab hoc alienæ  
 « materiæ, te fieri putas confortem? erras  
 « si hæc tibi stat sententia: Nam per Sacramenti  
 « manducationem, diuinæ effici non poteris  
 « naturæ confors, si Sacramentum diuinæ

naturæ exors fuerit. *Imputatione inquis per fi-*  
*dem*: At eo modo secundum scripturas effi-  
 cimur diuinę Christi consortes nature, quo  
 vxor & maritus vnum sunt, quoque mortis  
 in Adamo consortes efficiamur: Non ergo  
 sola fide accedit consortium, nec imputatio  
 ne, sed re ipsa, secundum carnem & Spiri-  
 tum. Præterea si propter Sacramenti man-  
 ducationem fiat nostrum consortium, non  
 sola fide fit, sed propter manducationem si-  
 mul & fidem: Non enim fide sola manduca-  
 tur sacramentum, sed ore corporis. Sequi-  
 tur, Sed tamen non desinit panis & vini sub-  
 stantia, sed transit in diuinam Spiritu San-  
 cto perficiente substantiam. Hanc fateor  
 non desinere, id est, in nihilum redigi, sed  
 in diuinam vi Spiritus transire ac desinere  
 substantiam. Nam si desineret, id est, eua-  
 nesceret non transiret. Quod enim nihil  
 est, transire aut mutari non potest: Cùm ve-  
 rò transit, quanuis non desinat esse vera  
 substantia, tamen desinit esse panis: &  
 quæ erat terra panis, fit carnis Dei Chri-  
 sti terra, Spiritu, naturaque diuina præ-  
 dita, fitque Sacramentum diuinæ verbi  
 incarnati essentiæ, id est, verum corpus  
 sub aliena specie: Hanc fuisse Gelasij sen-  
 ten-



N. VILLAGAGN. ADVERS.

In Cœna.

“tētia, ex verbis sequentibus animo com-  
 “prehendi; Et certè (inquit) imago & simili-  
 “tudo corporis in actione myſteriorum ce-  
 lebratur. Cauendum eſt ne in his verbis of-  
 fendamus: Conſidera non dixiſſe Sacramen-  
 tum imaginem corporis, aut figuram fieri:  
 fit enim, vt ait Cyprianus, veritatis corpus,  
 “vera tranſitione: ſed dixit imaginem corpo-  
 ris, actione myſteriorum celebrari: Vt hoc  
 intelligamus, primùm quæ ſit myſteriorum  
 actio, intueri animo neceſſe eſt: Conſecra-  
 tionis opus, benedictione gratiarum actio-  
 ne, verborumq; pronuntiatione, cõſiſtens,  
 vera Sacramenti actio & effectio eſt: hac er-  
 go actione corporis imago celebratur. Huc  
 etiam pertinet Domini mandatum: poſt-  
 quam enim, Hoc eſt corpus meum dixiſſet,  
 adiecit, Hoc facite in meam commemoratio-  
 nem: & pro eo ac Dominus corpus ſuum in  
 ſui memoriam faciendum conſecratione  
 iuſit: Gelafius imaginẽ corporis in actio-  
 ne myſteriorum, celebrari oſtendit: Qui ad  
 Iuſtini martyris lectionem, diligenter ani-  
 “mum conferet, facilè hunc locum intelli-  
 “get: Quemadmodum (inquit) per Dei ver-  
 “bum homo factus Ieſus Chriſtus conſerua-  
 tor noſter, & carnem & ſanguinem pro ſalu-  
 te

te nostra habuit, sic etiam cibum, qui per  
 preces sermonis, quem ab eo accepimus,  
 consecratus est, & quo sanguis carnesq; no-  
 stræ, per transmutationē aluntur, Iesu Chri-  
 sti, eius qui homo factus est, carnem & san-  
 guinem esse edocti sumus: Hic docet eo mo-  
 do fieri Eucharistiam corporis & sangui-  
 nis, per verbum Domini, quo facta est incar-  
 natio. Celebratur ergo imago corporis in  
 actione mysteriorum: Quicquid enim in  
 verbi incarnationem intercesserit, in conse-  
 crationem infumitur: Verbum Domini, An-  
 gelus & fides. Virgine ab Angelo salutata,  
 verboq; ab Angelo in opus incarnationis  
 emisso, Concipies & paries Filium, &c. Ver-  
 bum, fide Virgo percipiens, de Spiritu San-  
 cto Deum & hominem concepit, Spiritu  
 Sancto in eam superueniente, & altissimi  
 virtute hanc obumbrante. Huius rei corpo-  
 ris diuini in Missa effectio imago est. Iesus  
 Christus magni concilij Angelus, verbo à  
 se emisso in puram panis materiam, ex hac  
 corpus suum in fide vniuersalis Ecclesiæ  
 creauit. Vide an hæc maioris miraculi atq;  
 operæ res fuerit, quàm incarnatio creden-  
 ti, non esse impossibile apud Deum omne  
 verbum: Certè qui huic miraculo fidem

derogabit, incarnationis Sacramento ægrè fidem adhibebit: Si vos panis species, ab hac fide remoretur, vobiscū reputate, hac re memoriam corporis fieri, aut, vt ait Gelasius, imaginem corporis celebrari. Omnia enim quæ homini (excepta mortis, ac peccati natura accidunt) seruauit deificata caro: sic & omnia retineri Sacramento necesse est, quæ pani propriè accidunt, natura tamen in carnem immutata: Vetus Ecclesiæ scriptores, hoc corporis Christi Sacramento, totius dispensationis salutis nostræ memoriam renouari dixerunt, vt vester Neocæsariensis, & noster Eusebius: Hoc etiam Paulus docet, dicens: Hoc facite in mei memoriam, quotiens enim biberitis poculum consecratione factum, mortem Domini annunciatis, donec veniat: Nota, non fuisse dictum significabitur, Quum fit vi verbi corporis Sacramentum, incarnationis (vt inquit Ecclesia) memoria recolitur. Quum manducatur oblatum ac immolatum Agnus, nostra participatio, in nostram redemptionem mors huius annunciat. Quum bibitur sanguis, annunciat in sordium nostrarum emundationem asperio, ac peccatorum remissio: hæc adiecta verba, donec veniat, resur-

rectionem atque secundum aduentum, annunciant: non enim venturus est nisi resurrexerit, ut alibi demonstrauimus. De hac quæ exposuimus sententia, te fortè Gelasius deducit, dicens: Sacramenta in diuinam transeunt Spiritu Sancto perficiente substantiã: permanent tamen in naturæ proprietate. Sed nota de proprietate hunc loquutum esse, non de natura: hæc enim sua proprietate prædita est, aliæquæ sunt naturæ proprietates, alia res est natura: Sic naturam ac substantiam diuinæ carnis, accidentia panis propria retinentem, in Sacramento corporis, Gelasius esse docet. Hoc si non admiseris, explica nobis quo modo fieri possit, ut panis substantia, in diuinam uerbi incarnati substantiam transeat, in panis substantia permansens: Hoc sanè si docuerit (uti illi imponis) Gelasius, non longè ab infamiæ suspitione: non potest enim transire simul & manere.

NON ITA CONIUNGI COR-

*pus Sacramento, uti natura humana diuinæ iuncta est in Christi persona, nisi substantialiter sub panis specie sit corpus. Cap. 50.*

CAETERUM in nefarij criminis reprehensionem incurris, quum dicis, *Ita panis substantiam in Sacramento permanere, uti manet in Christo Domino natura & substantia hominis iuncta diuinæ*: Vt hunc errorem detegamus, repetam quæ tibi sit de Sacramento sententia: Animi seueritate maxima, tuis edicis, *Ne ullam inesse in Sacramenti corpore diuinitatē, aut uirtutem aliam suspicentur, quàm Sacramentalē id est, significatiuam, ne animum suum, in huius adorationem inclinent: tradis tamen corpus Christi à Sacramento separari non posse, si accedat fides: sed unà cum Sacramento, quamuis seorsum ab eo, corpus ab anima manducari, & ita corpus Sacramento coniuñctum esse: uti cum humana natura in Christi corpore diuina coniuncta est.* Hac de re magna iræ tui mecum discipuli conflixerunt, quum ex te ostendebant hac similitudinis iniquitate, carni Christi diuinitatem, Sacramento tenus vnitam esse, eamq; diuinitate spoliari, atq; ad carnis communis rationem redigi, cui iungatur diuinitas, si modò diuina esse credita sit. Fide enim non re vera, cum pane tuo, Christi corpus tibi cohæret: Hoc si non intellexeris, tua similitudo falsa est, nec ita remanet panis, uti natura carnis, in Christo iuncta est diuinæ: Prætereà ex Pau-

li sententia docebam plenitudinem diuini-  
 tatis habitare in carne Christi corporaliter,  
 & carnem diuinitatis esse participem: vt ca-  
 ro Christi seorsum à diuinitate considera-  
 ri non possit (quin soluatur Christus) De-  
 niq; docui Gabrielis Angeli testimonio,  
 Christum non solùm Dei Filium respectu  
 diuinæ essentiæ, vocatū esse, sed etiam eius  
 substantiæ, respectu quæ de virgine nata  
 sit: Hæc verba sunt Angeli, Spiritus Sanctus *LUC. I.*  
 superueniet in te, & virtus altissimi obum-  
 brabit tibi: Ideoque & quod ex te nascetur  
 sanctum, vocabitur Filius Dei: Et, copula-  
 tiua dictio, causalem subsequuta, ostendit,  
 non solùm Spiritum Sanctum, id est, ver-  
 bum, Filium Dei vocatum iri, sed & carnē,  
 quæ ex Maria nascetur, propter naturarum  
 vnionem: Quæ naturæ vnum Christum, Fi-  
 lium Dei efficiunt, ex qua re, Maria, Mater  
 Dei meritò vocata fuerit. Qui non secus di-  
 uinam verbi essentiam inesse Sacramento  
 intelligerent, docebam non tuo modo con-  
 iunctum Sacramento corpus Dei dicere de-  
 buisse, sed rem, corpus esse Sacramenti: neq;  
 Sacramenti perfectionem, ac veritatem à  
 fide æstimari oportere: vt qui fide Sacra-  
 mentum manducet, corpus Spiritu mandu-

In Coena.

cet, qui nulla fide manducarit, panem & nõ corpus se manducasse credat : Affirmabam enim veritatis corpus semper esse Sacramentum, neq; vnquam se, vt Cypriani verbis vtar, à Sacramentis eam absentare : Hoc tui discipuli ferre non potuerunt : Eis, hæc dicens insanire aut delirare videbar : mei q; affecti misericordia, bonam mihi mentem precabantur. Ostendebant id solùm quod à Deo esset, Filium Dei dici posse : non autem quod ex Virgine est, ne ex creatura, creatorem faceremus : non negare Filium Dei in carne Christi habitare, ut Spiritus noster in nobis inhabitat, sed modo quodam eximio, ac ineffabili : atq; naturarum inter se differentium, distinctionem fieri oportere (si adoretur Christus) ne simul cum Deo, caro creata adoretur : Angeli testimonium à me citatum tua noui testamenti in Gallicam linguam versione declinabant, qua, copulatiuam causali aduerbio præposuisti, vt doceres, id solùm quod è cœlo descendit, Filium Dei sanctum que dici oportere, ne templum diuinitatis, pro re, templum inhabitante, adoremus.

IN QVO DIFFERAT INCARNATIONIS à consecratione mysteriorum. Cap. 51.

Pau.

**P**AUCIS pòst diebus, de consecrationis ad  
 incarnationem Iustini similitudine, hoc  
 argumento illi nos impugnarunt: In incar-  
 natione, inquit, caro in Spiritum minimè mutata  
 est, sed mansit non solum in naturæ proprietate, sed  
 in propria natura: Tibi uerò in consecratione, pa-  
 nis tui natura in carnis naturam penitus transit, ac-  
 cidentibus immutatis, ac sine subiecto manentibus:  
 Scuti loco, tui Gelasij sententiam illis ob-  
 duximus: quæ si falsa non sit, secundum  
 hanc fidei nostræ mysterium euenire neces-  
 se est: Transit (inquit) panis substantia in  
 diuinam corporis Christi substantiã: quam-  
 uis in proprijs accidētibus panis remaneat:  
 Gelasij sententiam Cypriani auctoritate  
 suffuliuimus attestantis, Sacramento visibi-  
 li sic diuinam se infundere essentiam, ut  
 sub carne latebat diuinitas, ut panis effigie  
 non mutata, fiat caro Domini: Proinde si pa-  
 nis caro non fieret, horum alterum necessa-  
 riò eueniret, ut aut uerbum Domini, dicen-  
 tis, Hoc est corpus meum, præteriret, aut ut  
 uerbum panem induens, fieret panis, non se-  
 cùs ac uerbum caro factum est, carnem in-  
 duens, sicque duo essent ueritatis corpo-  
 ra, unum paneum, alterum carneum,  
 quod nullam haberet rationem: Itaque ut



N. VILLAGAGN. ADVER:

verbum, hoc est corpus meum maneat, necesse est secundum hoc, ex pane corpus effici: Hoc verò fieri non potest, quin panis natura in diuinam substantiam conuertatur, aut duo veritatis corpora inducamus. Præterea huc incarnationis mysterium nõ spectabat, vt in Spiritum caro mutaretur, sed vt diuina fieret, eadem permanens, atq; vt homo in Deum transfiret, cælumque conscenderet: At consecrationis huc pertinet finis, vt homo diuinæ fiat naturæ consors, non solùm Spiritu, sed carne, quòd sine diuinæ carnis manducatione consequi non potest. Quamobrem panem & vinum in carnem & sanguinem transire, & conuerti necesse est, vt per hæc, qui se ad manducationem conferunt, fiant vt diximus diuinæ naturæ consortes. Quantum ad similitudinis rationem attinet, etsi hac in re non habet locum, vt ita permaneat panis substantia iuncta diuinæ, vti caro in sua natura permanet; hæc tamen hac in re locum habet, quòd vti verbum incarnationem operatum est, sic & consecrationem inuocatum operetur, & vti spiritu superueniente caro deificata est, sic eodem superueniente, panis natura in incertam mutata sit. Nulla ergo inter actiones

dife

differentia, sed maxima similitudo est, nec inter corpus pro nobis passum, idq; quo in Cœna in remissionem peccatorum paschimur, discrimen ullum interponemus.

Vt ad accidentia sine subiecto respondeã. Fateor humano ingenio me tantum miraculum non posse consequi, sed vbi tu exposueris, quæ cœli aut solis substantia sit, me in spem conijcies fore, vt hæc tibi explicemus, ac demonstremus: Primùm velim vt edifferas, quomodo lux, solis corpori inhaereat, per accidens, an per essentiam: si per accidens esse dixeris, quum ante solis creationem lux effecta sit, per se subsistebat: ostende ergo qua re constet corporis solis substantia, vt intelligamus, an ei lux adsit per accidens, sine subiecto? sed ægrè à me obtinebis vt lucem per accidens soli coniunctam esse fatear, quum ante diem quartum, vt diximus, per se lux subsisteret. Quòd si essentiam solis lucem esse dixeris, soli corpus contra scripturas esse negabimus: Lux enim nõ est corpus: Præterea exprime, quæ natura esset ignis in fornace septuplum incensi, in quem apud Danielem tres pueri coniecti sunt, ignis natura non erat quæ minimè hos læderet, aut vreret, sed tanquam ros matu-

N. VILLAGAGN. ADVERS.  
tinus eorum corpora refrigeraret. Roris ergo  
erat natura sub ignis accidentibus: quod  
si naturam non mutatam esse dixeris, sine ac-  
cidentibus ignis substantiam fuisse demon-  
strabis, quod non minùs à natura alienum  
est.

### ACCIDENTIA SINE SVBIE-

*cto in Eucharistia à manna Eucharis-  
tiæ figura probari.*

Cap. 52.

**D**E accidentibus sine subiecto, deq; alie-  
na substantia, sub non suis accidenti-  
bus tam illustris est à manna ( quod Eucha-  
ristiæ figura erat ) probatio, vt mirari non  
desinam, quo modo in Eucharistia offenda-  
tis. *Exodi. 16.* Hæc sunt verba Mosis: Vespere comede  
tis carnes, manè saturabimini panibus, scie-  
tisq; quia ego sum Dominus Deus vester:  
factum est ergo vespere, & ascendens cotu-  
rix cooperuit castra, manè quoq; ros iacuit  
per circuitum castrorum. Ecce panis, ros,  
propter roris similitudinem vocatur, vt Eu-  
charistia panis, propter similitudinem: Se-  
quitur, Quumq; operuisset superfi-  
ciem terræ, apparuit in similitudine minu-  
tum, quasi pilotusum, in similitudinē prui-  
næ

nã super terram, quod quã vidissent filij  
 Israel, dixerunt ad inuicẽ, quid est hoc? Qui-  
 bus ait Mõses, iste est panis, quem Dominus  
 dedit vobis ad vescendum. Nõ ergo panem  
 significabat, sed substantialis erat panis, sub  
 roris & pruinã similitudine: Hunc locum  
 nobis non aliter interpretari licet, quã li-  
 ber Sapientiã fuerit interpretatus: Hęc sunt  
 eius verba: Pro quibus Angelorum esca, nu-  
 triuisti populum tuum, & panem de cœlo  
 præstitisti, omne delectamentum, & omnis  
 saporis suauitatem: substantiã enim tuam,  
 & dulcedinem illis ostendebas, & deserui-  
 ens vniuscuiusque uoluntati, ad quod quis-  
 que volebat, conuertebatur. Audi sub roris  
 ac pruinã similitudine, omnis saporis mu-  
 tationem, & in quod quisque cuperet, sub-  
 stantiã mutationem; Erant ergo sine subie-  
 cto accidentia: Hunc tamen locum si reiece-  
 ris, quid aduersus Mõsem obduces? Is atte-  
 statur tam verum panem, sub roris specie,  
 pruinã quẽ similitudine, manducatum, quã  
 carnes sub coturnicum accidentibus ac ef-  
 figie, manducarentur: Manducabitis (in-  
 quit) carnes vespere, & manẽ panes ad sa-  
 turitatem: si non erat panis substantia,  
 pruinã erat, quã quidem ab hominis nutri-  
 mento

mento alienissima est: Si verò panes erant, aliena specie, ac accidentibus sine subiecto occultabantur: vt hoc tibi miraculum mirabilius videatur, audi incalescente sole, manna quasi pruinæ eslet substantia, liquefieri, aut vermibus scatere, quum tamen panis natura non liquefiat: sola ergo accidentia liquefiebant, vt sola Eucharistiæ accidentia vermibus eroduntur: crede ergo quanuis nihil omnium quæ pani propria sunt, in Eucharistia immutetur, substantiâ eius ineffabiliter, in carnem conuerti: vti in panem ros, sub pruinæ specie, substantialiter conuertebatur: aut veritatem cum figura non respondere.

**NON MIRVM VIDERI DEBE**  
*re finitam corporis diuini substantiam, pluri-*  
*ma uno tempore occupare loca.*

Cap. 53.

**T**Vi discipuli, ab hac euolutum me quæstione, cœperunt alijs stimulis vrgere, Si (inquiunt) carnem Christi sub sacramento manduces, falsum est ad Dei dexteram Christum sedere, donec ueniat iudicare uiuos & mortuos: aut falsum est, eius corpus finitum esse: Non enim in cœlis simul & in cœna uerè esse potest, sed alia tibi caro porrigitur alia in cœlis est. Ne rem maiestate ac miræ

miraculo plenam, vano sermone tereremus, ex illis quæsiui, vt vicissim mihi exponerent, quomodo quinque exigui panes hordeacei, vno temporis momento, in quinque essent millibus locis, atque hominum quinque millia explerent, vt ministri, reliquiarum duodecim cophinos exportarent. Infinita ne erat quinque panum substantia, an ne phantastica illa fuerit, vnde tot millia saturarentur? Finitus quinque numerus, finitam materiam ostendit, eiusque ipsius in seipsam multiplicationem, vt vno tempore tot loca occupauerit quot essent personæ. *Creauit (inquiunt) Deus panes ex aëre, aut ex propinqua materia, quibus turba uescerentur.* Ergo inquam falsum est, ex quinque ordeaceis panibus, quinque hominum millia saturata fuisse, sed ex quinque millibus aëreis panibus aut ex nihilo creatis: Vbi huius rei exitum inuenis, ex eis, quos mihi tetēdisti, laqueis eua-demus. *At non uidetur (inquiunt) fieri posse ut Dominicum corpus tantillo in spacio contineatur.* Fieri nec etiā posse videtur, vt ianuis clausis tantæ magnitudinis corpus ad discipulos penetrarit: Hoc tamen & si humani ingenij aciem obtundit, fide comprehendimus, ac veneramur: rebus (quas nobis oculis

cultas esse voluit Deus) animum nostrum frustra vexantes, ne qui scrutator est maiestatis, opprimatur à gloria.

SI GELASIVS IN EA SENTENTIA fuerit, quam fingit Calvinus, errasse omnes Episcopos, qui ante illum fuerint.

Cap. 54.

**H**is demonstratis rebus, facile iudicari potest, quàm malè cum Gelasio cohæreas, quam quæ falsa, & iniqua sit tuæ conjunctionis diuini corporis, ad tuum panem similitudo. Cæterum malè subducta ratione esse ad persuadendum videris, qui ex omnium tempestatum, omnibus Episcopis Romanis, vnum elegeris, cui assentias, reliquos omnes improbens. Tertullianus aduersus hæreticos dicit, Quod ab omnibus inuenitur obseruatum, non erratum, sed traditum: Si verò omnes ante & post Gelasium errauerint: qui proximè Apostolos sequuti sunt errauerunt: Huc igitur, vt verbis vtar Tertulliani, disputationem nostram dirigamus: Dominus noster Iesus Christus: Apostolos misit ad prædicandum, alios ergo non esse recipiendos prædicatores tateberis, quàm quos Dominus Iesus instituit, quia nec alius sciuit veritatem, nisi cui Filius reuelauit  
nec,

nec alijs videtur Filius reuelasse, quàm ijs, quos misit: Quod autem prædicatum sit, nõ aliter sciri potest, quàm per Ecclesias, quas Apostoli prædicando condiderunt, tam viva quod aiunt voce, quàm per scripturas. Si hæc ita sint, constat omnem doctrinam, quæ cum illis Ecclesijs Apostolicis matricibus, originalibus fidei conspiret, veritati deputandum, reliquam omnem doctrinam à mendacio profectam. hæc Tertullianus.

Si hæc quam nos propugnamus religio, è mendacio enata sit, ostende quando & quibus matribus enata fuerit, quibus artibus tantas vires sumpserit, vt vestram veritatem profligauerit, & expulerit, hoc non magis latere vos potest, quàm quæ, quibusque temporibus viguerit disciplina, hoc si præstare non possis, testatum relinquis, nostram religionem ab illis Apostolicis & originalibus esse susceptam, & traditam. Vide ergo quid Gelasio tribuas, dum eum tibi præceptorem, & magistrum fuisse fingis, ad eam quam eius auspicijs, & nomine, euulgas opinionem: tu certè hunc alligas, & infamem facis hæresis, dum à patribus orthodoxis discrepare doces; sed eius



N. VILLAGAGN. ADVER.

constitutiones hanc ei maculā facilè eluunt  
& abstergunt: In canone librorum, quos  
ipse ab Ecclesia suscipiendos esse censet, pa-  
trum decretales epistolas approbat, his, uti  
superiùs demonstrauius, transsubstantia-  
tio, & Missæ sacrificium approbatur. Cy-  
priani opuscula recipit, his panem & vinum  
in carnem & sanguinem mutari liquet: Ba-  
filij & Gregorij Nazianzeni, hi post conse-  
crationem, antitypa, fieri corpus Domini  
asseuerant: Cyrilli & Hilarij, hi eam quoq;  
sententiam tuentur, Ioannis Chrysosto. in  
ea etiam est sententia: Ambrosij, Hierony-  
mi, Augustini horum auctoritate nititur  
Ecclesia ad te impugnandum: Gelas. præte-  
rea, Bullingero tuo & Hieronymo Mario te-  
stibus: collectis, gradualibus & canonis ini-  
tiò, Missam cumulauit: Non ergo negauit  
quod canone celebratur, prædicatur, & as-  
firmatur, à quo insana quadam vos animi  
offensione obhorretis: Hic, digamos arcet  
ab Ecclesiæ ministerio, eo tu illos intrudis,  
sacris virginibus velandis, tempus defini-  
uit, has tu voto absoluis, & matrimonio co-  
pulas, eos qui se eis coniunxerint, à sancto-  
rum detrudit cõmunionem, tu præmijs ac pol-  
licitationibus, in id inuitas, & pellicis, Mis-  
sant

fam in virginum consecratione eo modo celebrari, quo hodie celebratur, eos idololatricæ reos facis, qui Missæ interfuerint: Vide ergo cuius vir sis iudicij, qui talem testem in tuæ sententiæ confirmationem adhibueris.

SI PANIS COENAE, A CORPO

*re Domini sit natura disparatus, an possit per significationem de hac qualitate necessaria, quod pro uobis datur, prædicare. Cap. 55.*

**C**onficiam, concludamq; hanc nostram edimicationem, tormenti huius dissipatione, quo tui discipuli post meum reditum sententiam nostram totis viribus incusserunt: Sensus, inquiunt, huius propositionis, hoc est corpus meum, quod pro uobis datur & frangitur, uel est literalis, uel tropicus. Sensus literalis, quem unusquisque sensu communi præditus, ex forma uerborum colligit, est hic quòd panis quem Christus accepit in manus, sit corpus Christi, quod falsum est: Nam unum disparatum, non prædicatur de altero, nisi per significationem, ut Petra est Christus. Ergo uerus sensus istius est tropicus, quod panis quem accepit in manus, est figura corporis, uel corpus significat.

N. VILLAGAGN. ADVER.

Hæc opinio, præcoce ab ingenio profecta esse, mihi visa est: Si dixisses panem quem frangimus esse corpus Domini, falsa non esset (vel secundum literam) propositio. Aut si dixisses, quem accepit Iesus panem, post mysticam benedictionem, & solennes preces, esse verum corpus, verissima esset propositio. Tum enim quum in manus panem Dominus accepit, erat antitypō, id est, exemplar similis formæ: sed quum frangeretur, postquam (si Græcè loqui liceat) fuit *ἕνθεον* *ἰδύς* id est, Eucharistizatus, corpus erat Domini: Nam Spiritu Sancto in memoriam incarnationis superueniente, panis in carnem mutatus est.

DISPARATVM, PER SIGNIFICATIONEM de altero non prædicare, quin huius necessarias qualitates & naturam prædicat.  
Cap. 56.

**C**AETERUM te ipso præceptore, opinionis tuæ vanitas detegitur affirmando, Vnum disparatum de altero non prædicari, nisi per significationem: ut Petra erat Christus: Christum à petra, quæ Israellem consequebatur, disparat

disparatum fuisse nego: sed Petram illam  
 cœlestem ac spiritualem, affirmo Christum  
 fuisse, non significasse: Si tamen hæc dispa-  
 rata fuisse donemus, de seque mutuò per si-  
 gnificationem prædicasse, huc corrues, vt  
 Christus tibi dicendus sit, ante incarnatio-  
 nem, Petram immobilem ac insensibilem  
 prædicasse, quis tibi hæc credet?

Præterea tui prædicati natura & quali-  
 tas, quam necessariò hoc relatiuum, quod  
 pro vobis datur, subsequens exprimit,  
 manifestæ ignorantix te arguit, Aduerte,  
 non solum corpus prædicari oportere, sed  
 adiecta ea qualitate, quod pro vobis da-  
 tur: vt seorsum ab ea, corpus considera-  
 ri, aut prædicari non debeat: An autem  
 tibi videtur natura panis, & vt ais analo-  
 gia, necessariam hanc corporis qualitatem  
 prædicare, vel figurare, vt corpus pro no-  
 bis datum, oblatum, & occisum, significet?  
 Hoc si non habet à natura panis, sed vt  
 putatis ab institutione, quomodo ab ana-  
 logia tuam duces similitudinem? Hanc  
 deberes ab institutione potiùs abripere:  
 quo modo ergo hanc necessariam obla-  
 tionis in sacrificium pro nobis qualita-  
 tem, panis proprietatem referet, ac prædica-

bit? Errabis tamen si hac omiffa ac neglecta qualitate, quam expreffit verbo Dominus, ad aliam nos adegeris, qua fola tenus, Dominicum corpus prædicari doceas: Itaque, panis, Christum cum fuis qualitatibus, expreffè (fi te audiamus) fignificare deberet: non folùm autem nutrimento tenus, fed quatenus pro nobis mortuus eft: hoc tamen nec panis natura, nec inftitutio Sacramenti patitur: Nam diuerfos effectus facrificij, id eft, Miſſæ, totidem figuræ ſpeciatiim adumbrarunt, quas ſingulas, ab vno Chriſto adimpleri oportuit: Qui ergo harum ſignificationem confuderit, culpa non vacabit: Azy mi panes in nutrimenti ſignificationem à Moſe accepti ſunt, nec fruſtra, fed vt vtraq; Chriſti natura nutrimenti & paſſionis duabus figuris panis & agni exprimeretur. Azy mos ergo panes cum propoſitionis panibus illi tuæ analogicæ ſignificationi, rectiſſimè deſtinare potuiſti: egoq; agnum tranſitus, (quo aduerſus vaſtantem Spiritum, Hebræi ante maris traiectionem ſeruati ſunt) ei, quæ Chriſtus expreffit qualitati, quæ nobis carnis oblationem, & manducationem, prædicabat, applicare poſſum: Et hircum emiſſarium, poſt pontificis execrationem, cocci

no circumdatum, per hominem paratum in perditionem emissum, cum Christi purpura induti execratione, & per hominem paratum, ad supplicium expulsionem cōferens, non errabo, Holocaustumque & animalia quorum sanguis in Sancta fuit post solēnem oblationem per Pontificem illatus, extra castra, ad incendium exportata, passioni Christi respondere poterunt; ut unicuique figuræ, sua veritas relinquatur; Si hunc ordinem ac rationem tecum reputes, non vni panis, quod omnium figurarum est, assignabis, nisi in offensionis lapidem impingas.

## DIVINI EVCHARISTIAE OPE-

*ris à manna probatio.*

Cap. 57.

**P**Rætereà analogiæ tuæ sollicitus, manna dignitate sua exuisti: Hoc, panem cœlestem non sola institutione tenus verum, sed effectu, ac supernaturali prærogativa figurabat: vitamque æternam, spiritualem, cœlestemque nostrum mysticæ benedictionis cibum, elementi sub specie adumbrabat. Et quanquam hunc nostrum vitæ cibum, manna figuraret, Christi tamen sacrificium fi-

gurare non potuit : hoc ergo multò minùs,  
 panis tuus figurabit. Denique mannæ signi-  
 ficatio, non solis alimenti terminis claude-  
 batur, sed panis nostri spiritualis ( quoad  
 eius fieri potuit ) naturam, ac diuinitatem  
 ostendebat, ac per significationem tuam  
 prædicabat : Manna enim præter naturam,  
 virtute diuini Spiritus, pruinae sub spe-  
 cie, conuersa eius secundum edentium  
 voluntatem substantia, ac sapor, populum  
 plenissimè nutrebat : sicut scriptum est.  
 “ Substantiam enim tuam & dulcedinè tuam  
 “ illis ostendebas, & deseruiens vniuscuius-  
 “ que voluntati ad quod quisque volebat  
 “ conuertebatur. Sapien. cap. 16. Sic aqua  
 ex petra præter naturæ vires & ordinem,  
 diuina virtute scaturiens, populi sitim ex-  
 plebat, quæ res nostram æternæ sitis ex-  
 tinctionem ( diuini opus poculi, aliena sub  
 speciè, gustuque adumbrabat : ac signi-  
 ficatione prædicabat : Verbi enim ac san-  
 cti Spiritus vtrumque opus quum fuerit,  
 hac ipsa in re, id est, quòd supernaturale  
 esset opus, de se mutuò, & si substantia di-  
 sparata sunt ) prædicant : Sed quoniam in-  
 stitutione sola ac sacramento, & conditione  
 tenus, panis tui naturæ honorem diui-  
 nuna

num defers, efficit vt nullo modo, de pane  
vinoque tuo, illæ vmbre per significatio-  
nem prædicent. Vmbre enim illæ, non si-  
gnificatione, conditione, aut institutione  
tenus, sed re vera, & effectu, supernaturale  
vt diximus, diuinumque erant opus: qua in  
re, de naturali tuo pane, conditione, vt tuis  
verbis vtar, ac significatione tenus mutato,  
per significationem prædicare non possunt:  
nec tui naturales cibi, vmbas illas repræ-  
sentare, nisi vmbis cœlestibus, suam præ-  
stantiam deneges, ac ad naturæ regulas adi-  
gas, vt per significationem de tuo pane  
verè prædicent, quod stultitia non care-  
bit.

### NISI EUCHARISTIA SUPER-

*substantiale sit opus, de ea non posse manna,  
per significationem prædicare.*

Cap. 58.

**S**I autem Ecclesiæ ex religione non excesseris, sed fatearis supersubstantialem esse nostram Eucharistiam, non Sacramento, ac conditione fideque tenus, sed re vera, efficit vt opinioni tuæ subscribam, disparta de altero per significationem prædicare,

Dd 4 at-



atque opus mannae, aquae, è Petra præter naturam redundantis, (per metonymiam) Eucharistiam nostram dici posse, ac per significationem natura & specie disparata de altero prædicare: Agnumque transitus typicum, & animalia quorum corpora extra castra cremarentur, Christum passum dici posse. Sed si in sententia manseris, naturamque panis, non re vera diuinam esse dixeris, sed sacramento solo, ac institutione tenus, de corpore quod pro nobis datur disparato, prædicare contenderis, huc te præcipit deturbabis, ut tibi necessariò patibilis Christi qualitas dicenda sit, per significationem, de impatibili panis tui natura, sic prædicare, ut à pane vicissim prædicetur: corpus enim non potest, citra expressam verbo Dei qualitatem hanc, (quod pro vobis datur) de disparato prædicare, similiter corpus ipsum seorsum à sua qualitate, à pane prædicari non potest, panis ergo secundum tuam logicæ regulam, de corpore holocausti prædicare non potest, quin simul de corporis expressis, ac proinde indiuiduis qualitatibus, prædicet: nec rursus holocaustum prædicatum, citra suam necessariò connexam (propter verbum Dei) qualitatem, de altero

ro poterit prædicare: nam similitum eadem est ratio. Quum igitur hanc prædicationē, nec panis tui natura, nec institutio ferat, falsum est corpus, & panem esse disparata, sed eandem esse naturam ac substantiam, de se- que mutuò verè prædicare.

Hoc quoque in considerationem afferendum esse puto, si tua sententia verasit, non solum Sacramento tenus panem esse corpus & corpus panem, sed Christum sacramentaliter, passum esse, non substantialiter, quoniam non verè ac substantialiter hæc qualitas à pane prædicata est: manifestum enim & liquidum est, eo modo expressam, ac necessariò connexam subiecti qualitatem prædicari, quo subiectum prædicetur.

#### A PRONOMINVM NATVRA

*ac proprietate probari panem quem frangimus, & corpus non esse disparata. Cap. 59.*

**S**Ed frustra verba hæc terimus. Nam ne panem quem frangimus, à corpore disparatum esse credamus (Hoc & Quod) pronomina, vel nos inuitos, trahunt: (quod) enim relatiuum subsequens, vnam eandemque

N. VII. ADVER. CAL. DOCT. LIB. III  
naturam ac substantiam, ad eam refert, quæ  
eiusdem casus, generis, ac numeri, demon-  
strata sit: Hoc est corpus meum quod pro  
vobis datur: vt necessariò peccent, qui in-  
ter rem demonstratam, ac relatam, discrimen  
intermittant: Multa nobis supersunt  
in hoc argumentum excutienda, quæ  
coram tecum agitare cupiens, in  
nostri congressus occasio-  
nem, reseruauimus ac  
reiecimus.

FINIS.

# THEMATA, QVAE <sup>214</sup>

VILLAGAGNO IN SVIS

ADVERSVS CALVINVM

libris propugnanda suscepit.

ECCLESIAE DE SACRIFICIO

& Eucharistia sententia.

**P**ANIS in corpus sacrificatum à christo in Cæna pro nobis Deo patri datum. vi Diuini uerbi, Spiritu sancto superueniente, demutatur.

Non ergo transubstantiari panē dicimus, vt postquàm is Eucharistia corporis effectus sit, corpus à nobis sacrificetur: Nam & accedere oporteret, qui oblatum crucifigerent: sed panis, vi Diuini uerbi, à sacerdote iussu Dei pronuntiati, mutatur in corpus, ab ipsomet Dei filio sacrificatum, in Cæna pro nobis Deo patri datum. Huius rei testis est Lucas dicens: Hoc est meum corpus (à me supple) pro uobis patri meo datum, hoc facite in mei memoriam. Secundum, hoc mandatum, semperque præsens uerbū, quoties uerba benedictionis formalia, in id opus à sacerdote ritè pronuntiantur, fit corpus quod pro nobis dat offertque Dominus. Ex quo dici potest non aliud esse aut nouum

nouum nostrum sacrificium : sed vnicum illud iuge ac continuum, Deiq; opus esse nõ ministri. Hoc docet Paulus dicens : Hic autem vnã pro peccatis offerens hostiam, in æternum sedet ad dextram patris, expectans donec ponantur inimici eius, scabellum pedum eius, vna enim oblatione cõsummauit in æternum eos qui se sanctificant : ij enim, qui hostiæ semel oblatae manducatione se sanctificant, huius virtute ac præstantia perfecti fiunt, nec est necesse vt à dextra Dei veniat Dominus, vt se iterum sacrificet, quoniam, vi æterni verbi, fit transubstantiationis, secundum verbum prolatum, miraculum.

*Hoc corpus in mei memoriam facite.*

*Quo modo Eucharistia inuisibile corpus Domini, simul & uisibilis corporis figura sit, ut ipsius memoriam nobis renouare possit.*

Iustini Martyris hæc sententia est : Vt sub panis specie caro Christi vi verbi pronuntiatu ita fiat, quemadmodum verbo ab Angelo pronuntiato, Deus ex sanguine Mariæ factus est homo, vnde Gelasius consecrationem incarnationis imaginem esse affirmavit.

Hæc

Hęc quoque Augustini est sententia, vt 215  
quemadmodum homo & Deus, hæc duo, De consecra-  
Christum efficiunt, sic panis effigies vna cū cratione  
inuisibili Christi corpore, verè sub effigie *distinct. 2.*  
latente, Eucharistiam efficiat: qua ex re, Eu- *ca. hoc est.*  
charistia visibilis corporis figura esse dicen-  
da est, vt sicut homo solus, aut Deus solus,  
Christum non efficiunt, ita ex sola panis ef-  
figie, aut sola diuina substantia sacramentum  
non efficiatur.

Cyprianus in eam sententiam docuerat  
Eucharistiam, quæ inuisibile est corpus Do-  
mini, visibilis corporis figuram & sacramen-  
tum esse, quatenus in persona Christi huma-  
nitas videbatur quum lateret diuinitas, vt  
in Eucharistia sub panis effigie formaq; di-  
uina caro lateat.

Præterea in sacramento visibili re vera  
diuinam inesse substantiam, vti re vera &  
corporaliter in Christi carne diuinitas in-  
habitat.

*Vnde colligi potest contra Caluini iudicium.*

Si panis substantia Diuini corporis figu-  
ra sit, tantum vt non re vera, sed fide tenus,  
Diuinum corpus cum pane coniunctum sit,  
falsam esse figuram, nisi & fide tenus, non re  
vera

*Guimundus in Be-  
rengariū.*

vera, cum Christi carne dicatur esse coniuncta diuinitas.

Insuper quemadmodum Eucharistia quæ corpus Christi verum indiuiduum ac integrum est, postq̄; huius fractionem, singulæ quæque partes id ipsum sunt, quod erat ante fractionem Eucharistia. Sic vniuersitas Ecclesiæ, integrum est corpus Domini, cuius Christus est caput, & ipsius vnumquodque membrum, corpus item est Domini, cuius caput est Christus.

Huic autè figuræ, locus non relinquitur, si pane cōsistit Eucharistia, quia panis partes toti æquales esse nō possunt, quemadmodū vna Eucharistiæ particula toti est æqualis.

*Quoties manducaueritis panem hunc & biberitis sanguinem, mortē Domini annunciatis donec ueniat.*

Non enim potest hostia cæsa manducari, non potest huius sanguis potari, id est, effundi in viscera, quin mors eius annuncietur.

*Donec ueniat.*

His verbis resurrectio & aduentus Domini nuntiatur, non potest enim mortuus redire nisi resurrexerit, fit ergo corpus ad incarnationis memoriam, manducatur in mortis resurrectionis, ascensionis, & aduentus nuntiationem.

Trans

*Transubstantiationis probatio.*

Non bibam de hoc genimine vitis, vsque in diem illum, cùm illud bibam vobiscum nouũ, in regno patris mei: Hæretici fingunt de fructu vitis dominũ loquutum esse, sed iniquè: nã fructus est generationis substantia, quæ propter verbum necessariò in sanguinem mutata est, non mutatis accidentibus: quæ quidem accidentia, genimen dici possunt substantia etiam commutata: Si vini fuisset substantia quam cum Apostolis in Cœna bibit Dominus, isque post resurrectionem vinum bibisset, non idem re & numero esse vinum potuisset, tametsi ex eodem dolio depromptum: vnaque & eadem foret relicta accidentium generatio. Præterea licet idem re vera fuisset, vinum tamen nouum non fuisset, quia idem: Hanc ob rem necessariò Christi fuisse sanguis, de quo Christus loquutus est, dicendus est, quẽ hodie sub accidentibus vini, in regno patris, id est, in Ecclesia, bibimus, quemque cum Apostolis in Cœna bibit ille, sed nouus est quia glorificatus, nouaque id, est, gloriosæ vitæ sanguis est, eum enim resumpsit resurgens, ne exanguis in cœlum ascenderet,

né.



néue ex eo quod dedit illi pater quicquam  
deperiret, bibere verò nobiscum dicitur,  
quia idem ipsum est nostrum hoc conuiuü  
cum suo & Apostolorü conuiuio: æternum  
enim semperq; præsens ac continuum est,  
tametsi non eadem est temporis præsentia.

*Pauli propositio.*

Hoc poculum nouum est testamentum  
in sanguine meo effuso in remissionem pec  
catorum.

*Calvinus.*

Hoc poculum significat testamentum in meo san  
guine, est enim figurata locutio, & (est) improprie  
sumi debet.

*Matthæus.*

Hic est sanguis meus noui testamenti qui  
effunditur in remissionem peccatorum.

*Calvinus.*

Hoc significat meum sanguinem testamenti.

*Reprehensio.*

Sed

Sed si testamenti sanguis à Matthæo significatus est, quomodo à Luca Pauloque testamentum & significatum fuisse intelligemus, quum sit aliud testamentum quàm sanguis testamenti? Hoc quum esse non possit (est) improprie capi non debet, ut apud Matthæum significet, quod apud Lucam non possit significare: Quum hæc ergo Caluini opinio nõ possit subsistere, tenenda est Ecclesie sententia, credique debet Christus proprie, ac uerè locutus esse, ut intelligatur sanguinẽ suum noui testamenti, in remissionem peccatorum potandum, id est, Apostolis in viscera sua effundendum porrexisse. Apud Lucã autem & Paulum, effusio, id est, potus, intelligatur fuisse testamenti dedicatio in effuso, id est, potato sanguine, ut eo se interius aspergerent Apostoli, ad obtinendam suam sanctificationem.

Hoc exemplo præputij circumcisio, erat fœdus in præputio circumcisio, & aspersio sanguinis Hostiarum pro peccato in Lege, erat testamentum in asperso ac effuso sanguine, Mose exemplaria aspergente ac dicente: Hic est sanguis testamenti quod mandauit ad uos Deus, cuius asperisionis, ac per ipsam exemplarium sanctificationis, Hostiarũ Heb. cap. 13 extra castra incendium, erat consumatio. Vti

extra portam Christi supplicium, testamen-  
ti ac sanctificationis Ecclesiæ, quæ potu facta  
fuerat, complementum fuit ac consumatio.

*Panis transubstantiatio.*

Acceptit Iesus panem & cum hunc eucha-  
ristizasset, id est, quum hunc fecisset Eucha-  
ristiæ substantiam, fregit.

Hæc est Irenæi de hac re sententia & inter-  
pretatio sic dicentis: Quando ergo & mixtus  
calix & factus panis, percipit verbum Dei, iã  
non cõmunis est panis, id est, cõmunis panis  
substantia, sed fit Eucharistia corporis & san-  
guinis Domini, id est, Eucharistiæ substan-  
tia ex qua augetur & consistit carnis nostræ  
substantia.

*Declaratio.*

Si ex panis communis substantia, fit Eu-  
charistiæ substantia, certum est quod nõ erat  
effici, id est, corpus Domini, verbum Dei ve-  
rè incarnatum, in quo & per quod Deo gra-  
tias agit Ecclesia. Verbum enim gratiarum  
actionis Dei, quæ Eucharistia dicitur, sub-  
stantia est, non ventus. Quum ergo accedit  
verbum ad elementum, formatur corpus su-  
perueniente Spiritu, vi verbi. Hoc est corpus  
meum, pronuntiati,

Εὐχαριστία significat benedico, & apud Paulum I. Corinth. 14. cap. Cæterum si benedixeris Spiritu, qui supplet idiotæ locum, quomodo dicet, Amen, super tuam benedictionem? ἰδολογίης, inquit, deinde ἐπὶ τῷ οἴῳ εὐχαριστία, id est, super tuam benedictionem.

*Calix benedictionis quem benedicimus communicatio sanguinis est.*

Ostenditur eius rei esse benedictionis seu Eucharistiæ substantia, cuius est communicatio: nam (est) propriè hic accipi consentit Calvinus. Si ergo (vt auctor est Calvinus) figuræ sit benedictio, huius ipsius est communicatio, non sanguinis, quòd si sanguinis sit communicatio, nostra quoque benedictio sanguinis substantia esse debet, aut vnum contra Paulū benedicatur, vt de altero fiat communicatio:

*Quia multi unus panis, unum corpus sumus, omnes quidem de uno pane participamus.*

Si tamen panis substantiam manducamus, impossibile est nos ex eo, vnū effici panem, nam in nostram substantiam mutatur panis, vt multæ panis partes, quæ totidem panes efficiunt, in multa mutantur corpora: quum ergo vnus efficimur panis, necesse est vnū esse quod manducemus multi, nosque in idipsum demutari: panis verò substan-

tia, vnum esse non potest, quia (vnum) sectio-  
nem non recipit. Corpus est ergo Domini  
quod in cœna manducamus, corpus inquam  
quod diuidi non potest, & quum sit in-  
conuertibile, in nostram carnem  
non potest mutari, sed in se  
manducantem mutat,  
vt vnũ cū Christo  
manducans  
efficia-  
tur.

DE

# DE DOCTRINA CALVINIANA VILLAGAGNONIS IUDICIUM EST.

1. Negare salutem carnis nostræ, qui propria carnis diuinæ manducatione, cibum in spem salutis æternæ nobis denegant, propter uerbum Domini: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis: Qui manducat carnem meam, habet uitam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Is ergo qui manducat, ad gloriam est suscitandus.

2. Negare cum Marcione Christum esse filium Dei, qui hunc pascha, id est, corpus suum re uera non manducasse, ac sanguinem testamenti non potasse dicant, figurasq; ueteris testamenti catenus non impleuisse, doceant.

3. Eos in Sabellinam hæresim incurrere, qui tradât Deum patrem, in persona filij in iudiciũ appariturũ.

4. Non abesse ab Arrianæ insanie suspitione, qui docuerunt Filiũ Dei, secundã esse nostræ uitæ causam.

5. Negare Christi diuinitatẽ, qui Cypriano respondentes, affirmarint, diuinam essentiam sacramento uisibili infundi, non substantialiter, req; uera, sed sacramentaliter, quum tradat Cyprianus sic infundi diuinam essentiam sacramento, uti in persona Christi latebat diuinitas.

6. Heresim Nestorianam uitare non posse affirmantes, his distinguendam esse diuinitatem ab humanitate, qui Christum adorare uelint, ne humanitatem honore diuino afficiant.

7. Negare Christum Deum esse, & ad puram carnem eum redigere, qui dicant corpus eius, etsi finitum est, uno temporis articulo, pluribus in locis esse, etiam ante resurrectionem non potuisse.

8. Qui credunt à nobis non nisi Spiritu, Christum in Coena manducari, uti eum patres cum Manna comederint, è Christo Mosen facere.

9. Affirmantes sacramenti sanctificationem hanc negare, qui usu solo non Spiritus sancti infusione, hoc sanctū sacramēq; esse tradunt, quum absq; Spiritu sancto nulla sit sanctificatio.

10. Panē nō esse sacramentū corporis Domini, si panis substantia remāserit, quoniā sub specie panis, res sacramēti, ex Ecclesiæ doctrina necessariò latere debeat

11. Non intelligere rationem sacramenti, qui seorsum ab ipsius corpore, ueritatem manducari posse contenderint.

12. Imaginariam his esse carnis humanæ, cū Christi diuina carne coniunctionem ac unitatem, qui Spiritu solo & habitudine, quæ per charitatem operatur, non etiam participatione naturali coniungi tradant, quæ participatio per mysticæ benedictionis manducationem effici debet.

13. Qui uitæ substantiam quæ in Deo patre residet,  
Christi

Christiꝫ carnem in eos diffundi ac diffluere non comedi putant, Christum nec intelligere, nec hunc uitã ac resurrectionem esse credere: Vel qui uitæ essentiam sine carne diffundi posse putant, Christum cum Antichristo soluere.

14. Qui ore manducari Christi carnem inficiantur, manducationis doctrinam penitus ignorare ac destruere, & ex manducatione fidem facere, Christo dicente: Qui manducat carnem meam habet uitam: uel contra quam faciant docentes manducationem opus effectumq; esse fidei, fidem ipsam manducationis opus esse docere debent.

15. Qui seorsum à sacramento ueritatem imaginantur, hoc & duobus constare credant, huic uerè coniunctam esse ueritatem: pernegare, sed signum esse nudè affirmare, non enim salua cõstantia ueritas sacramenti seorsum ab ipso esse potest.

16. Qui credūt ab impio Christi corporis sacramentum, absq; ipsius carnis substantia dentibus teri posse, errare & Augustinum non intelligere, quãuis non spiritualiter, nec ad uitam, sed iudicium manducatur.

17. Qui docent nos esse ad tempus manducationis Eucharistiæ, restringendam Cœnæ utilitatem, docere etiam iudicij manducationem nullam esse, panemq; tũ nihil significare quum manducatur.

18. Qui docent fide Christum manducari, Paulo contradicere ac resistere iubenti, ut se unusquisq; probet antè q̄ manducet. Nã quia fides probationẽ antecedit.



¶ quia Caluino fidei opus est manducatio, iam ante probationem manducatus fuit Christus.

19. Qui realiter & non corporaliter Christū manducari putant, passionis fructum ac meritum negare, quia res corporis sine corpore nec passa est, nec esse potest, nec res corporis sine corpore manducari, aut adesse Cœnæ Calvinianæ dicenda est, ideoq; nec realiter nec corporaliter manducari.

Hæc sunt quæ à Calviniana traditione nos abduxerint.

F I N I S.

DE COENAE  
CONTRO-  
VERSIAE PHILIPPI  
MELANCHTHONIS  
*iudicio.*

A D .

SERENISSIMUM FER-  
dinandum Cæsarem semper  
Augustum, & ad illustris-  
simos sacri imperij  
Electores.

PER NICOLAVM VILLA-  
gagnonem equitem Rho-  
dium Francum.

COLONIAE,  
Apud Maternum Cholinum.  
Anno 1563.

D. D. O. N. A. E.

CONTRA

VIRGILII

GEORGICORUM

LIB. I.

A. D.

PER

FRANCISCV M. P. R.

AVGVSTVS & AD HVBIVS

AVGVSTVS IMPERII

FLAVI

PER NICOLAVM VILLA

REGIOMONTANVM

AVGVSTVM

COLONIAE

APVD MATEVM CHOLMVM

ANNO 1785

SERENISSIMO <sup>2</sup>

FERDINANDO CÆSARI AVGVSTO, ET ILLV-

*strissimis sacri Imperij Electo-*

*ribus, N. Villa-*

*gagno.*



E VOS, ô Principes maximi, subeat admiratio, quòd inperatò negotium à me accipiatis, paucis exponam vnde ad eam rem sim occasionem nactus. Henrici Regis mei iussu, Ecclesie Coloniam ad capricorni tropici regiones annis superioribus deducendam suscepi: eò delato mihi huc imprimis incumbendum esse visum est, vt de religione inter nos conueniret, ne discordia instituti nostri progressionem impediret. Hoc conatus, nostrorum studia ita habere comperi, vt disputatione priùs quàm certæ religionis cõstitutione nobis opus esset. Eò ergo

A

2

reda-

## EPISTOLA.

redacti à Caluino sui Euangelij ministros accepimus, quibus cū Augustanæ confessionis nonnulli professores aduenerunt: Hos vtriusque sectæ sua turba sequuta est. Dum propriæ quisque religioni studet, odijs inter se mutuis exarserunt, vt eorū discordia componi non potuerit: summa me difficultate ea res afficiebat, nam instituti nostri felicitatem morabatur. Huic vt mederer incōmodo, à ministris suæ fidei rationem expetiui, illi hanc in capita collectam scripto mihi tradiderunt: Contrà, ego Romanæ Ecclesiæ defensionem suscepi. Multis vltro citroq; tritis sermonibus, quum ex antiquorum scriptis defensionē mihi comparauissem, & resistere non valerent, victi Caluiniani me ad magistrum reicerunt. Interim tamen hanc sui fiduciam pleriq; eorum imbiberant, vt pro ingenij sui captu scripturas interpretari sibi licere ac secundum suam opinionem, religionem confingere iudicarent:

rent: adeoq; res redijt, vt nulla certa apud nos religio coleretur, vtq; pauci in ea quam probassent permanerent, sed quoties sententiam, simul toties religionem demutabant. Hinc euenit vt septem sacramentariorum sectæ nobis enatæ sint, quarum auctores pro sua quisq; tuendâ religione, mortē optetere se paratū esse ostentaret. Ea discordia cum religionis interitu rebus nostris tandē excidium intulit. Decē in eam disputationem insumptis mensibus, contentiones nostras in tres libros digessi, quos in Franciâ reuectus ad Calvinum dedi, hunc magnis precibus obtestatus, vt locum mihi constitueret, quo inter nos de his rebus agi posset, sed ab eo responsum nullū tulimus. Post euulgatam nostram illam controuersiam, vbi iam ab ea cura & cogitatione animus meus resideret, qui ob moram respondendi Calvinū accusabant, eiusq; doctrinam suspectā habuerant, dicatum Friderico Comi-

## EPISTOLA.

ri Palatino de Cœnæ cōtrouersia Phi-  
 lippi Melanchthonis iudiciū ad me mi-  
 serunt, vt cognoscerēt, an ego quē Cal-  
 uini doctrina offendisset, potius in ma-  
 gni illius Philippi sentētia quiescerē.  
 Hoc accepto iudicio equidē incredibi-  
 li desiderio in eius lectiōne incesi, pro-  
 pter auctoritatem nomenque viri, sed  
 statim in ipsa lectiōne à Philippo mihi  
 Philippus esse visus est alienus: hunc  
 enim de inueterata sententia senio iā  
 penē confectū decessisse cōperi, vt in  
 Calvinianā disciplinam, quā antea vi-  
 aperta oppugnauerat, se præcipitē da-  
 ret. Hinc effectū est, vt iudicarem iudi-  
 cium illud falsum, ac pro Philippo sup-  
 positum, ad me missum esse. Tamē ne  
 meum silentium peccandi occasiōē  
 præberet, faciendum mihi esse duxi, vt  
 meā de eo iudicio sententiam ad vos,  
 Principes maximi, rescriberē, hoc præ-  
 cipuē adductus consilio, vt si foetus il-  
 le iudicij a Philippi studiosis agnosca-  
 tur, hunc ipsi vestro iussu tueantur, vt  
 tan-

tandē causæ nostræ veritas exprimi ac omnibus lucere possit, ad eamq; viam pateat aditus, quam nobis Deus Christus *uis & Ætia* per carnem suam dedit, ac præmuniuit. Solebā in mea cū Calvinistis cōtentione Philippi scriptis in figurā Calvinianā irrumpere: Nā in locis cōmunibus Hilarij ac Cyrilli religionē de Eucharistia defendit acerrimè, & inde ad figmēti Calviniani euerfionē enititur, nunc autem ( si suū hoc est iudiciū) deprauata sententia primā fidē pedibus atterit, & contrā quā facere debuerit supremā agens vitā, vbi ad sanitatē hunc redire oportuerit, sui oblitus aliena se infania cōtaminauit, sed ne leoni mortuo insultare videamur, quū Calvinus p̄cipuè eā doctrinā prædicet, isq; in colloquiū venire rogatus recusauerit, nō alienū à meo p̄posito fore existimaui, si omnib. precibus à vobis contenderē vt Caluino locum diemq; diceretis, quo sine periculo nos in vestro cōcilio sistere possimus, ille



EPISTOLA.

cogniturus quibus rationibus addu-  
ctus, tanto odio suam doctrinam im-  
probarim, ego autem cur tanta vehe-  
mentia hanc inculcet ac defendat, vt  
tandem causa cognita de controuer-  
sia nostra statuatis: interim vi-  
deamus quale sit supre-  
mum Philippi iu-  
diciu.

•••

# DE COENÆ PHILIPPI

*Melanchthonis iudicio.*



REMOTIS (inquit) contentiosis, prodest reliquos de vna forma verborum conuenire, & in hac contentione optimum est retinere verba Pauli : Panis, quem frangimus participatio corporis Domini est : & copiosè de fructu Cœnæ dicendum est, vt inuitentur homines ad amorem huius pignoris & crebrum vsum ; & vocabulum communitatio declarandum est. Non dicit Paulus mutari naturam panis, vt Papistæ dicunt, sed esse participationē, id est, id è quo fit consociatio cum corpore Christi, quæ fit in vfu, & quidem non sine cogitatione, vt quum mures panē rodunt, acerrimè pugnant Papistæ & eorum similes, vt dicatur corpus Christi extra sumptionē inclusum esse speciebus panis, & postulant adorationē. Hæc Philippus.

## DE COENAE

2. Ei ergo hanc operam nauabimus, vt verba Pauli retineamus, Panis, quem frangimus, participatio est corporis Domini. Debuit Philippus cum animo suo cogitare, quo tempore panis à Dei filio fractus sit, de hoc è Pauli verbis certior fieri potuit: Dominus Iesus, in qua nocte tradebatur, accepit panem, & hunc *εὐχαριστήσας*, id est, cùm Eucharistiam fecisset, fregit. Is ergo panis actione gratiarum affectus, quem frangimus, participatio est corporis Domini: hoc qui neget, in Ecclesia esse scio neminem. Si autem Philippus nobis assentietur, in panem à Domino actas fuisse gratias, enuntiet quid verborum in eam rem infuserit Dominus? & quorsum gratias egerit? quæue fuerit forma gratiarum actionis? Vt de me loquar, non aliò gratiarum actionem pertinuisse cõtendo, quàm (vt Irenei verbis vtar) Panis Eucharistia fieret corporis, id est, vt panis è communi substantia, diuina Christi caro fieret in incarnationis totiusq; salutis nostræ dispensationis memoriam: vt sub panis specie diuina lateret substantia, sicut sub carnis peccati specie formaque, latuit filij Dei diuinitas. Quòd si Philippus neget gratiarum actionem ac bene

benedictionem ad panis immutationē spectasse, ad græcam dictionem, *εὐχαριστίας*, animum suum applicet. Hæc accusatiuum casum regit, vt perinde à Luca gratiarum actione affecit panem, ac à Marco & Mattheo benedixit panem, dictum esse videatur. Qui hac in re nobis aduersantur, exponere debuerunt, cur sibi sit probabilius, benedictionem ad poculū respexisse, quàm ad panem spectare gratiarum actionem: Poculum (inquit Paulus) quod benedicimus, communicatio sanguinis Domini est. A Philippo negari non potest, poculum adhibito verbo benedictionis, fieri benedictum: Quorsum ergo benedictum fuisse iudicabit? An vt vini integra maneret natura? Sed frustrà in eam rem admotum fuisset verbum, nam quod à natura vinum habet, id vt habeat, frustrà omnipotentis Dei verbum inuocatur. De hoc audi Cyprianum in Cæna, Panis iste non effigie, sed natura mutatus omnipotentia verbi factus est caro.

3. Qui contenderit benedictionem ad panis & vini mutationem non spectare, sed ad gratiarum actionem, siq; intelligetur Eucharistia ad panem non pertinere, sed nomen esse

esse verbale, vt doceamur dominū pro par-  
 ta nobis salute Deo patri gratias egisse, qui  
 que nos existimat ei rei quā dominus tunc  
 fecerit satisfecisse, si pro tanto beneficio gra-  
 tias egerimus, consideret dictū oportuisse,  
 εὐχαριστίας τῷ θεῷ non ἀπὸρ εὐχαριστίας, id est,  
 quum Deo gratias egisset, non postquā pa-  
 nem gratiarum actionem fecisset: vel si ita  
 loqui liceat Eucharistizasset. Quoties enim  
 Paulus laudem pro beneficijs acceptis Deo  
 tribuendam esse docet, si hoc vtatur verbo,  
 datiuo casui iunxisse reperietur: sed si bene-  
 dictione, vel gratiarum actione, creaturam  
 affectam esse ostendit, vt hæc secundum be-  
 nedicentis orationem sanctificata sit, accu-  
 satiuum vsurpat casum, vt in Calicis men-  
 tione, & ad Timotheum, vbi de ciborum san-  
 ctificatione disserit. Hæc eius sunt verba:  
 Omnis creatura Dei bona est, nihilque est  
 reijciendum quod cum gratiarum actione  
 percipitur, sanctificatur enim per verbum  
 & orationem. Hinc apparet creatura vi ver-  
 bi augeri, vel mutari postulata sanctificatio-  
 ne, insuper gratiarum actionem non aliò re-  
 spicere, quàm vt creatura, quæ priùs reijci-  
 debuisset, accessione sanctificationis facta,  
 insumi tutò possit.

4. Si Caluinus in gratiarum actionis mentione, à latina phrasi, ad græcam animum tra-  
 duxisset, non fortè ita grauitè offendisset :  
 nã latinis gratias agere nihil suggerit aliud,  
 quàm de re aliqua laudare beneficum, ani-  
 miq̃ue grati testimonium dare : nec potest  
 ad eam rem conuerti laus, cuius rei causa ip-  
 sa laus impenditur : Sed græcis *ευχαριστιαν* non  
 solùm ad laudem tribuendam habendamq̃;  
 gratiam contendit, sed actiuè sumptum, rem  
 cui inseruit ita afficit, vt pro ea capi possit  
 substantia, cuius causa laus & gratia rependi-  
 tur: vt hoc loco *ἄπρὸς εὐχαριστίας* significat pa-  
 nem, Eucharistiæ substantiam factum esse,  
 id est, corpus pro nobis oblatum, cuius cau-  
 sa gratias agere debeamus : nomenq̃ue sub-  
 stantium esse non verbale : nam sicut si di-  
 ceretur domum ædificauit, id est, edificiũ  
 vel ædificationem fecit, non indicatur mo-  
 tus ædificationis, sed edificiũ ipsum : Ire-  
 neus hoc apertissimè docuit, dicens, vbi pa-  
 nis communis verbum Dei perceperit, pa-  
 nem communem esse desinere, sed Eucharis-  
 tiam fieri corporis Domini, id est, gratiam  
 corporis eius: vt Eucharistia esse dicatur cor-  
 poris substantia, cuius corporis causa, laus  
 Deo tribuenda sit, cuius substantiæ forma  
 sit

Lib. 4.

cap. 22.

et lib. 5.

DE COENAE

fit gratiarum actio & verbum Domini: Hoc & subiecta verba gratiarum actionis formalia, aperte comprobant. Hoc est corpus meum quod pro vobis datur: corpus enim datum, Eucharistiae substantia est, id est, materia gratiarum actionis, sic & Iustinus *τροφὴν ἐν χάριτι τῆς αὐτῆς* vocavit corpus Domini.

5. Huic rei Calvinus prospiciens, 10. ad Corin. cap. interpretatus, vbi Paulus dixit, Calicem benedictionis quem benedicimus esse *χοινωνίαν* sanguinis Domini, id est, esse substantiam, cuius fit inter fideles communicatio, ne insignis ignorantiae suspicione laboraret, Calicem benedici confessus est: sed tanta verborum obscuritate id explicuit, ut mentem mihi penitus obtundat, ne eius opinionem perspectam habere possim: huius verba subiecimus.

Benedicere Calicem, significat ad hunc usum consecrare, ut nobis sit symbolum sanguinis Domini, id fit uerbo promissionis, dum iuxta Christi institutionem conueniunt fideles, ad celebrandam in hoc sacramento passionis memoriam. Consecratio autem Pa-  
pistis quaedam est magia, aseita à gentibus, quae nihil habet commune cum puro Christianorum ritu. Sanctificantur quidem uerbo Dei, etiam omnia: quibus  
nesci

uestimur, ut alibi testatur idem Paulus, sed illa benedictio diuersum finem habet, nempe ut usus donorum sit nobis parus, cedatq; in auctoris gloriam & bonum nostrum, finis autem mysticæ benedictionis in Coena est, ne uinum amplius uulgaris sit cibus, sed dicatur ad spirituale alimentum animæ, dum tessera sit sanguinis Ch. isti: Calicem hoc modo benedictum dicit Paulus *κοινωνία* esse sanguinis Domini.

6. Mira verborum fallacia hic homo lectorum ludificat, benedictionem non à verbo, sed ab actione diffinit. Simul tametsi diffinitionis exitus huc illi spectare videatur, ut benedictionis forma sit usus, tamē in usus finem hanc effici prædicauit, ut finis pariter sit, & res quæ fiat in finē. Benedicere, inquit, calicem significat consecrare in usum, ut sit symbolum; si benedicere ad usum cōsecrare significat, quare primū quid sit consecrare non diffiniuit, ut postea, quam ob rem fiat benedictio intelligeremus? Si ad usum fiat benedictio, nonne usus finis est benedictionis? Hæc ergo ante finem debet effici, finis enim est propter quem fit aliquid, unde se finis ostendit benedictioni succedere: At non quæritur quem ad finē fiat benedictio, sed huius explicatio quæritur, prius ergo cognitū oportuit, quid sit consecrare & be-



benedicere, quam cur & in quem finem benedictio perficiatur. Quæro ergo quæ sit consecrationis forma, quæ effectrix causa benedictionis, cuius generis existat Calviniana benedictio, cui ve similis, num & benedictionis forma verba esse debeant?

7. Præterea si hic finis est benedictionis, ut vinum sanguinis sit figura, sanè ita res habet, ut nisi ad eam rem benedictio adhibeatur, vinum sanguinis symbolum esse nõ possit. Vino ergo hoc præter naturam benedictio tribuit, ut sanguinem figuret, quam ob rem à Caluino dici vinum debuit, ad hanc naturam vel facultatem consecrari, ut fiat passionis symbolum, nõ ad hunc usum, abusus enim est is, qui præter, vel contra naturam impenditur,

8. Sacerdotes ad altaris ministerium benedicuntur, & sacrantur, non usu, sed secundum Ecclesiæ traditionem manuum impositione: atq; ita demum ad eam functionem fiunt idonei, quod si neglecta manuum impositione, & benedictione, ij in eum usum sciscantur, abusus esse à Paulo demonstratur dicente, nemini citò manum imponas, usus enim manuum impositionem non præstat, sed sequitur; sic uti panem, non est panem san-

ificare, aut benedicere, vt aliud quã quod is habeat à natura, significet.

9. Ab hoc enigmate in arctiora vincula se conijcit imprudens, Fit (inquit) *consecratio uerbo promissionis, dum iuxta institutionẽ Christi conueniunt fideles, ad celebrandam passionis memoriam*: Primùm negabo uerbum promissionis eò pertinere, deinde dicã promissionem ad spem futuri boni nos excitare, non sistere rem presentem: an ergo fit benedictus panis ante manducationem, ab eo iam tempore, quo facta est promissio? cur ergo Paulus docet nos Calicem benedicere? an id eò eueniat quòd benedictio uerbo cœperit, sed in tempus promissioni constitutum reiecta sit ipsius perfectio, vt à manducatione vim accipiat, quia Dominus promiserit quoties ad celebrandam passionis memoriam conueniant fideles, eo ipso quòd coeant, nullis benedictioni uerbis adhibitis, uinum sit perfectè benedictum, vt tum quoq; sanguinis figura esse incipiat? sed nemo omnium post Christum, quod legerim, in ea fuit sententia: noua est hæresis, videamus ergo quibus rationibus hæc possit subsistere. Promissio ad conuentum reiecta sit, nonne actio illa conueniendi faciet benedictionem? nonne

D E C O E N A E

hæc erit forma causaq; effectrix benedictionis? hoc tamen si affirmemus, benedictio verbis consistere dici non debet, sed conuentu, & actione, stulte q; dictum esset poculum benedictionis quod nos benedicimus, nam siue benedicamus, siue taceamus, dum conuenimus, vel in vsum figuræ vtimur pane, benedicimus.

10. Vt nobis liquere possit quò promissio spectauerit, verbis Domini Calvinianâ commentationem excutiamus. Hic est panis de cælo descendens, vt quis ex eo manducet & non moriatur. Primùm quis sit panis de cælo descendens Dominus diffiniuit, deinde quem in finem descenderit, nempe vt mortalis homo si hunc mâducet nō moriatur, finis ergo nō efficit vt è cælo descendens sit panis vitæ; descendit enim eratq; panis antequam manducaretur, sic nec finis propter quem fideles conueniunt potest efficere, vt panis diuinæ Eucharistiæ fiat symbolum & figura, nam illo exemplo panis debuit talis esse antequam ad figurandum fideles conuenirent.

11. Postquam Christus se panem è cælo descendentem esse ostenderit, ad promissionē animum nostrum arrigit, Ego sum, inquit,  
panis

panis viuus qui de cœlo descendi. Hic se vitæ essentiam esse prædicat: exinde si quis, inquit, manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum. Hoc vnicum fuit verbum promissionis quo spei vitæ confirmamur, tantùm si panem vitæ non huius signum comederimus. Videamus ergo an hoc promissum efficiat vt vini substantia in signum cibi vitæ consecretur, dum conueniunt fideles ad celebrandam passionis memoriam. Si oculos haberet Calvinus, prospexisset celebrationem memoriæ finem esse conueniendi potius, quàm vt figura efficiatur, aut vt vini substantia fiat in eam rem benedicta. Suis imponit ergo Calvinus, dicens verbo promissionis benedictionem effici; sed eis vita verbo præstat, à quibus is qui verbo fit benedictionis cibus manducatur.

12. Hoc expressiùs verbis sequentibus inculcatur, & panis quem ego dabo caro mea est, quam ego dabo pro mundi vita, Panis, inquit, quem ego pro mundi vita manducandum dederò, caro mea est, non huius figura, sed tam verè caro, quàm verè est panis è cœlo descendens: nam si panis nostri conuiuij, figura est carnis, panis de cœlo descendens, quin figura quoq; sit nullæ res impediunt:

DE COENAE

nullam enim differentiam inter panem de  
cælo descendente, qui dat vitam mundo,  
& carnem quæ pro mundi vita data est, Do-  
minus intermittit, sed verbū substantiuum  
utrobiq; suam seruat significationem, ego  
sum panis vitæ, hoc est, corpus meum.

13. Item nisi manducaueritis carnē meam,  
& biberitis meum sanguinem; non habe-  
bitis vitam in vobis: Carnem quæ pro mun-  
di vita data sit; manducari docebat oportere,  
finis ergo manducationis est, vt vitam  
habeamus, sicut abstinentiæ à manducatio-  
ne finis est, vitæ priuatio.

14. Præterea si fit, *Vini benedictio dum fideles  
conueniunt, ut eis sit participationis figura, propter  
uerbum promissionis eò respiciens: Infidelibus nõ  
erit figura, tametsi cõuenient ad celebrandã  
passionis memoriã, panis enim non erit eis  
symbolũ participationis qui nõ participant,  
nec ad eos promissionis verbũ spectare po-  
test, quũ ad solã fideiũ concionẽ pertineat.*

15. Simul sicut fideles soli, conuentu suo  
benedicunt, infidelium conuentu vel fide-  
lium culpa non conueniendi committetur,  
vt nulla fiat figura. Rursus si solis fidelibus  
exhibetur Diuini corporis substantia, ijfq;  
panis, figura est corporis, quod ad eos solos  
spea

Spectarit promissio, quoniam in fide conue-  
 niunt, hi soli manducare dicendi sunt, infi-  
 deles autem quibus nihil exhibetur, nec car-  
 nem indignè manducant, nec vel figuram  
 solam poterunt manducare, quia ob infide-  
 litatem suam non potuerint in symbolum  
 consecrare: & sicut vitam habere est frui ci-  
 bo benedictionis, & qui carnem manducat  
 auctore Christo vitā habet, & nisi quis man-  
 ducauerit carnem, vitam habere nō potest;  
 qui cibo fruitur benedictionis, carne frui-  
 tur, caroque & sanguis, cibus & potus bene-  
 dictionis est dicendus, non horum symbo-  
 lum. Quia verò, Paulo teste, benedictionis  
 potus nullus esse potest, nisi hunc benedi-  
 cendo fecerimus: quiaq; sola res benedi-  
 ctam vitam exhibet, nisi ante manducationem ca-  
 ro, quæ verè cibus est vitæ effecta sit benedi-  
 ctione, nec dici vitæ cibus debet, nec homi-  
 ni poterit vitam exhibere, quia nec mandu-  
 cari: vt ergo vita potiri possimus, caro & fa-  
 cienda & manducanda est: Dum ergo bene-  
 dictionis meminit Paulus, eò non respicie-  
 bat vt cibi symbolum fieret, sed vt è symbo-  
 lo, fieret benedictionis vitæq; substantia, vt  
 effecta, ad salutem manducetur.

16. Hinc expugnatur fidei manducatio:

Quum effici benedictione cibus vitæ debeat, ut is manducetur, si fide, non re vera, seorsum à symboli manducatione, vitæ caro comeditur, hæc quoque fide, non re vera fiet necessariò: si quæ ad salutem fide manducari debeat, infidelitate seorsum à symbolo, & conficietur & ad iudicium manducabitur, hoc enim valet ad iudicij manducationem infidelitas seorsum à symbolo, quod fides ad salutis manducationem: sed qui se abstinere à manducatione, incurrit in cibi priuationem, is ergo cui est priuatio, cibum priuationis nec facit nec manducat.

17. Præterea auctore Caluino infideles carnem Christi nullo modo manducant, quia hæc illis non exhibetur licet offeratur, qui ergo penitus non manducat, ad iudicium manducare non potest, quod si ex eo ostendetur iudicium manducari, quod edatur sine fide symbolum: Quoniam fide fit in symbolum consecratio, vana demonstratio est, nam à symboli consecratione infideles excludi docuimus, & consequenter ne symbolum quidem ab eis comedi: Caluanus tamen pro re comperta credendum ingerit, symbolum & figuram benedictionis ab infidelibus comedi, non verò rem corpo-

ris, non expendens animo quo ignorantiae sepulchro se precipitem agat hæc prædicans, Fit, inquit, *Symbolum benedictionis quod benedicimus, dum fide conuenimus, dumq; unum à communi separamus ut fiat symbolum.* Hoc quidem dictum ridiculè videri potest, sed illi seridò dictum indulgeamus, nam suis dictis conuinci decet hæreticos, poculum substantiæ benedictionis, quod ipse benedixerit, symbolum fit. Quæram quæ erit illa benedictionis substantia? *Eadem* (inquit) *quæ symboli?* Ergo quando benedictione vinum fit symboli substantia, in nouam formatur substantiam, cuius forma verbum benedictionis esse debet, non enim absque forma potest esse benedictio. Quum ita habeat, vini substantia formam nouam induens, fit quod non erat, vt puta symboli substantia. Ergo non fit nouum testamentum, sed huius figura, quamuis dicat Christus, hoc poculum nouum est testamentum, & contra suam formam informatur: si tamen quod nõ erat efficitur, quomodo quod erat esse perseverabit? aut quo modo non corrumpitur symboli substantia, formam inditam exuens? nam à forma res in esse conseruatur. Vinum verò finita Cœna ad pristinam redi-



DE COENAE

renaturam & conditionē vestra opinio est,  
 18. Animalia edicto legis in sacrificium ob-  
 blata, nō benedicebantur vt figura fierent,  
 nec communis eorum natura benedictione  
 mutabatur, sed effusio sanguinis animalium  
 figura erat effusionis sanguinis Domini, &  
 quæ per legem fiebat carnis purificatio, um-  
 bra erat conscientiarum purificationis per  
 gratiam: vt autem effusio effusionem figura-  
 ret, non opus erat benedictione. Deniq; hircus  
 per hominem paratum in desertum ex-  
 portatus, pristinae conditioni ac naturæ re-  
 stitui non potuisset, nam oblatus, sordes po-  
 puli suscipiebat, & immundus efficiebatur,  
 huius ergo vicem, panis tuus subire debuisset,  
 si Apostolis distributus, Christū per ho-  
 minem paratum extra Ecclesiam expellens  
 dum figurasset. Item hircus accepta maledi-  
 ctione, quod non erat effectus, quod fuerat  
 esse desiuerat, ex mundo immundus reddi-  
 tus, nonne idem de tuo pane iudicium sta-  
 tui deberet? Sic & animalia pro peccato ob-  
 blata, quod erant esse desinebāt. Præterea hoc  
 mihi magno miraculo est poculum, benedi-  
 ctionis substantiæ figuram esse ac symbolū,  
 simul eodem temporis articulo, symboli  
 quod benedicitur esse substantiam; si verò  
 habe-

haberet ita: nonne verba formamq; benedictionis eò impendi oporteret, vel sine verbo vsu vel abusu, in vtrumq; casum formari benedictionem? At vsus est accidens, qui si forma sit substantiæ benedictionis, vel huius figuræ, ex accidente contra naturam fit forma. Insuper, poculum non benedictionis quod benedicimus, sed symboli à Paulo dici debuit, benedicimus enim dicendo hoc est corpus meum, non hoc est symbolū corporis mei, ne aduersus & contra formā suam sit benedictio.

19. Symbolum Paulo curæ non fuisse, his quoq; verbis comprobabimus: Potus quem benedicimus sanguinis communicatio est, si potus, est communicatio, vbi intellexerimus quæ sit communicationis substantia, quæ quoq; potus erit substantia, non magno labore comperiemus, nam si sanguine consistit communicationis substantia, & potus substantia sit eadem cum communicationis substantia: Potus, symbolum aut figura non erit, sed ipso constabit sanguine, atqui eius rei est Paulo communicatio, cuius benedictio, sed si Caluini potus est symbolū, vnum benedicit, vt de altero communicet.

20. In hac Pauli propositione in confide-

DE COENAE

rationem nostram tria se insinuant, substantia potus diffinita, huius diffinitio, & causa effectrix huius substantiæ. Harum mutua est connexio & ratio, vt pote diffiniti ad diffinitionem, formæque ad substantiam: Substantia diffinita est potus benedictionis, huius explicatio est sanguinis communicatio, verbum, cuius vi benedicimus, forma est benedictionis, id est, benedictæ substantiæ.

21. Quum ergo rei de qua bibitur explicatio, sit sanguinis communicatio: à potus substantia, sanguinis communicatio, nulla ratione differre potest, sed huius rei est communicatio, cuius benedictio.

22. Hoc cognito ad Calvinianam opinionem descendamus, substantia poculi benedictionis est illi symbolum sanguinis, quia vinum in vsum symboli benedicitur, potus, id est, vini diffinitio, est huius communicatio, quid obstabit ergo ne symboli sit illi communicatio, non sanguinis? Nam si symboli sit benedictio, & sanguinis communicatio, quum bibetur symbolum, poculi ad communicationem nulla erit ratio, propter substantiarum differentiam: symboli enim ad veritatis substantiam nulla est proportio.

23. Nunc de benedictionis forma dicendum

dum est, quando potum benedicimus non nihil facimus, quid ergo? nunquid benedictionem, id est, benedictam potus substantiam? quã ergo huius operis dicemus esse formã? Verbum ne? verbis enim non potest nõ constare benedictio, si verò verbo formatur potus substantia; vt fiat communicatio, hæc incipit secundum, non contra verbũ in eam rem esse formata, quod non erat ergo esse cœpit: Valeat tantũ apud nos Caluini dignitas, vt illi donemus è vini substantia, benedictionis accessione, fieri symboli substantiam: nonne oportebit eò verbum applicari, vt secundum formam informetur symboli substantia? vt quæ erat vini substantia, fiat ac mutetur in figuræ testamenti vel sanguinis substantiã? Quòd si ipsa vini substantia nullam nouam formam induat, sed quod erat esse perseueret, sitq; figura tantũ, si ita habere animo conceperimus, vt opinione & memoria tenus figura sit, certum est tamen eam substantiam benedictionis dici non debere, sed benedictam: nam sine forma esset benedictio.

24. Si ea de re, inquit, fit à te communicatio quam benedixeris, de pane vinoq; non de carne & sanguine participas, panis enim

&

## DE COENAE

& vinum benedicuntur: Benedicuntur, inquam, non vt fiant panis & vinum benedictum, sed vt secundum verbum, hic est sanguis meus, substantia sanguinis in formetur. Quod si prior maneret substantia, verbum præterijſſe dicendum eſſet, aut contra formam benedictionis, effici benedictionem. In hanc rationem Paulus potum benedictionis quem benedicimus nominauit, non vitum. Quum ergo poculum benedicimus, intelligi debet poculi substantia, secundum verbum à nobis in eam rem pronuntiatum, effici benedicta, vti quum è terra Deus hominè formauit, dicens, faciamus hominem ad imaginem noſtram, plasma benedictionis quod benedixit Dominus effectum eſt, non terra benedicta, & quum dixit, Crescite & multiplicamini, non mutata fuit substantia, sed aucta generandi facultate, quia huc diuina benedictio respiciebat.

25. Hac adhuc demonstratione Calviniana nam vanitatem elidemus: Potus benedictionis quem benedicimus sanguinis eſt communicatio: Neceſſe eſt vt hi quatuor termini, niſi imperfecta ſit Pauli ſententia, hac ſe proportionis ratione contingant, vt abſque proſiſitionis euerſione, eorum non poſſit de-

destrui proportio: Hoc ostendamus. Quæ ratio est poculi ad benedictionem, ea communicationis ad sanguinem esse debet: Nam sicuti Diuini verbi substantia, in benedictionis opus infumpta, poculi creat substantiã, sic à sanguinis substantia, creari communicationis substantia dicenda est: nam hoc valeret potatus sanguis ad communicationem, quod verbũ benedictionis ad poculũ: Item quæ est ratio poculi ad communicationem, eadem est benedictionis ad sanguinem: sicut enim potu fit communicatio, sic benedictione sanguis efficitur, aliàs nulla inter hos terminos proportio consisteret, quod si non consisteret dixeritis, falsam esse propositionem ostendetis.

26. Ad Caluini propositionem decline-  
mus, *Vinum uel signum benedictionis, est communicatio sanguinis*: Si benedictione non mutetur vini substantia, sed eadem quæ prius fuerat esse perseueret, crescat tamẽ benedictionis qualitate, quum ad eam rem admouetur benedictio, eiq; benedictio sit accidens nõ forma substantiæ, vinum hoc potatum non potest esse sanguinis communicatio: Nam inter vinum & benedictionem alia ratio esse ostenditur, quam inter sanguinem & com-  
mu-

## DE COENAE

municationem esse demonstrauimus: sanguis enim ad communicationem insumptus, communicationis creat formatque substantiam, sicut verbum in benedictionem adhibitum, poculi format substantiam, ut fiat substantia benedictionis. At quum dicitur vinum benedictionis, non intelligitur à benedictione creari vini substantia, sed huic addi benedictionis qualitas, ut fiat vinum benedictum, non autem substantia, seu poculum benedictionis: quam ob rem non potest ea esse ratio vini ad communicationem, quæ est poculi ad communicationem, nam actu potationis formatur communicationis actio: vinum autem materia est, non actio: quæ ob rem vinum nisi potetur, communionem, formare non potest, nam actione fit communicatio, quod si etiam potetur, sanguinis communicationem facere non poterit, sed vini: vini enim ad sanguinem rationem non constare ex hoc manifestum est, quod diuersæ sint substantiæ. Insuper hæc inter vinum & poculum differentia intercedere ostenditur, quæ inter communicationis motum & substantiam: Nam poculum, ut diximus, per se non est substantia, sed qualitas, ideoque substantia quælibet potioni obnoxia, poculi

nomen obtinet, quia est potabilis: sicut communicatio per se substantia dici nõ potest, sed ipsa substantia communicationis nomẽ habet, quia communicabilis.

27. Præterea si hi termini proportione inter se respondeant, eiusdem speciei esse debent: Quæ ergo benedictionis substantiæ ad sanguinis substantiam natura est & conditio, eadem & poculi ad communicationem esse debet: quod si potationis actione fiat communicationis actio, Calvinus dicendo, *Vinum est communicatio*, ignorantia reprehensionem non effugiet, nam vini ad actionem nulla vt diximus est ratio: In eandem incurrit reprehensionem dicens, *Potum uini corporeum, esse sanguinis spiritualem communicationem*: Debet enim potatio communicationi respondere, veluti si quis ita ratiocinetur: Dolor capitis ægra est corporis affectio, si ob capitis vitium & morbũ contrahitur dolor, errabit qui spirituales mentis, non corporis, egrotationem interpretabitur: sic qui spirituales sanguinis potum esse contendit, & benedictionis corpoream esse substantiam, nõ est rationem apud sanos habiturus: Quam ob rem Calvinianã propositionem, seu commentationem, somniaq; ridicula &



DE COENAE

la & inepta, reijci debere planum est: Eadem quoque dissolui vanitate quod de pane benedictionis subiecerit affirmabimus: E subiecta autem figura de sententia nostra liquere ac iudicari poterit.

Potus **X** benedictionis. Vinum **X** benedictionis.  
 Pauli propofitio **X** est Caluini propofitio **X** esse non potest  
 Communicatio sanguinis. Communicatio sanguinis.

Cibus **X** benedictionis. Panis **X** benedictionis.  
 Participatio corporis. Participatio corporis.  
**X** est **X** esse non potest

Eius enim est communicatio, cuius benedictio.

28. His ostensis ad symboli Calviniani rationem reuertamur. Hic quum de signo suo differit: verborum nubibus suam sententiã ita obtegit, vt pleriq; eorum qui eius imbuti tinctiq; fuerint eruditione, me calumniã insimularint, quòd passim efferam, à Caluino signum nudum proponi manducandũ, quum tamen secundum Augustini sententiam, signum veritatis esse exhibitium non inficietur, sed veritatem signo coniunctam palàm, eamq; sub signo exhiberi pronuntiet: Quibus verborum præstigijs, miseros & incautos suos discipulos incantat ac ludificat: Vt ergo has nubes discutiamus, quærã ex eis qui se in eam persuasionẽ induerint, an cum symboli substantia, sub huius specie veritatis substantia coniuncta sit, vt duarum contrariarum substantiarum, symboli sub effigie, fiat **communio**, atq; ita signi substantia manducata veritatem exhibeat? Si ita habet, cuius speciei substantiã, corpus sacramenti esse demonstrabimus? Aes cum plumbo cõmixtum, tertiam speciem efficit, quam ergo speciem substantiã ex carne paneque exprimetis? non eam sanè quæ sub Pontio

C      passa

DE COENAE

passa sit, nec quæ ex Maria nata est, sed quæ  
dam quæ adhuc cognita non fuerit.

29. Præterea si hæc inaudita species ex se  
veritatem fidelibus exhibeat, cur non etiam  
infidelibus exhibebit? an eos aufugiet veri-  
tas, ut dimidiatum ipsi sacramentum, fideles  
integrum comedant? Si non hæc est Calui-  
ui opinio, ut symboli substantia, sacramenti  
sub specie cū veritate coniuncta sit, & vnita,  
imaginaria esse coniunctio mihi videbitur,  
ut à symbolo veritas nõ possit exhiberi, quæ  
quidẽ sola cogitatione coniuncta, re vera di-  
uisa sit. Quum ergo auctore Caluino veritas  
sub sacramento exhibetur, id nõ fit virtute  
sacramenti, nõ enim dat quod nõ habet, sed  
fide veritas & seorsum à sacramento accipi-  
tur, & à fide sua (nullo distribuente) carnis ve-  
ritatem sibi largitur Calvinus, si ita habeat,  
hunc cupidè velim percunctatum: Vtri rei  
suam sanctificationem acceptam ferat, carni  
ne quam imaginatiõne tenus contingat, an  
fidei? si fidei: hæc sanctum sanctorum est, ip-  
sa enim sanctitate fidelẽ afficit, si carni eam  
vim attribuat, benè ac rectè facit: sed ita san-  
ctificabitur, uti carnem attigerit, opinione  
tenus non re vera: Eos qui de symboli virtu-  
te nonnullam imbiberint opinionẽ, hæc ad-  
huc

huc vrgebo quæstione: Si in se vllam sanctificationis particulam inclusam habet symbolum, cur à fidelibus non adoretur? item si seorsum à veritate sumentē sanctificet, qua sanctitate sanctum eum faciet? propria ne, an veritatis, an communi? At vnica est sanctitas, si ergo vnica illa sanctitate per symbolum fidelis sanctificatur, vnū sanctitatis bonum duas habet causas, atq; constabit ex distantibus, ex carne diuina & huius symbolo, vna verò sanctitas vno spiritu sancto regi debet: quòd si duæ sunt sanctitates, vel duæ sanctitatis causæ, has duobus sanctis spiritibus regi debere planum est.

30. Ne huc deturbaretur Calvinus, omnī penitus virtute ac sanctitudine, suum symbolum expoliauit: Quā ob rem eius doctrinam non bene cognitam habent, qui intellexerint, ab ipso doceri symbolum, ex carnis substantia, & figuræ substantia esse compositum: aut vllam sanctificationis copiam sub signo contineri, sed simplex, & nudum quicquid ipse verborum obduxerit, vt lectores suis scriptis circumueniat.

31. Huic argumento hanc eius opinionem adijciemus, is auctor est panem vitæ, Christi corpus, fide seorsum à symboli manducatio

ne comedi, confirmari autem symboli manducatione. Hoc ita habeat, nonne symbolū erit substantia confirmationis? At videamus cuius sit confirmare, dignioris sanè vel equalis has esse partes manifestum est: Symboli ergo confirmatrix substantia, à Iesu Christo distabit, quem tamen dignitate ac viribus vel præcedet vel æquabit. Rursus si symbolū nihil est, falsò potus benedictionis quem benedicimus à Caluino nuncupatur, imponitq; nobis docens, vinum à fidelibus benedici, ut sit substantia confirmationis.

32. Tandem si benedictione non sit sanguinis potus, ut hunc deinde ad communicationem potemus, sed mente fideq; sanguinem quem ex Christi iam mortui percusso latere fudit miles, bibimus, eoq; sanctificamur & communicamus: quare à Paulo potus ille imaginarius, potus benedictionis quem benedicimus non est vocatus? Falsò certè si ita habet, potus noster nomen sustinet benedictionis, & communicationis. Hoc adiungemus illi quem effudit miles, viuificandi facultatem à nobis non tribui, neq; hunc verè potari posse nisi fecerimus, non enim quidè alium ab eo diuersumq;, hunc nostrum què per spiritum sanctum benedictionis verbo creamus,

creamus, esse credimus : sed effusus ille post mortem visibili specie, huius erat (vt Caluini verbis utar) creationis, id est, ex Abrahæ femine creatus. Hic verò quem mysticè in nostra viscera bibendo fundimus, per spiritum sanctum vini sub specie cõficimus, hoc verbo pronuntiato : Hic est sanguis meus : Quapropter ab effectu verbi, benedictionis nomen accepit, & quia benedictionis quem benedicimus vocatur potus, quicquid fide valeamus, absque benedictione hunc fieri non posse tradit Ecclesia.

33. His enucleatis referam me ad spiritua-  
lem Caluini manducationem. Dicat impri-  
mis an bibi spiritu, idè quod substantia vel  
substantialiter bibi esse existimet? quidue  
discriminis inter ea ponendum esse censeat?  
Præterea nunquid hæ voces tam actiuè, quã  
passiuè intelligi debeant, id est, num tam re-  
spectu manducantis, quã substantiæ man-  
ducatæ sumi debeant? Si spiritualem Christi  
cibum Caluinus nuncupans, à carne spiritû,  
mente & cogitatione reuulserit & diuiserit,  
passionem Christi abnegat, non enim spiri-  
tu passus est Christus. Si integrum hominẽ  
qui sit passus, manducandum arbitretur, cur  
ad animam solam, manducantem substan-

DE COENAE

tiam redigit? nonne seclusam ab esu carnem nostram, à vita fructuq; passionis etiam excludit? si non excludat, cur hanc non facit manducationis participem? cur Christum, animæ alimentum esse non corporis, tanta animi contentione persuadet? *Fiet (inquit) caro absq; esu, per animam uitæ particeps, sicuti quum ipsa spiritum sanctum accipit, hominem totum spiritualem reddit, sic etiam quum ipsa Christi carnem fide comedit, totum hominem nutrimenti carnis facit participem.*

2. COR. 6.

34. At negabo animam solam diuino spiritu perfundi, sed hominem: nam Dei charitas diffunditur in cordibus nostris, cor verò non est anima: præterea nos qui templum Dei sumus, homines sumus non animæ. Sed hanc euasionem omittamus, concedamus solam animam inspirari Diuino spiritu, & ex inde totum hominem fieri spiritualem. An substantialiter affectum sancto spiritu oportebit? Si substantiali veraq; spiritus communiõne agitetur anima & moueatur, vt fiat spiritualis, cur vt homo fiat os ex ossibus Iesu Christi, cum eo non copulabitur substantialiter? Nisi vnus re vera sit noster cum Christi spiritu spiritus, perfecti esse non possumus, nec salutẽ videre, sic nisi re vera vnacum

cum eo caro fuerimus, eius vita viuere potiri que gloria non poterimus. Eo ergo modo coniungi carnes oportere statuendum est, quo fit spiritus cōiunctio: alioqui si spiritu solo carnes copulētur, spiritu solo resurgēt, non re vera, ita enim sunt ad gloriam resurrectionis substantialiter, vti resurrectionem comederint. Nam auctore Christo, qui manducat carnem vitæ, habet vitam, & per eam in nouissimo die suscitabitur, nō secūs ergo, & non minūs substantialiter, manducare vitam debet caro mortalis, quàm resurgere.

35. Vnum adhuc in hanc sententiam è Caluino sciscitabor: an credat plures esse corporeas diuinas & immortales substantias, an verò vnicā Iesu Christi substantiam ea polle diuinitate ac præstantia? si plures esse putet, totidem spiritus diuinos immortales & diuersos, quot substantias numerauerit, esse fatebitur: si vnicam esse nobis concesserit, nostram, vt eius vita viuamus, in eam mutari necesse est: vnus enim panis in id effici-mur, quia de vno pane manducamus: Mutari verò nisi substantialiter non possumus, vt substantialiter viuamus, & in Christo resurgamus, substantiali ergo contactu id effici oportere Paulus docet, dicens, Calicem be-



nedictionis quem benedicimus nostram esse Christi corporis cōmunionem, falsò verò eam esse nostræ communionis rationē doceret, si extra eius benedictionis sumptionem, id nobis præstari existimasset.

36. Vnam rem in Caluini sententia deprehendi, quæ hunc ab Ecclesia diuersum egerit, quæ tamen apertè erroris ipsum arguat: Quum Paulus poculum dixit benedictionis, necessariò aliam à vino substantiã indicauit: Calvinus tamen hunc interpretatus est dixisse vinũ benedictionis, vel benedictũ, quamuis hæ locutiones inter se non minus differant, quã ab accidente substantia: Certum est enim, quoties duo nomina substantiua conueniant, vnum nominatiui, alterum genitiui casus, nominatiuum accidens esse genitiuæ substantiæ à quo ipsa denominationem recipit, vt quum dicimus poculum benedictionis, indicatur substantia cuius benedictio forma sit, ad quam accedat poculi qualitas, eius denominatiua. Quum ergo poculum, sit eius accidens substantiæ cuius forma est benedictio, à vino hoc tantum distare necesse est, quantũ res formata ab ea quæ nouè formetur.

37. Poculum probatur esse qualitas potius quam

quàm substantia, quoniam non est, nec ideo dicitur substantia. quòd sit poculum, id est, eò quòd potetur: Nam tametsi non potaretur nõ desineret esse substantia, sed ideo dicitur poculum, quia est substantia potioni obnoxia: vox enim est appellatiua substantiæ: Hoc cognito, videamus si vinum dixerimus benedictionis, uti Calvinus putat intelligi dictum oportere, an ea locutio rationem vllam habitura sit: Vinum per se substantia est non qualitas, si ergo benedictionis vinum diceretur, necessariò benedictionis nomē pro adiectiuo sumi oporteret, eoque sermonem recidere, quasi vinum benedictum dictum foret: non enim vini formatur substantia benedictione, sed huius qualitas: Errasset ergo Paulus, dicens, vinum benedictionis, vel benedictum, esse sanguinis Domini communicationem, non enim sanguinis foret communicatio, sed vini benedicti, aut vinum benedicitur ut de altero fiat communio: Potus enim communionis forma esse ostenditur, quum sine potu non possit existere sanguinis potati cõmunio, ut autem potari possit sanguis, hunc fieri necessesse est.

38. In eundem errorem incurrit Calvinus

## DE COENAE

affirmans pani competere, quod de Calice dixerit Paulus, non enim dici posse videtur panis benedictionis, sed cibus, nam cibi ad poculum ratio esse potest, non substantiæ ad accidens. Ex his demonstrationibus colligi potest, benedictionis substantiam (cuius nostrum poculum est) opus esse benedictis: veluti si quis doceat lucem, firmamentum, cæterasque creaturas verbo benedictionis creatas, opus esse benedictionis quod Dominus benedixerit, sic & à nobis opus Domini vi verbi, iussu eius pronuntiati, benedictionis opus verè dicetur: Quare malè subductis rationibus ad persuadendum ingrediuntur, qui benedictionem & eucharistiam, quæ sunt verbi verū opus, figuram esse doceant: nam Dei sermo est veritas, & opera Domini veritas & iudicium. Quum ergo ita habeat, ut quem Dominus accepit panem, adhibito formali verbo benedictionis seu gratiarum actionis, hunc opus gratiæ fecerit, non mirum est si quod erat panis id esse desiuerit: ut in operis naturæ creatæ locū, non creatæ naturæ opus succederet, fieretque transubstantiatio, adeo ut quum Paulus frangi panem enuntiauit, id solum quod est pane supersit frangi intelligatur, non opus illud indiuiduum,

*Psal. 110.*

duum, cuius mādicatione ex mortali corpore, immortale æternumq; corpus efficietur.

39. Si hæc ad delēdam figurationis opinionem non sufficient, subsidio aliud argumentum suggeremus, quo citra omnem dubitationem, religionem nostram perimi Calvinus arbitratur, quæ tamen suam opinionem funditus euertet ac extinguet, Paulus sequēti cap. Hic calix, inquit, nouū testamētū est in sanguine meo. Si ( inquit Calvinus ) *Hæc non est figurata locutio, poculum in testamentum esse transubstantiatum tibi fatendum est: Ut hanc difficultatem præciderem, ex Calvinianis quærenti mihi quid testamenti appellatione comprehendere putent, Fœdus esse respondent non materiam corpoream, quam ob rem non posse uini substantiam in fœdus desinere uel transubstantiari, sed dici oportere uinum fœderis esse signum in fundendo sanguine: Aliquando tamen non signum fœderis esse censet; Sed ideo esse sanguinem ut sit testamentum in sanguine, id Cal. in epist. I. ad Cor. 10.*

Hæc legens equidem mirari non desino hominem Theologiæ studiosissimum in sophisticam ita natura propendere, ut summa animi contentione veritatem appetens, aliò inuitus arripiatur, de hoc ut nobis

## DE COENAE

nobis liquere possit, ad illius commentationem animū adijciamus. *Testamentum* (inquit) non est substantia, sed *foedus*: quamobrem calix materia consistens, *foedus* esse non potest, & uox, est, improprie sumi debet. Huc verò Mosaicum Testamentum conferamus, Hic sanguis, inquit Moses, testamenti quod mandauit ad vos Deus: Quam Caluine significationem (est) hic obtinere dicemus? propriam inquires, sanguis enim brutorum erat is, qui à Mose fundebatur, & huius aspersione initū fuerat foedus cum patribus: At Caluine mihi mirum est, in figuris vocabula propriā significationem retinere, quæ à veritate improprie ac figuratè emissa esse fateamur. Hæc verò prætereamus, ut ad rem animum reflectamus: Vetus testamentum Caluine, confessione tua in sanguine confectum & dedicatum est, hoc æquo animo tibi donabimus: sed interrogabo cuius rei gratia factum hoc fuisse arbitraris? num ut figuraretur noui testamenti confectio? hoc sanè nullam habet dubitationem: omnia enim patribus in figura contingebant. Quum ita habeat, necessariorum nouum testamentum in sanguine fuit institutum, ut figuræ veritas respondeat: Quare ergo poculum Apostolis à veritate distribu-

butum, non erit sanguinis, Christo dicente, hic est sanguis meus noui testamenti? *Figura*, inquis, *est effundendi sanguinis, non ueritas*. Audi uerò quid hac in re peccare mihi uideare. Vetus testamentum à te noui testamenti figura esse affirmatur, quod sanè maxima ratione fieri comprobo: At tuo iudicio sanguinis essentia, testamentum uetus esse non potuit, quia sanguis materia cõsistit: aliud ergo fuit testamentum aliud sanguis: Sic nec Christi sanguis, tuo iudicio testamētum est, sed sanguis testamenti: At quoniam brutorum sanguine testamentum uetus dedicatum fuisse Paulus attestatur, is quoq; nouum, ut lex & scriptura impleretur, sanguine Christi dedicari oportuisse contendit.

40. Hoc intellecto, ad tuam opinionem redeamus: *Vinum à Christo sumptum, figura fuit sanguinis, & fœdus in fundendo sanguine*: Sed si figura fuerit sanguinis, fœderis, quomodo, & fœdus in fundendo sanguine fuisse comprobabis? nam fœdus & sanguis dua res sunt discretæ & diuersæ, quarum altera materia subsistit, altera expers est materiæ? Si sanguis, quia est materialis, tua sententia, testamentum esse non possit, uinum quia est materia, fœdus esse non poterit: quod si fœdus esse  
 non

DE COENAE

non possit, quia materiæ ad non materiam  
 nulla tibi ratio constare videatur, quando  
 non materiam figurabit, fallax erit figura,  
 quia materia non materiam perperam & fal-  
 laciter figuraret: Vinum ergo nec fœdus,  
 nec fœderis esse potest figura, in fundendo  
 sanguine: item nec sanguis testamenti, pote-  
 rit esse testamentum.

41. Huc aliquantum consistat oratio, vt  
 hæc verba consideremus. Duo nomina con-  
 iunguntur, vnum genitiui casus, vt puta te-  
 stamenti, actionē testamenti significans, alte-  
 rum nominatiui, substantia testamenti de-  
 nominatricè consistens. Horum ea est con-  
 iunctionis necessitudo, vt dissolui aut reuel-  
 linequeant, nam testamentum à sanguine  
 denominatum, ostendit non posse absq; san-  
 guinis substantia, testamētum constare, nec  
 sanguinem absque testamento esse posse, vt  
 sanguis testamenti dici possit. Itē testamen-  
 ti actio, quum formæ passiuæ sit, indicat san-  
 guini subijci testamentum, à quo formetur,  
 fit enim testamentum. At sanguinis substan-  
 tia, sine motu formare aut efficere nihil po-  
 test, quo ergo motu testamentū formabit?  
 nunquid effusione? Hoc intelligi non pos-  
 se iudico, nisi in veteris testamenti confe-  
 ctio-

tionem, noui figuram, mentis aciem impellamus.

42. Moses Hostiarum sanguinem è sanctuario quum retulisset, librum legis, populum, vasaque ministerij eo sanguine aspergebat, & asperzione testamentum dedicabat dicens.

Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos deus: Duobus ergo constabat Testamen- *Heb. c. 9.*

ti celebratio, sanguine, ac huius effusione: Horum effusio erat testamentum, substantia huius formatrix, sanguis erat effusus. Si veritas in noui testamenti dedicatione figuræ respondere debeat, sanguis Christi ac effusio concurrere debuerunt, vt in effuso sanguine testamentum, & effusio, huius forma esse potuerit. Hoc exemplo potum benedictionis, formam communicationis sanguinis esse demonstrauimus, nam bibendo communicamus, vt fundendo sanguinem, testamentum fecit Dominus, & huius iussu facimus.

43. Hoc vt Lucas & Paulus edocerent, alijs verbis quam Mattheus & Marcus mysterium euulgarunt, hi enim materiam testamenti formatricem, illi vero testamentum & huius confectioem celebrarunt. Hæc eorum verba sunt. Hic, inquit Mattheus, est sanguis meus noui testamenti: Lucas & Paulus hoc pocu-  
lum



## DE COENAE

lum nouum testamentum est in meo sanguine. Quo uterq; respexerit ut intelligamus, è Mosis verbis ac huius testamenti forma perspicuemus: Is docuit Hostiæ pro peccato ephiala sanguinis effusionem, veteris testamenti esse confectionem, & exemplarium asperisionem quæ sanguine fiebat, horum fuisse sanctificationem. Hoc ut à Christo Paulus impletum edoceret, potum benedictionis calice contentum effusioni respondere docet, nam qui potat infundit in viscera, seque introrsus aspergit. Hæc ergo effusio, id est, haustus poculi benedictionis, est in Christi sanguine testamentum, sicut effusio Mosai- ca testamentum erat in brutorum sanguine: Nam si sanguis effusus, testamenti sanguis est, huius effusio testamentum est in sanguine, & sicut exterior exemplarium asper- sio, horum exterior erat sanctificatio, cœlestium id est Ecclesiæ interior asper- sio, huius est interior sanctificatio. Præterea simul ac Moses eodemq; tēporis momento, quo sanguinem fundebat, vala que ministerij asper- gebat, intercedebat testamenti confectione, ut ab illis actionibus ac effectibus, testamen- tum distare non potuerit: Sic ab ipsomet Christo & effundi sanguinem testamenti,

sequi

feq; ac suos aspergi oportuit, vt inter testa-  
 menti confectionem, ac cœlestium asperfio-  
 nem & expiationem, intermitti mora nulla  
 potuerit. At si ex Caluini sententia: Calix  
 benedictionis, sanguinis figura sit, vel potus  
 infundēdo sanguine, qui sanguis post Chri-  
 sti mortē ex eius apertō latere diffluxerit,  
 nec Christus suum effudit sanguinem, sed  
 miles: neque suos, id est, cœlestia asperfione  
 expiauit, consequenter nec testamentum vl-  
 lum fecit, nam homo mortuus testari nō po-  
 test, sed vt ait Paulus, morte testamentum  
 confirmatur.

44. Deniq; figura tam figuratur, quā ipsa  
 figuret, sicut amicus tam qui amat, quā qui  
 amatur; nam in coniunctis agens est patiens:  
 si ergo à vino testamentum figuratur, vinū  
 etiam à testamento figurabitur: Audiamus  
 autem quō scripturæ loco Calvinus cōpro-  
 babit testamentum figurasse vinum, qui si  
 huic desit negotio, ignorantia suspicionem  
 non vitabit, docens, vinum figurare à quo fi-  
 gurari nequeat.

45. Quòd si in cœna cœptum fuisse testa-  
 mentum, perfectum autem sanguinis effu-  
 sione institerit, queram quomodo & cœptū  
 ac initum & figuratum vno eodemque tem-

D E C O E N A E

poris spacio in vnaque vini substantia fuisse persuadabit: quum hæc penitus aduersa sint? Nam aliud est esse, aliud figurari. Præterea si testamentum cœperit vini potu, & perfectum sit sanguinis effusione: requiram vtrius rei figura fuerit calix Mosaicus ac sanguinis effusio? Insuper consideremus Mosem populi Israelis liberatorem, Iesu Christi saluatoris fuisse typum: At si à milite sanguis effusus, is est quæ brutorum sanguis in lege figurabat, militis non Christi personam gessit Moses.

46. Tandem effusum sanguinem, in sancta à Mose illatum antè oportuit quàm ad populi ac exemplarium expiationem spargere: & asperisionem fieri antè quàm hostiæ ( quarum sanguis per Pontificem illatus erat in sancta ) extra castra in incendium exportarentur, propter quod, Paulo teste, vt Christus sanctificaret populum per suum sanguinem extra portam passus est. At si Caluino fidem adhibuerimus, alius quispiam nobis filius Dei est expectandus, qui has figuras, legemq; expleat, & negandus Paulus, qui à Christo impletas attestatur.

47. Qui negabit Apostolos cœlestia fuisse, quorum vasa ministerij, liberq; legis, exemplaria fuerint, quæ cœlestia Christi sanguis

guine aspergi in testamenti confectione ad eorum expiationem oportuit, audiat Hieremiam dicentem: Dabo leges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorum inscribam illas: Sanè is liber legis dici debet, in quo lex inscripta sit, item inhabitabo in eis & inhabitabo: In quibus inhabitat Deus, ij certè tabernaculum eius, templum que dici debent: Quamobrem eos antequam Christus extra portam passus sit, asperione sanguinis sancti instar exemplarium expiatos oportuit, & Christum extra portam passum, vt sanctificatio compleretur.

Cap. 13.

2. Cor. c. 6.

48. His explicitis quod superest Calviniana de benedictione sententię prosequamur: is sui oblitus errorẽ suum vna Pauli sententia propugnat, qua quidem frangitur & sternitur veriùs, quàm adiuuetur. *Sanctificantur*, inquit, *Verbo Dei, & oratione*, omnia quibus *uescimur*, vt alibi testatur Paulus. At non animaduertit quàm longè à proposito digrediat, Paulus meminit expressæ quotidianæque sanctificationis, quæ præsentis verbo & oratione conficitur. Hic autè verbo promissionis à Christo quí cœnã instituit pronúciatio quæ hodie sumimus sanctificata fuisse cõtendit, contra Paulum dicentẽ, calicẽ quem be-

DE COENAE

medicimus: deberet tamen eadem forma, ratioq; benedictionis concurrere, vt similitudini relinqueretur locus. Præterea ex Pauli doctrina planum fit creaturam sanctificari, non in signum, aut figurã, sed vt ipsa purus cibus ante vsum efficiatur, ac nobis prodesse possit: quod quum ita habeat, necessariò ad sanctificationis opus, verbũ sanctificationi proprium insumi debet, hac lege, vt eo omisso, nulla sit futura sanctificatio, idq; eò fieri ostenditur, vt in solo Dei verbo benedictio constare videatur. Calvinus ergo de Eucharistia nostra differēs, vt nos opinioni suæ ex Pauli sententia confirmaret, syllogismum suum hunc in modum construere debuit. Oratione ac verbo sanctificatur creatura, vt hæc sanctificata pura sit, nobisq; prodesse possit, sic verbo benedictionis proprio, panis in Christi corpus sanctificatur, non vt fingatur, sed vt ad incarnationis memoriam factum, ad salutem nostram hoc manducare possimus.

49. At contra omnem Theologiæ ac Philosophiæ rationem, nos è Pauli manifestissima demonstratione, ad penitus aduersam conclusionẽ traducit: *Consecratio, inquit, fit verbo promissionis, dum iuxta Christi institutionem*

*conueniunt fideles.* Ei tamen hoc donemus, vt eo iplo quòd conueniant ac in passionis memoriã manducent, fieri panis sanctificationem, nõ vt sanctus efficiatur, sed vt sanctum figuret corpus. Huc Pauli vsurpatum testimoniũ conferamus, cibus, inquit, verbo & oratione sanctificatur. Nõne hinc docemur necessariò manducationi sanctificationẽ anteuertere, cibiq̃ue substantiam sanctificari, nõ vt figuret, sed vt reijci non debeat? Si hoc exemplo vini benedictionem metiamur, inueniemus huius substantiam affici sanctitate, non vt figuret, sed vt sanctimoniam in eo constituamus, eoq̃ue sanctificemur insumpto: Vt ergo Pauli auctoritas Caluianę speculationi aptari possit, is intelligi debet, nõ id quod demonstrauius docuisse, sed cibũ sanctificari, vt significet, non vt sanctus sit, viq̃; cuiusdã occultæ promissionis id fieri, quia vt prodesse possit mãducatur, sicuti panis verbo promissionis consecratur, non vt secundum verbũ benedictionis hoc est corpus meum, corpus efficiatur, sed vt ad manducandũ in passionis memoriã fideles conueniant, fiatq̃ue panis ille contra naturam suam figura corporis pro nobis passi. Huc verò contendere Caluini iudicium, verba sub-

DE COENAE

ieſta maniſteſſimè declarant , *Benedictio*,  
 inquit , *diuerſum finem habet, nempe ut uſus dono-*  
*rum nobis ſit purus, cadatq; in auctoris gloriam &*  
*bonum noſtrum, finis autem Myſticae benedictionis*  
*in cœna eſt, ne uinum amplius uulgaris ſit potus, ſed*  
*dicatus ad ſpirituale alimentum animæ, dum teſſera*  
*ſit ſanguinis Chriſti.*

50. Non poſſum non demirari huius viri  
 ingenium, qui tam bellè norit à propoſito  
 lectorem tranſmittere : Is aggreſſus benedi-  
 ctionis diffinitionem, vbi exponere debue-  
 rit quid ipſa ſit benedictio, quoq; hæc modo  
 fiat, hac omiſſa re, ad finem cauſamq; bene-  
 dictionis, legentis animum traijcit: nec ta-  
 men interim ſibi cure eſt, vt in ſententiæ cer-  
 titudine conſtare poſſit, verùm hoc peccatū  
 admittit, quòd ex finibus quos obtendit, cau-  
 ſam artemq; ſuam aperte prodit.

51. *Benedictio*, inquit , *diuerſum finem habet,*  
*nempe ut uſus donorum Dei purus ſit:* Bis pec-  
 care mihi videtur hæc dicens: A benedictio-  
 ne quam abrogauerit, ad huius finis oſten-  
 tum, & comprobationem aſcendit; deinde  
 à ſubſtantiæ ſanctificationis conſideratione,  
 ad uſus ſanctificationem enitur: Paulus do-  
 cet nihil eſt reiſciendum quod cum gratia-  
 rum actione ſumatur, ſanctificari enim per  
 ver-

verbum & orationem : Hic ergo creaturæ sanctificationem celebrat : Calvinus autem vsui sanctificationē attribuit. Præterea Paulus tradit duobus sanctificationem consistere, verbo quo omnia sanctificantur, & oratione qua sanctificationem impetramus: Vt ergo de finibus sanctificationis certi quid possit constitui, cōsiderandum est, quod pertineat precantis oratio, & verbum domini : vt quum de cibis dubitaretur, puri ne an impuri essent, eos Paulus decernebat puros effectos verbo & oratione : finis ergo sanctificationis erat ciborum purificatio.

52. At Calvinus panis naturæ non confert sanctificationē, sed huc eam impendit, vt tefera sit, & figura corporis Diuini; si verò tefera sit, eò Ecclesiæ orationis verbumq; Dei dirigi necesse est, vt ex Pauli sententia benedictio perficiatur: non enim ab animi nostri motibus pendet, vt panis contra naturam, passionem Christi figuret, nihil enim rei diuinitæ, nostræ cōferunt affectiones, alioqui efficeretur, vt à pertinacia Calvinus resipisceret, hoc enim vehemēter expetit ecclesia.

53. Queram insuper ex Caluino, si panis fiat figura corporis oblatis, & ad passionē ducti, vinumq;, sanguinis effusi, id est, in sancta san-



Etorum antè quàm extra portam Christus pateretur secundum legem illati, an id fiet per accidens, an per essentiam? Si per essentiam: panis in agnum Mosaicum mutabitur: In eà enim significationem à Mose maçtabatur agnus, Eisaia teste dicente: sicut ovis ad occisionem ducetur, & quasi agnus coram tundente se obmutescet, & nō aperiet os suum: nec enim à natura, panis habet, vt passionem figuret, quum ipse sit impatientis: vt ergo fieret ad hanc facultatē mutatio, opus esset verbo Dei: Si per accidens fiat figura, id est, si ad naturam panis integram, & non mutatam, ea vis figurandi accesserit: faciat Calvinus vt intelligamus, quomodo fieri possit, vt duæ tam diuersæ, & contrariæ naturæ, in corpus vnum coeant: Similiter si vinum fiat sanguinis in peccatorum remissionem effusi figura, in vituli, hircique sanguinem, vt mutetur necesse est: nam à Mose ea animalia maçtabantur, vt eorū sanguis spargeretur in sancta per Pontificem illatus, ad sanctuarij populi que expiationem: antequam extra castra in incendium exportarentur: Huius rei meminit Christus, in sanguine suo testamentum constituens.

54. Præterea vix Calvinus ignorantiam suam

suam excusabit, affirmans panem spiritu sancto vacuum, esse cibum spiritualem; facit enim spiritus cum corpore communio, ut spirituale corpus dici possit, nam qui spiritum sanctum acceperunt, ij demum sunt spirituales. Et Eucharistia hoc nomen habet, quia plena est spiritu sancto infuso verbo Dei expressissimo: ite panis anime cibis esse non potest propter substantiarum dissimilitudinem.

55. Hic fortasse rogabit Calvinus, quum agnus Mosaicus Paschatis nostri Iesu Christi signum & figura fuerit, an id esset per accidens, an per essentiam? Item nunquid cibus fuerit spiritualis, ut qui agnum manducaret patres, in eo & spiritum viuificantem carnemque Christi manducarent? Præterea num & manna Eucharistiæ, id est, corporis Christi umbram fuisse concedemus, simul & cibum spiritualem, ut qui manna vescebatur, carnem Christi pariter spiritu comederet? Nullam enim inter legis & gratiæ sacramenta Calvinus agnoscit differentiam, quoniam scriptum est, Patres vestri eandem omnes escam spiritualem comederunt, eundemque potum spiritualem biberunt, bibebant enim de spirituali consequente eos petra, petra autem Christus.

56. His potissimum rationibus à veritate rebellavit, & ad hostes Ecclesiæ defecit, quò nullam rationem inire posset, qua ex animi sui prudentia sacramentorum differentiam cõprehenderet, nisi quod veteris testamenti sacramenta Christum passurum, novi verò testamenti passum fuisse prædicarent, nõ tamen expendens animo, hoc nostrum ante passionem fuisse institutum, & Apostolis ante mortem erogatum: Ego autem orthodoxorum auctoritatem sequutus, præsertim Augustini, in Ecclesiæ sententia conqueui, vt certo mihi persuaserim, veterum sacramentorum corpora, umbra sola corporis & sanguinis Christi constituisse, quamvis simul, seorsum tamen ab umbris, spe & spiritu patres veritatis fuisse participes nolim inficiari.

57. Nostrum verò sacramentum, veritate, & spiritu, sub elementorum specie, penitus consistere & constare: nam lex per Moysen data est, gratia & veritas per Iesum Christum facta est. Item nunc est tempus quando veri adoratores adorabunt in spiritu & veritate: Dico igitur nostram Eucharistiam, id est, bonam gratiam, à Christo in incarnationis memoriam factam, non figuram, sed ipsissimam esse

esse corporis sui veritatem, quæ in se Christi carnem & spiritum, verissimè nobis exhibeat, in qua patrem adoraturi sumus, ut in spiritu & veritate adoremus, & pro beneficijs acceptis gratias agamus. Agni verò mannaeque corpora, umbras fuisse, carne spirituque Christi vacuas, non veritatis corpus, alioqui contra verbum Domini, panem de cælo verum Hebræis datum fuisse: Non, inquit, Moses dedit vobis panem de cælo verum, sed pater meus dat vobis panem de cælo verum; Ego sum panis vitæ qui de cælo descendi; proinde nec substantia, nec natura, eos fuisse spirituales cibos, quâuis seorsum ab eis in spiritu, fide, & in spe futuri panis nostri, anima eorum pasceretur, uti nunc in pane suam animam pasci credit, & suadet Calvinus. Hoc testatur Augustinus loco à Caluino contra Ecclesiam in sensum alienum contorto, dicens Patres eandem escam spiritualem, sed non corporalem eandem manducasse, nam ut diximus seorsum à sacramento, Eucharistiam nostram. i. carnem diuinam desiderio illi comedebant, quam re ipsa ore & spiritu comedimus, hoc qui negat, è Christo Mosem facit.

§8. Hanc nostram sententiã adiuuat idem August.

## DE COENAE

August. dicens, sacrificium Ecclesiae, id est, sacramentum Eucharistiae & propitiationis, duobus confici, & constare, specie visibili, & re inuisibili, id est, substantia carnis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi: si verò his duobus consistit, necessariò id habet ita, vt his duobus Eucharistia cõficiatur, & perfecta sit: vtque si mente vel sensu alterum subduxeris & reuelleris, Eucharistiae veritatem, & substantiam, mente destruas, & separe, ne amplius duobus constare dici possit: Si hanc ergo rationem legis sacramenta sequi Calvinus intellexerit, & ita veritatem continuisse ac comprehendisse, vt Augustinus Eucharistiam cõplecti intelligit, & docet, ea omnia Eucharistiae nuncupationem sortiri debuisse certum est: & in manifestissimam reprehensionem Calvinum incurere dicentem, *Infideles sacramentum corporis diuini manducare, sed non rem sacramenti*, Aut falsam esse Augustini sententiam dicentis, sacramentum duobus constare & confici. Non potest enim salua constantia, res sacramenti seorsum ab ipso comedi si re constat & specie, nec seorsum à re manducari sacramentum, quamuis sacramenti virtus, sine fide nõ possit prodesse: quis autem manna Eucha-

rística nomine appellauit?

59. Hoc ergo inter legis & gratiæ sacra-  
 menta discriminis intercedit, quòd illa, um-  
 bra sola constabant: Eucharistia verò verita-  
 te & spiritu, id est, corpore Domini, sub pa-  
 nis signo & specie còsistit, vti sub carnis pec-  
 cati specie latebat in persona Christi Diuini-  
 tas: De cetero agnum Iesu Christi fuisse ty-  
 pum non inficior, & non per accidens, id est,  
 benedictionis opere & virtute, sed per natu-  
 ræ proprietatem, si à qualitatuum compara-  
 tione similitudinem duxerimus, vti prædi-  
 xit Esaias, sicut ouis ad occisionem ducetur, Cap. 53.  
 & quasi agnus coram tundente se obmute-  
 scet, & non aperiet os suum, nec vtiq; opus  
 est benedictione, vt hanc Christi clementiã,  
 & mansuetudinem nobis agnus figuret, ipse  
 enim à natura innatum habet, vt id sit & si-  
 gnificet: Panis verò, vt huius rei memoriam  
 vel similitudinem nobis excitet, nec habet à  
 natura, nec à benedictione salua naturæ pro-  
 prietate consequi potest: Nephas ergo est Pa-  
 schatis nostri immolationem, pane figura-  
 re, ne in eorum gratiam id fieri videatur, qui  
 veritatem carnis Christi denegabant, eumq;  
 in figura, non in carne patibili passum præ-  
 dicabant: hoc autem (si Caluiniana figura-  
 tio

## DE COENAE

tio admittetur) panis impatibilis natura certissimè comprobaret. Adijciam si hunc in cœna figurari oporteret, fieri non debere, quin passionis potius quàm alimenti memoriam nobis figura renouaret, ob verbum Domini eò nos vocantis, dicendo, hoc est corpus meum, quod pro vobis datur, non quod vos alit.

60. Hac adhuc demonstratione Caluini diffinitionē vrgebimus: *Si uerbo promissionis dum fideles ad passionis celebrationem conueniunt, Fit sacramenti benedictio, vt figura sit Christi, & panis & vinum benedictionis dici debeant, quia signa sint corporis & sanguinis quid de baptismo decernemus? cur nō aqua benedictionis quam benedicimus appellabitur, quæ Caluini iudicio sanguinem figurat, vel spiritum sanctum? Ideo inquit, figura est sanguinis, quia sicut aqua lauat cutem, sic sanguis conscientias: Necessariò ergo aqua benedictionis & aquæ sacramentum, non baptis- mi. At nisi insania omnino sit perditus Caluinus, nō committet, vt aquam sacramenti nomine definiat, aut figurā spiritus sancti nuncupet, quū baptismo, qui aqua fit, sacramenti nomen inditum sit: nec propterea lauacri sacramentum benedici, vllus vnquam tradidit,*

dit, quòd aqua infundatur, aut quòd ad bap-  
tismum conueniat Ecclesia; tamen quia si-  
milium eadem est ratio, idem deberet esse iu-  
dicium, vnde ostenditur, nec à conuentu,  
nec ab actionibus, effici benedictionem, sed  
oratione & verbo.

61. Quid insuper de legis sacramentis con-  
stituemus? Nonne circumcisio benedictio-  
nis quam benedicimus appellabitur, quòd  
verbo promissionis essent fœderis partici-  
pes, quibus præputium amputabatur? Num  
etiã præputiũ benedictionis dicendũ, quia  
id in fœderis societatem circumcideretur?  
Hostia pro peccato, hirci duo, Aries in Holo-  
caustũ, in quorũ caput peccata & populi ini-  
quitates Pontificis imprecatione deuolue-  
bantur, vt immundi fierent, nunquid hostiæ  
benedictionis quam sacerdos benedicebat  
vocari debuerunt vt Christum figurarent?  
Non sanè minorem à lege quam à Christo  
actiones præscriptæ facultatem habere de-  
buerunt, ad sacramenti confectionem. Non  
minorem enim fructum Caluini iudicio, ex  
illis sacrificijs patres percipiebant, quàm ex  
Eucharistia nostra metamus: si quia patres  
ex sacrificio sanctificationem referebant, be-  
nedictionis hostiæ dici potuerunt, cur ex-  
pressis



## DE COENAE

pressis & solēnibus verbis maledictionis maledicebantur: debebat sufficere ad peragendum sacrificium, fidelium celebritas, item si maledicta erat hostia expressis & solēnibus verbis ac oratione in maledictionem insumptis, cur verba ad Eucharistiæ sanctificationem insumentes, magiā à te Caluine pater insimulantur? Rursus si à fructu vel conuentu non maledictionis hostiæ, sed benedictionis vocari debuerint, cur vestes lauabant & carnes qui eas attigissent, quum is sanctificetur, qui Eucharistiam nostram sanctum sanctorum attigerit? Quòd si nec hostiæ, nec holocaustum, nec sanguis à Mose fusus, in testamenti dedicationem dici potuerunt hostiæ benedictionis, quia ad vsum sacrificiorum dicatæ & sacratæ fuerant, falsum est panem & Caluini calicem benedictionis nomen sustinere, quia ad memoriam quam is confingit dedicantur, & vsum sacrantur; sed ideo Eucharistia benedictionis dicitur ab oratione & verbo in trāsubstantiationis opus ex Christi institutione adhibito: ex quo iudicari potest, haberiq; pro comperto, & explorato, tantum ab actionibus animiq; intentione, distare nostram benedictionem, quantum à verbis actiones.

62. De benedictione, ac eius virtute, formaq; nobis constabit, quum ex scripturae lectione ea de re iudiciu fecerimus. In Genesi scribitur: masculu & faeminam fecit eos benedixitque eis, & ait, Crescite & multiplicamini & replete terram, & dominemini omnibus qua in mari, & super terram moueantur: vi autem huius benedictionis secundu Dei verbum homini accidit, vt creuerit imperio, & generandi facultate, cuius alioqui fuisset impotens. Eadem ratione omnes scripturae benedictiones metiri oportebit, vt quod subiecto defuisset, benedictio largiretur. In Euangelio benedictione paucorum piscium excreuit eoru substantia, vt praeter creaturae naturae vires, exinde hominum quatuor millia satiarentur: item quinq; panes affecti secundum verbu domini actione gratiaru, hominum quinq; millia expleuerunt: *Marci 8. Ioan. 6.* virgo Maria affecta benedictione ex spiritu sancto cocepit: Aue plena gratia, inquit Angelus, dominus tecum, benedicta tu in mulieribus, qua cogitans qualis esset ista saluatio turbata in sermone, hoc responsum tulit, formam benedictionis: Ecce concipies & *Corint. 1. cap. 4.* paries filium, &c. Apud Paulum cibi quos alioqui reiectos oportuisset, oratione, ac ver

DE COENAE

bo, sanctificati, in victum insumi tunc potuerunt: Dicat igitur Calvinus, cur illis in rebus, tanti momenti fuerit benedictio, in Eucharistia verò, cuius omnium causa est potissima, hæc nullius sit usus, remq; quæ verbum susceperit, nulla affecerit diuinitate? tametsi ad Eucharistiæ substantiam faciendam, maximè & penitus verba pertinerent? Benedictixit vel *ἐν χριστιανῶς*, inquit dicens, hoc est corpus meum, hoc facite.

63. De his verbis nemo est qui ambigat, ipsa fuisse forma & substantia benedictionis: cur ergo inaniter emissa credit Calvinus? Scriptum est cœlum & terra transibunt, verba autè mea non transibunt, item non est impossibile apud Deum omne verbū: Ab hac fide Calvinus abducitur, quòd seorsum à benedictionis vocabulo, hæc verba pronuntiatæ sint, quasi ab ea diuersa fuerint: Quum autem verbo consistat benedictionis forma, si hæc verba non fuerint benedictionis effectricia dicatur quibus verbis expleta fuerit benedictio.

64. Apostoli mandatum habuerunt, quæ Dominus fecerit faciendi: hoc inquit facite in mei memoriam: sed si alijs quibusdam verbis quàm quæ memoriæ prodita sunt, facta sit

fit Eucharistia, falsum est quod Dominus fecerit fieri; nulla etenim præter hæc verba, quibus ad benedictionem utamur, inscripta sunt: Si cogitando, vel signâdo, facta esset benedictio, bene cogitavit, vel bene signavit, non benedixit, dictû oportuit; nam dictio- ni silentium est contrarium: Quum ergo forma benedictionis & substantia sint verba, nullaq; nobis alia tradita sint; necesse est ut his ipsis, benedictionem constare fateamur, quâvis benedictionis vocabulû insequatur. Hoc enim exemplo quas huc retulimus reli- quas benedictiones, effectas esse docui: Mas- culû & fœminâ fecit eos, benedixitq; eis, & ait, crescite & multiplicamini &c. Hæc ver- ba fuere formalia benedictionis, enuntiata tamen seorsum ab ipsius vocabulo, item Ec- ce concipies in utero, formalia fuisse bene- dictionis iudico, quum nullis alijs ad bene- dictionem Gabriel sit usus: sed seorsum à be- nedictionis vocabulo, forma huius emissa ac manifestata est, quoniam vno spiritu, forma & benedictionis motus, exprimi non potue- runt. Quum ita habeat, si panis figura fuisset, qui verbum Domini veritatem esse dicunt, tantum distant à veritate, quantum ab ipsa mendacium: nonnulli ex orthodoxis, histeron

proteron, fuisse scriptum tradiderunt.  
 65. Non desunt aliæ rationes, quæ meam si-  
 dem à Caluini doctrina demorentur, quarum  
 hæc non negligendum locum obtinet. Iesus  
 Christus accepto pane, postquã hunc Eucha-  
 ristiam fecisset, vel si ita loqui liceat, Eucha-  
 ristizasset, fregit dicēs: Hoc est corpus meum,  
 quod pro vobis datur, hoc facite. Hoc pro-  
 nomen est neutri generis, præsentis & con-  
 spiciuæ substantiæ, demonstratiuum: sed pa-  
 nis masculini generis: quam ob rem si osten-  
 sa à Domino fuisset panis substantia, quum  
 Calvinus pædatriuicam exercebat, pueros  
 tam indoctè loquentes nõ tulisset, vt neutrũ  
 cum masculino cõiunxissent, sed ab eis pœ-  
 nas corruptæ grammaticæ repetiuisset, nisi  
 dixissent fregit panem dicens, hic est corpus  
 meum, vt ad panis demonstrationem, pro-  
 nomen contenderet: Quum ergo dictum est  
 hoc est corpus meum, certi testimonij loco  
 sumi debet, corporis substantiam fuisse de-  
 monstratam, & designatam: Præterea (quod)  
 insequens relatiuum, ad rem designatam ne-  
 cessariò protendit: si ergo panis substantia in  
 figurationem designata sit, hanc pro nobis  
 datam, passamq; esse statuendũ est, quod enim  
 manducandum à Domino porrectum est,  
 hoc

hoc ipsum & designatum verbo, & pro nobis passum, ipsa linguæ ratio & proprietates ostendit.

66. Denique & si ipsa pædotriuca ad me carpendum conspiraret, nullam tamen reprehensionis rationem inire posset, quum a se uero præceptum Domini; hoc est corpus meum, hoc facite, non penitus aliò respicere, quã ad eam rem faciendam, quæ demonstrata, & pro nobis data sit: aut falsæ sunt omnes à Caluino & Corderio traditæ Grammaticæ præceptiones; Hoc ipsū ergo facite corpus, & manducate, inquit Dominus: Pædotriuca tamen noster, hoc improbat; Vult ad edendi actionem, omissa benedictione, ac corporis effectione, iussum Domini spectare: sed nisi grammatices regulæ illum fefellerint, illud facite, non hoc facite, dictum oportuisset: nã illud remotius appetit antecedens, hoc propinquissimum.

67. Si ergo faciendi præceptum ad actionem, nõ ad substantiam prospicit, quia pronomen hoc gaudet rei præsentia, quum dictum est quod pro vobis datur, hoc facite, dari, id est, offerri pro vobis imperatum fuisse fatendum est; At nisi fiat corpus, offerri non posse palam est: non enim aliter potest,

DE COENAE

quàm expresse verbo Diuini panis in corpus oblatum definere, quam ob rem facienda est corporis Domini oblata substantia & manducanda, vt præceptum Domini exequamur.

68. Quum hæc res humanæ sapientiæ nõnullam esset difficultatẽ oblatura, huic Christus prospiciens, modum corporis faciendi præscripsit fidelibus, hoc facite, inquit, in mei memoriam, quũ manducaueritis: Quoniam non aliud manducandum, quam faciendum imperaret, ostendit fieri oportere nõsecũs, ac fuisset incarnatus: Nam sicuti cum benedictione, Virginis coniuncta fides effecit, vt Angelo nuntiante, & verbum pronuntiante, ipsa Deum & hominem de sua substantia ex spiritu sancto conciperet. Sic Christus docet benedictione corpus suum effectum iri, spiritu sancto superueniente, & altissimi virtute sacramentum obumbrãte, dũ verbum hoc est corpus meum quod pro vobis datur, in fide vniuersalis Ecclesiæ pronũciatur: Et non solum effectum iri corpus ostẽdit, sed vt sacrificij à se oblatis fiamus participes, pro nobis oblatum effectum iri voluit, vt vna actione fiat, & oblatum fiat corpus, non quod postquam effectum sit offeratur

tur quod semel oblatum oportuit, sed quia illud manducare non possimus, quin pro nobis oblatum & immolatum manducemus.

69. Obiectioni Calvinianæ, hac responsione anteuertendum mihi esse duxi: *Non (inquit) in conceptione facta est carnis in spiritum transubstantiatio, sed sine substantiarum confusione Deus homo factus est, tu uerò benedictione tua, contendis panem in carnem Domini desuisse, nec ullam panis substantiam remansisse, falsum est igitur in incarnationis memoriam factum esse tuum miraculum*: Quamuis libro aduersus eum edito, huic obiectioni copiosè satisfacimus, obiter tamen hanc difficultatem hîc etiam diluemus. Christus non dixit facite in similitudinem, sed in memoriam, *Apolo. 2.* ut consecrationis opus, incarnationis memoriam nobis renouet: nam Iustino teste, quemadmodum verbo facta est incarnatio, sic verbo, Eucharistia conficitur. Item secundum Angelî verbum, incarnationis miraculum factum oportuit: At si Mariæ substantia, in spiritum desuisset, hoc contra verbû contigisset, non enim de eius substantia, factus fuisset homo, sed spiritus: Ex aduerso, nisi panis in corpus desuisset, Verbum, hoc est cor-



pus meum excidisset, & inaniter præterijisset  
emissum, quod quia nephas est dicere, mox  
in corpus panem desuuisse necesse est,

70. De spiritali manducatione Calvinus  
garrit pluribus verbis, sed quum facienda sit  
substantia quam manducare debeamus, non  
animaduertit si fide sola hanc comedat, etiã  
fide sola, non verbo, sibi Christi corpus esse  
faciendum: quæ res in sua potestate minimè  
posita est: Præterea, si spiritu solo, vel anima  
manducet, non se, sed sui partem manduca-  
re, ideoq; plasma Dei excludi manducatio-  
ne, & consequenter carnis salute, vt Valen-  
tini insaniam amplecti tuerique videatur:  
Scriptum est qui edit carnem meam, & bibit  
sanguinem meum, habet vitam, & ego sus-  
citantabo eum in nouissimo die: non verò sus-  
citantabitur spiritus, nec anima, sed caro quæ  
vt ad gloriam suscitantetur, carnem verè cibum  
manducare debeat.

71. Legentem Caluini commentarios se-  
penumero me subijt admiratio, quòd cum  
animo suo non reputauerit se verè non man-  
ducare, si spiritu solo manducet, vel si crea-  
dendo, nullo manducandi desiderio, mandu-  
care se credat, vt fides suppleat vicè mandu-  
cationis. Ireneus Valentinum expugnans, sa-  
lu-

lutem carnis inficiantem, animamq; suam vitæ cibo nutrientem, ostendit tribus rebus hominem perfici, vt si harum vna defuerit, homo verus & perfectus esse desinat. Hæc eius verba subiecimus: Apostolus vocat spirituales, secundum participationem spiritus existentes spirituales: sed non secundum defraudationem, & interceptionem carnis, & nudè hoc ipsum solum, si enim substantiam tollat quis carnis, id est, plasmatis, & nudè id ipsum solum spiritum intelligat, iam non spiritualis quod tale est, sed spiritus hominis aut spiritus Dei: Quum autem spiritus hic commixtus animæ, vnitur plasmati, propter effusionem spiritus spiritualis, & perfectus homo factus est, & hic est qui secundum imaginem & similitudinem factus est Dei: si autem defuerit animæ spiritus, animalis est verè qui talis est, & carnalis derelictus imperfectus erit, imaginem quidem habens in plasmate, similitudinem verò non assumens per spiritum: sicut autem hic imperfectus, sic iterum si quis tollat imaginem, & spernat Plasma, iam non hominem intelligere potest, sed & partem aliquam hominis, quemadmodum prædiximus, vt aliquid aliud præter hominem, neque plasmatio carnis ipsa secun-

## DE COENAE

dum se homo perfectus est, sed corpus hominis, & pars hominis, neque spiritus homo, Spiritus enim non homo vocatur: commixtio autem & vnitio horum omnium, perfectum hominem efficit, & propter hoc Apostolus se ipsum exponens, explanauit perfectam & spiritualem salutem hominis, in prima ad Thessalonicenses dicens, Deus autem pacis sanctificet vos perfectos, vt integer vester spiritus, anima, & corpus, sine querela in aduentum Domini seruetur.

72. Augustinus ea ratione ductus, docuit spiritualiter à nobis corpus Christi manducari oportere, vt ad salutem prodesse possit manducatum: is tamen à manducatione Plasma non excludebat, ne quod Deus coniunxit homo separet, sed vt homo perfectus, spiritualis, & integer, vitæ manducatione seruetur in die iudicij. At Calvinus Valentini sequutus insaniam, hominem vocat spiritualem huius partem, id est, animam ne Plasma Domini cibo vitæ nutriatur: *Nutritur*, inquit, *anima in spem uitæ eterne*, Carni quæ minimè nutriatur spem salutis eripiens, & præcidens: in quam dementiam, infinitam hominum multitudinem

dinem eloquentiæ suæ viribus perculit, quo nihil vnquam post Christum, humano generi perniciosius factum fuisse perspicio.

73. Augustinus non aliter hominem spirituales intellexisse iudicari debet, quàm is fuerit, qui se verè cibum esse pronuntiauit, quo spiritualis demũ homo ad salutem suã, carnifq; gloriosam resurrectionem vescitur: Hunc autem non esse spiritum, sed carne & spiritu constare docet Christus, dicens, palpate & videte quoniam spiritus nec habet ossa, nec carnes. Quum ergo ad spiritualem manducationem vocat Augustinus, homines perfectos vocat, non eorum animas, vt spiritualiter manducare actiuè, & passiuè sumi possit.

74. Ab hac vanitate Calvinus in varias & noxias animi perturbationes incidit: putauit Augustinum docuisse, vt credendo, caro Christi manducetur, sine actuali manducatione, vel signi, vel carnis: fideique opus vocat manducationem, non prospiciens se huc conijci, vt ex nostris laqueis non se possit explicare, quum interrogabimus quid Christum docuisse iudicet dicentem, nisi manducaueritis meam carnem, & sanguinem meum  
bis

biberitis, vitam nō habebitis in vobis: an respondebit eum docuisse, vt nisi eius carnem crediderimus, vitam non habere nos? vt his verbis nos à manducatione Dominus repulerit? Si ita habeat, in Bullingerum Calvinus est iniquus, hunc enim reprehendit, quòd dixerit credere est manducare, & manducare est credere, nam nisi manducare sit credere, ei quam exposuimus interpretationi, locus non relinquitur: quid ergo faciemus? An cū Caluino dicemus, nisi credendo manducemus, vitam non habebimus, sed si hoc facimus, inuitus nobis dabit Calvinus, vt manducare propriam seruet significationem, doceri tamen carnem manducatam non esse ad salutem profuturam, nisi spiritualiter, id est, ab homine spirituali manducetur substantialiter.

75. His aduersus Calviniana sophismata ac figuras ostensis quia Philippus nos inuitat in participationis declarationem, in eam incumbamus. Participatio propriè motus est participantis, hoc enim nomen est verbale: motus autem non est materia, sed actio. Quū ergo Philippus docet panem quem frangimus esse participationem, hancq; id esse intelligit, è quo fit cum Christi corpore participa-

icipatio : non docet panem in motum euanes-  
 cere, vt participationis actus efficiatur, sed  
 ostendit rem participationis, substantia con-  
 sistere, vt participatio capiatur pro re, de qua  
 fit participatio, sicut redemptio apud Pau-  
 lum pro redemptore. Rem autem participa-  
 tionis quam esse intelligemus? Si panem tri-  
 ticum, à Philippo dissidemus, panis enim id  
 esse non potest, è quo fit cum Christi corpo-  
 re consociatio: nam auctore Paulo, quia mul-  
 ti vnus panis, vnum corpus sumus, omnes  
 quidem de vno pane participamus: corpus  
 autem illud ipsum dico, de quo participaue-  
 rimus, non enim in triticeo mutamur panis  
 corpus, aut in re de qua non fit participatio.  
 76. Igitur si secundum Philippum panis  
 quem post benedictionem frangimus, est id,  
 de quo fit participatio, quia de Christi cor-  
 pore participamus, necessariò corpus hoc di-  
 cendum, sub panis specie latere, panisq; na-  
 tura dicenda in eam naturam desuisse, cuius  
 futura esset participatio, etsi mysterij subli-  
 mitas nostræ mentis aciem effugiat.

77. Huic sententiæ his quoq; demonstra-  
 tionibus, vt diximus nos confirmat Paulus,  
 dicens: Calix benedictionis quem benedici-  
 mus sanguinis est communicatio: nam adhi-  
 bita

bita benedictio efficit, vt nisi vinum afficiatur benedictione, non possit esse sanguinis communicatio; non enim frustra benedictionis in mentem venit Apostolo. Qua è re ostenditur vinum à natura non habere, vt sanguinis communicatio esse possit.

78. Calvinus huc vini ad sanguinem Domini attinere similitudinem tradidit, quòd sicut vinum personam quamque naturaliter exhilarat, sic sanguis Christi, animam spiritu bibentem imbuuit lætitia: vnde vinum sanguinis esse figuram concludit. Sed si à natura vinum lætificandi facultatem habet, quorsum afficitur benedictione? Si & benedictio eam vim ei tribueret, quid vis illa lætificandi commune habet cum communicatione? Priuatim bibentem quemq; vinum perfundit gaudio; sanguis (id est Calix benedictionis) potatus efficit, vt multi numero, reuerà vnum sint corpus. Quid alienius à Caluini proposito adduci potest?

79. Præterea si panis, quem post benedictionem frangimus, Diuini corporis est participatio, docet propter benedictionem & fractionem vobis cum pluribus intercedere participationem, vt nisi inter vos panis frangatur ac distribuatur, non possitis in vnum  
redigi

redigi corpus. Non igitur panis naturæ tribui debet, quòd in vnum coëctis, sed post benedictionem fractioni. Si ergo panis est Caluino figura corporis, quia panis inter vos natura frangitur, hæc necessariò corporis fractionem etiam figurabit: At fallax esset figuratio, sic huc respiceret, vt indiuidui corporis fractionem figuraret: nam panis natura & substantia non alia conditione frangi potest, quàm vt sua cuique particula obuenerit à reliquis specie & magnitudine discreta & diuersa, quo tamen exemplo corporis fractio fieri non potest, id enim ne accidat impedit carnis diuinitas, quæ efficit vt minutissima Eucharistiæ quæq; particula toti æqualis esse debeat. Quòd si ea prætermissa consideratione corpus figurari contendat Philippus, errat, & à Paulo dissentit, huic enim propter fractionem est participatio.

80. Adiungemus à Paulo non dici, Panis, quem frangimus, corpus est Domini, (sicut Euangelistæ dicunt, Hoc est corpus meum) sed corporis est participatio: nec calix, quem benedicimus, est sanguis, sed sanguinis communicatio: quærà ergo, an mihi persuadere debeam, vinum esse quidem communicationem, sed sanguinem figurare, quasi sanguis &



& huius communicatio, res diuersæ sint ac disiunctæ: an verò vna res existat ( duobus enunciata nominibus ) propter communicationis finem & effectum? Si disiunctæ sint ac inter se differentes, vinumq; sit communicatio, ostendant quí & figura sanguinis pariter esse possit: nam mihi videtur fieri non posse, vt reuera sit sanguinis communicatio simul eodem respectu, ac momento reuera sanguinis figura sit: aliena enim est à figurâ communicationis veritas.

81. Prætereà eius ipsius rei Paulus testatur esse sanguinis communicationem, cuius sit benedictio. Calix ( inquit ) benedictionis quem benedicimus sanguinis est communicatio. Hic calix si figura sit, falsò nomen gerit communicationis, dici potius debuit, sanguinis est figura. Si igitur eius est communicatio, cuius benedictio, & calix non figurâ sit, sed res ipsa communicationis, peccat qui inter sanguinem & calicem benedictionis discrimen vllum interponit. Si verò ne se Philippistæ in has includant angustias doceât calicem nõ esse communicationem, sed ipsius figuram, tum calix figura sanguinis esse desinet, præsertim si sanguis & huius communicatio res sint disparatæ ac distantes, atque in

eas

eas difficultates quas adnotauimus, de vini  
 natura ad communionem similitudine reuol  
 uentur: quæ similitudo nulla ratione posset  
 subsistere, quoniam vini natura propriam cu  
 iusque læticiam figuret potiùs quàm multorù  
 in vnum corpus cõtionem. Cum animo suo  
 considerent, an hæc demõstratio apud sanos  
 locum habitura sit. Vini natura quatenus bi  
 bentem quemque exhilaret, sanguinẽ Chri  
 sti propter exhilarandi similitudinem signi  
 ficat: Ergo vinum est sanguinis inter plures  
 communicatio, vt eos in vnum redigat.

82. Denique si vinum sanguinis communi  
 cationem significet, per Calvinianam dispa  
 ratorum regulam, sanguinis communicatio  
 vini naturam inuicem significabit: sed vide  
 ant Philippistæ an rationem sint habituri di  
 centes, sanguis Christi à multis potatus, pro  
 pter diuinitatem ei vnitam, corrumpi non  
 potest: quamobrem in se conuertit biben  
 tes, id est, à mortalitate & corruptione eos  
 immortalitati restituit. Ergo sanguis ipse  
 potatus, vini naturam significat, quoniam  
 hæc eius est natura vini, vt in bibentis mutes  
 tur substantiam, propter insitam ei corrupti  
 onem. Si huic consequentiæ non relinqui  
 tur locus, falsa est disparatorum regula, vinu

DE COENAE

& sanguinis communicatio de se mutuo nõ prædicant per significationem.

Ad eam difficultatem hoc quoque accedit incommodi, quòd si poculum communicationem figurauerit, necessariò consequatur, vt multi de vno pane participantes, non futuri sint vnus panis, sed contra Paulum, vnum panem significantes: Sic enim Paulo multi vnus sunt panis, vti poculum benedictionis est sanguinis communicatio: verbũ enim substantiuum vtrobiq̃ue suam seruat significationem. Nam perinde dictum est, calix quem benedicimus sanguinis est communicatio, vti dictum sit, quia multi vnus sumus panis, omnes quidem de vno pane participamus, Non secùs ergo multi numero, reuerà inter se distantes, vnum reuerà figurant corpus: ac panis quem frangimus corporis participationem figuret. Sed animaduertant Philippistæ, quomodo possit hæc similitudo subsistere, quum vnitati nihil sit quàm multitudo magis contrarium.

83. Post participationis diffinitionem, hæc in vsu Philippus esse docet. *Participatio (inquit) quæ fit in usu.* Hoc equidem non ægrè illi assentior, scio enim esu inter nos fieri de Christi corpore participationem, eamque non

non verè fieri posse, nisi reuerà carnem Christi ore manducemus. Sed si propterea Philippus doceat è pane corpus Domini non fieri, nisi quum de eo fit communio, vt in manducatione, & ab ipsa fit ac consistat corporis effectio, iudicium suum fallit grauter. Nam verbo Domini, corpus efficitur, antequàm comedatur, nec futura esse potest corporis participatio, nisi huic corporis effectio auerterit. Igitur consecrationis actione, verboque Dei fit corpus: Deinde huius manducatione fit participatio, vt in vsu existere secundum Philippum dici possit.

Addit Philippus: *Et quidem non sine cogitatione, ut quum mures panem rodunt, acerrimè pugnat Papistæ et eorum similes, ut dicatur corpus Christi extra sumptionem inclusum sub panis specie, aut panis, & postulant adorationem.*

84. Si Philippi iudicio, panis quem post benedictionem frangimus est corporis participatio, id est, ea res è qua fit cum corpore Christi consociatio: & fateatur de Christi corpore fieri participationem, non de pane, corporis figura, cur diffiteretur corpus Domini sub panis specie contineri, & adorandum esse?

85. Insuper ex his, quæ à nobis suprâ sunt

DE COENAE

demonstrata, ostendi potest, extra sumptionem speciebus panis corpus Domini latere, quia adhibito verbo ante manducationem effectum corpus esse certum est: nisi dicatur verbum Domini transire, & apud Deum esse verbum impossibile.

86. At si à Philippistis hæc Ecclesiæ sententia damnatur, indicent è quibus scripturis hunc reconditum thesaurũ effoderint, summationem efficere ac operari, vt sub speciebus sumatur Christus, qui pòst euanescat, quiq; ante summationem aberat longissimè.

87. Vt ad ea respondeam quæ de muribus iocatur Philippus, à quibus rodatur panis, non inficior panis accidentia in Eucharistia à vermibus, muribus, canibusq; rodi & māducari, sed an ipsa Eucharistia, id est, opus Dei ac corporis substantia sub panis specie latens rodatur, Guimundus aduersus Berengarium doctissimè disputauit.

88. Quia verò in hanc pugnam nos contentionis æstus detulit, non me pigebit meã de erosione dubitationem explicare: & vt minori labore Philippi tela declinemus, Mannæ Mosãici armatus miraculo in aciem prodibo, sperans vbi mihi à Philippistis fuerit satisfactum, solutionis huius quæstionis me rectã ratio.

rationem in<sup>st</sup>urum.

89. Certum est sub niuis specie Deum Hebræis panem pluuisse, qui tempore collectus eos verè nutrebat, relictus verò & neglectus incalescente sole liquecebat. Quæro ergo à Philippistis, an hæc quæ supererat substantia diuersa ab ea esset, quam Hebræi comederent, vt altera panis esset substantia, sub niuis accidentibus, altera niuis esset proprijs contenta accidentibus? Si vnam esse eandemque vtrâq; substantiam, secundum Dei verbû nõ inficientur; quomodo ad solem liquecebat panis substantia, quæ sua natura obdurecat? Hoc testimonij loco sumi potest, sola niuis accidētia, non etiam panis naturam, liquefacta fuisse. Si diuersas fuisse substantias Philippistæ existiment, dicant cur Manna diuino præcepto vna in posterum sabbati diem asseruatum non scateret vermibus, quum illud quod contra verbum custoditum fuerat statim putresceret? Si diuersæ erant substantiæ, quare Manna vno nomine à Mose panis vocabatur?

90. Hæc Hebræis in earum rerû figura contingebant, quas nobis esset veritas præstatura: Nam & auctore Christo Manna Euchari-  
stix nostræ vmbra fuit. Si ergo sola vmbra

DE COENAE

accidentia, non etiam ipsa substantia, lique-  
cebant, ac vermibus erodebantur, cur non  
sine corporis diuini substantia erodi accidē-  
tia panis fatebitur Philippus? Si Manna in  
testimonium præfinito tempore asseruatum  
perseuerabat integrum, cur Eucharistia in  
eorum qui vita excedunt custodita viaticū  
Philippo suspecta est? Si Manna ante sumpti-  
onem, nutrimenti facultate præditum erat,  
cur ante sumptionem, diuinam substantiam  
panis tegi speciebus inficiatur, uti panis sub-  
stantia ante sumptionem niuis specie conte-  
gebatur? In re simili idem debet esse iudiciū.  
91. A murium contemplatione Philippus  
se promouet in quæstionem ex aula quadam  
sibi propositam: An Eucharistia, id est, cor-  
pus Domini descendat in vētrem? quam ceu  
prodigiosam quæstionem negligit. Ego ve-  
rò ut hanc absoluum, sciscitabor: An panis,  
sub niuis specie in Hebræorum vētrem de-  
scenderit? hoc enim cibi Dominici certissi-  
mum est testimonium ac exemplum, exce-  
pto quòd in hominis substantiam conuerte-  
batur Manna, Christi rerò caro hominem  
in se conuertit, id est, immortalem facit.

Subiungit: *Talibus prodigiosis quæstionibus re-  
lectis utilius est retineri formam uerborum Pauli, &  
de*

*de fructu Cœne doceri homines.*

92. Rectum sanè consilium est de forma verborum Pauli retinenda: vt post verbum Domini, qui frangitur panis, & poculum benedictionis ea res sint, cuius vsu nostra sit cū Christi corpore communicatio, si manducauerimus ac biberimus.

93 De fructu verò tum docebimur, quum intelligemus sanguine Christi à nobis sub velamēto carnis potato, iniciatam esse viam à Domino nouam, ac viuentem, in sanctorum introitum vitamque, id est, in corporis diuini participationem, vt natura mortis quam Adami vitio nostręquæ voluntatis deprauatione post Baptismum contraximus, ac induimus, contactu diuinæ carnis absorbeatur, vtque eo modo benedictionem vitamque per fructum vitæ recuperemus, quo maledictionem per fructum vitæ manducauit Adamus, quam rem esu vitæ, id est, carnis via consequi nos docet Paulus epi. ad Hebr. 10. cap. & Cyprianus in Cœna.

94. Extrahit Philippus doctrinam suam his verbis: *Adest filius Dei in ministerio Euangelij, & ibi certò est efficax in credentibus.* Non bene compertum habeo, quid ministerij nomine Philippus cõplectatur, an eodem gra-



DE COENAE

tiæ loco Euangelij prædicationē locet, quo diuini corporis participationem: vt secundum Caluini imaginationem, non maiores fructus è sacrificij cōuiuio percipiamus, quā ex passionis narratione, verbiq̄ue ministerio: si nos in eam opinionem vult inducere, appello locos huius communes in quibus de Cœna differens, pro Cyrilli ac Hilarij sententiā acerrimè propugnat, non efficaciter solū è sacramēto sumi corpus Domini, sed in substantia & participatione naturali: quo dogmate hanc contrariam doctrinam proteram ac coficiam.

Deinde: Sicut (inquit) dicit Dominus, manete in me & ego in uobis, & ego sum in Patre meo, & uos in me & ego in uobis, in his consolationibus facit nos sibi membra, & testatur se corpora nostra uiuificaturum.

95. Hic agnosco Philippum figmentis Caluiniānis imbutum, tactuq̄ue picis illius animum contaminatum esse: Exponant autem qui hac opinione affecti sunt & laborāt, quo scripturæ loco didicerint, eis, quas enarrat Philippus consolationibus, se fieri membra Domini, os ex eius ossibus, vnumq̄ue reuerà corpus, sicut is & Pater vnum sunt? Scriptum est: Sicut misit me viuens Pater, & ego per Patrem

Patrem uiuo: sic qui me manducat, uiuet per me. Viuit ille per Patrem, non consolatione aut solo consensu tenus, sed vera substantiarum vnitate: sic ergo non consolatione aut fide sola, sed vera & naturali participatione eius manducantes carnem in eo uiuimus, si ita naturaliter manducemus, ac reuera & corporaliter, ut à Patre missus est. Item quum Philippus docet in Christo manendum, mansionis modum non indicauit, soli fidei cum Caluino uidetur mansionis ratione tribuere. At Christus ea de re docens, manducationis meminit. Qui (inquit) manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo. Non dixit, qui credit, quauis ab esu fidem non repellat, ne vita pereat manducata, uti paulò superius dixerat: operamini non cibum qui perit, sed qui manet in uitam æternam: deinde, opus fidei est ut credatis. Cibus enim vitæ sine fide manducatus, non manet in uitam æternam, sed perit. Sic ergo non facit fides ut caro vitæ manducetur, sed ut manducata non pereat: quamobrem absque manducatione fieri mansio non uideatur, uti docuit Dominus dicens: Nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinem meum, non habebitis uitam in uobis.

DE COENAE

bis, Manducatione ergo fit, vt habeatur vita, fidei opere vt retineatur & non pereat. Chrysoftomus & veteres qui hunc locum explanarunt, dixerunt omninò necessariam esse carnis manducationem, non animæ soli, sicut somniauit Calvinus Philosophus, sed ei hominis parti, cui à corruptione restitutio promissa est, auctore Christo dicente: Qui manducat carnem meam, & bibit meum sanguinem, habet vitam, & ego suscitabo eum in nouissimo die. Is ergo vitam habet, qui manducat, & qui manducat à morte exsuscitabitur: non igitur anima manducat, sed caro quæ interitū patitur, vi vitæ, id est, carnis manducatae resurrectione. Mirari non desino, quomodo ex Philippi memoria, Cyrilli & Hilarij aduersus Arianum disputatio effluerit, probatum vsu solo sacramenti nostram cum Christo copulationem fieri: esseque hoc mysterium nobis non Patribus reuelatum, vt gentes essent cohæredes, concorporales, & participes promissionis Dei.

☞ p̄he. 3. ca.

92. Philippus, Sic (tandem inquit) declarant ueteres Coenam Domini.

At non sic uti exponit captus Caluini Philosophi sophismatibus, sed uti Chrysoftomus, Hilarius ac Cyrillus attestantur, sextum

tum Ioannis caput explicantes, quos, antequàm Philippus iam senex Calviniana disciplina se deprauaret, honore summo prosequeretur, ac obnixè obseruabat.

93 His à Philippo ostensis ipse nos ad cothurnos applicat dicens: *Sed hanc ueram ac simplicem doctrinam de fructu nominant quidam cothurnos, & postulant dici an sit in pane corpus, aut sub speciebus panis.*

94 In pane corpus esse, uerbum Domini, Hoc est corpus meum, prohibet. Nam secundum uerbum Domini, in memoriam incarnationis fieri miraculū oportuit, ut sub aliena specie lateret diuina caro, uti sub carnis peccati specie, formaque serui, Deus omnipotens latebat in terris. Deinde non solum corporis sui meminit, sed addidit: Quod pro uobis datur: At falsum esset hoc uerbum, si in pane esset hoc corpus, panis enim in cruce pro nobis non pependit, sed caro quæ ex Virginis est substantia. Hanc ipsam ergo sub specie latere necesse est, ut corpus pro nobis sacrificatum manducemus, ut sacrificij fiamus *Heb. ca. 10.* participes. Nam qui hostias edunt, soli sunt altaris participes.

Philippus subiungit: *Quasi uerò sacramentum propter panem, & illam Papisticam adora-*

*adorationem institutum sit.*

96. Certum est propter Papisticam adorationem sacramentum institutum non fuisse: nam & citra sacramentum, & seorsum ab eo etiam Christi corpus adoratur, sed propter eam, quam exposuimus, vtilitatem: ob corporis verò præsentiam, adoratio nobis in sacramento præscripta est.

Sequitur: *Fingunt quomodo includant pani, alij conuersionem, alij transubstantiationem, alij ubiqueitatem excogitarunt. Hæc portentosa ignota sunt erudite uetustati.*

97. Præter transubstantiationis miraculū, illa omnia uetustati ignota esse fateor: sed si Philippus doctrinam suam de Pauli sententia intelligeret, dicens poculum quod benedicimus esse sanguinis communicationem, id est, id de quo futura est benedictionis & fractionis opus & communicatio: necessariò sub vini specie diuinum sanguinem effusum in peccatorum remissionem latere fateretur, quoniam de sanguine, non de vino, nostra est cū Chrsti corpore cōmunicatio.

Tandem: *Negat (inquit) Heshusius se assentiri Origeni, qui nominat uinum & panem symbola: reijcit contumeliosè Clementem Alexandrinum: pronuntiabit eodem modo de Augustino, Ambrosio,*

brofio, Profpere, Dionyfio, Tertulliano, Ba-  
filio, Nazianzeno qui nominat antitypon corporis.

98. Si Origenes dixiffet poft confecrationē  
Euchariftiam non effe corpus Domini, fed  
fymbolum folum, meritò ab Eccleſiā fuiſſet  
expellendus, & non abſq; ratione ab eo diſ-  
ſentit Heſhufius: Reliqui omnes quos enu-  
merat Philippus, non eius, fed noſtram religi-  
onem totis viribus tutantur, vt ex Io. Gare-  
tio qui eorum collegit testimonia videre li-  
cet. De antitypo Baſilius nonum Prouerbio, 2. Synodi  
rum caput explanans, vt recitat Epiphanius *Nicenzē ſe-*  
*aduerſus Gregorium Neocæſarienſem, affir- ſione 6.*  
mat panem ante confecrationem eſſe antity-  
pon, poſt eam corpus eſſe Domini. Sic & ſym-  
bolum ante confecrationem, ſignumque &  
figuram dici poſſe concedo.

99. Ne perturbentur animo qui Philippi in  
dicio Euchariftiam ab antiquis figuræ nomi-  
ne appellatam eſſe legant, exponam quæ ſal-  
ua noſtra religione hæc ab eis ita potuerit  
nuncupari. Id ſanè rectè fit, quum ad Eccle-  
ſiam, non ad redemptionis ſubſtantiam cor-  
poris nomen ſpectare conſideratur. Huius  
enim vniuerſitas Eccleſiæ corpus eſt Chriſti  
indiuiduum, ſicut Euchariftia, etſi vniuer-  
ſitatis ſingulæ partes ſub aſpectum venire  
poſſunt:

## DE COENAE

possunt: id enim singulos esse Christianos, id est, integrum Christi corpus immortale (quorum caput est Christus) testatur scriptura, quod ipsa sit vniuersitas. Scriptum est: Esuriui, dedistis mihi manducare: in mendico ergo abiecto & humili integrum Christi corpus eleemosinæ afficitur beneficio. De vniuersitate Paulus attestatur dicens: Et adimpleo ea quæ defunt passionum Domini in carne mea, pro corpore eius quod est Ecclesia. Itē: viri caput est Christus. Similiter: Ipse est caput corporis Ecclesiæ. Huius ergo indiuidui corporis exemplum, antitypon & figura Eucharistia esse potest quatenus singulæ partes id ipsum sunt, quod integrum corpus ante fractionem. Qui aliorum figuræ nomine Eucharistiam afficiet, in maximas incurrat blasphemias necesse est, vti libro à nobis aduersus Calvinum edito docuimus. Sed ne quid à nobis desideretur ampliùs, ad reliqua Pauli verba me conferā, vt ex eius sententiā, nostrę religionis veritas approbetur.

100. Quia vnus panis multi sumus, omnes quidem de vno pane participamus: Hinc potest intelligi, vt nisi multi vnum simus, non possimus de vno pane participare. Vt liqueat quid hac de sententia statuamus, adhibita diligenti

diligentia dispiciendum est, quis sit vnus panis, de quo participemus, & quomodò multi numero vnum reuerà esse possint: Nam vtrunque necessariò Pauli doctrina completitur, & plures esse numero, & eos reuerà vnum esse panem.

101. Vnum est communi definitione, quod citra vnitatis iniuriam secari ac diuidi non possit. Si enim vnum discinditur, ab vnitatem in eas partes descenditur, quarum constabit dissectio: nec integrum vnumque esse potest, quod sectionem patitur. Præterea multi in vnitatem non coibunt, nisi esse multi defuerint: vnde omnium mirabilissima hæc Pauli propositio esse mihi visa est. Euenire enim necessariò iudicavi, si multi numero vnus efficiantur panis, vt multa corpora in eam ipsam vnitatem reuerà coëant, de qua quisque participauerit: quod naturæ viribus præstari non posse cognoscitur. Nam si ad vnitatem multi redigantur, & in vnum reuerà conueniant, hi esse multi necessariò desinunt: tamen non huc spectare Pauli doctrinam manifestum est, vt si plures vnus panis effecti sint, plures esse desinant: Is enim inquit: Quoniam multi vnus panis vnum corpus sumus, omnes quidem de vno pane participi-



participamus: simul ergo & multi sumus, & vnus panis.

De uno, respondent Calvinistæ, pane multi participamus, sed qui in tot frangi possit particulas, quot adfuerint cōmunicantes: quia uerò ab uno panis corpore abscissas particulas multorum quisq; in unā fidem animumq; capit, illi omnes & de uno pane participare, & multi unā esse uoluntate, consensuq; dici possunt.

102. Sed ne in hoc commento iudiciū meū quiesceret, præter Pauli auctoritatem me uertit vnitatis definitio. Nam quamuis quam quisque sumit particulam ab vno panis corpore decerpta sit, non obstat tamen quò minus plurima fiant corpora, è pluribus panis particulis: non fit enim dissectio salua panis vnitate, nam vna pars nec panis integer, nec huic æqualis esse potest: Quoniam necessariò totum sua parte maius est.

103 Item quamuis in vnā uoluntatem, fidem, animiq; intentionem partes omnes panis uniuersè comedant multi, hoc tamen illis est impedimēto ne ipsi vnus esse possint, quòd si panis efficiantur, necesse est vnum eos esse, non consensu solū ac uoluntate, & spiritu, sed & corpore, quia panis est corpus materia consistens, non spiritu.

104. Prætereà tali vnitate eos vnum esse oporteret, quali consistat panis eorum vnitas, vt distantes, naturaque & magnitudine discretæ inter se essent particulæ, totumq; corpus sua esset parte maius. Hoc autem in Ecclesiæ vniuersitate ac membris discrimen nõ recipitur; nam, vti suprà exposuimus, non maius est corpus vniuersitas, quàm sit huius minimum membrum.

105. Est insuper animaduertendum, ventriculi officio in chymum mutari panem, deinde in carnem manducantis: vt ipse manducãs non possit esse panis manducatus, sed potiùs panis ille in corpus eius, contra Pauli sententiam, euaderet. Denique secundum scripturas, nos vnum carne cum Christo fieri corpus necesse est, vti vnum is est cum Patre, deitatis essentia: & vti Eua & Adamus vna sunt caro, ac vti ex pluribus granis, vnus efficitur panis, reali substantiarum mixtura, quæ res à spirituali illa Calviniana communione nos abducit.

106. His difficultatibus à Pauli de Panis vnitate, sententia repulsi, videamus quomodo salua vnitate multi numero, re & corpore, vnus simus panis, de vno pane participantes. Hoc sanè mente consequi non potest, qui

ab Ecclesiæ doctrina se subduxerit, & crediderit non manducari Christi corpus sub panis specie, sed panis substantiam. Nullus enim panis præter Eucharistiam (quæ veritatis est corpus) ostendi potest, qui vnitatem saluam in plures frangi possit partes, quarum extrema quantulacunque fuerit id sit, quod totus est panis. Nam diuidi non potest corpus Domini, nec dici potest Eucharistia tota esse sua parte maior: sed, ut ait Guimundus in Berengarium, omnes particule simul iunctæ, id ipsum singulæ totum Christi corpus separatæ sunt, nec vna portio maior esse creditur, quam illud quod ante fractionem erat integrum.

107. Sic ergo vnus sumit quod omnes simul accumbentes, & omnes vniuersè quod singuli. Item inter eam quam comedis particulam, eamque quam in Cœna comedit Christus, quasque simul omnes & singuli manducarunt Apostoli, nullam differentiam temporis interuallum intermittit: Vi enim æterni viuentisque verbi in id ipsum hodie mutatur panis, quod tum manducabat ac offerebat Dominus: nostraque mensa, sacrificijque cœnium vbi vbi à nobis celebretur, vnum & idem ipsum est cum eo, quod à Christo tum perficiebatur. Vide an de panis natura id dici

ci possit, vt is qui hodie manducatur, ille sit, qui superioribus diebus comederetur, eaq; quam sumit vnus, particula vna cum ea eademque sit, quam sigillatim reliqui comedant: si non eadem sit, quomodo vnus esse panis dici possit?

108. De panis vnitatem docuimus, superest ergo vt de multorum vnitatem differamus. Ostendimus panem Melanchthonis & Caluini, in eorum mutari carnes qui manducant: vt potius contra Paulum panis manducatus multa sint communicantium corpora, quam plures communicantes vnus panis esse possit. At Ecclesie religio in Pauli sententiam vel nolentem rapit, vt fateri cogatur, vniuersitatem Ecclesie corpus esse Domini: credatque singulos quosque fideles id esse, quod ipsa sit vniuersitas, auctore Domino dicente, Quod vni ex minimis istis feceritis, mihi fecistis. Hic video minimam Ecclesie, particulam ita corpus esse Christi, atque ipsa sit vniuersitas. Hoc autem vnius panis beneficio obuenire docet Apostolus: nam multi de vno pane participantes, & multi sunt numero, & reuera vnus panis. Hoc vero, vt ait Paulus, magnum est mysterium in Christo & Ecclesia, & supra humanam captum rationis: ta-

men quò ad eius facere potero, paucis efferā  
quid de eo veterū lectione sim consecutus.

Caro nostra à natura sua corruptioni est  
obnoxia: diuina verò caro corruptione nec  
affici potuit, nec eam videre. Nec ergo sub pa-  
nis specie verè manducata, in nostram cor-  
ruptionem conuerti, aut vitio nostro tabe-  
scere non potest: sed sumpta non indignè in  
nostram naturam vim suam exequitur, vt  
hanc à corruptione ad incorruptionem ven-  
dicet, & mortalitatem absorbens arrigat ac  
viuificet. Qui (inquit Dominus) meam car-  
nem edit, habet vitam. Si is vitam habet, mor-  
tē habere desinit, eque mortali carne vitalis ef-  
fecta est, & à corruptione obnoxia in nō cor-  
ruptibile, id est, in Christi carnem cōuersa est  
verè, naturaliter, ac corporaliter, id est, parti-  
cipatione reque naturali & corporea, non  
modo corporeo, vt Hilarij & Cyrilli verbis  
vtar. Huius rei testis nobis est Irenæus. Quo-  
modo (inquit) carnem nostram dicunt in cor-  
ruptionem deuenire & non percipere vitam,  
quæ corpore & sanguine Christi nutritur?  
Nos ergo in corpus Christi, id est, in nō cor-  
ruptibile, ac immortale conuersi corpus, in  
eo sigillatim vnum sumus, & vniuersè: om-  
nes enim æterni æque sumus facti vna Ver-  
bi

bi incarnati æternitate, tam sigillatim quàm vniuersè, ne plures æternitates aut vitæ inducantur, ac imaginatione concipiantur: etsi plures æternæ personæ fuerimus. quæ enim cibum vitæ sumpsit vnus, eundè ipsum sumpsit vniuersitas, & in quod mutatus est vnus vi vnica & indiuiduæ viuæ carnis mauducata, vniuersitas ipsa conuersa est: vt meritò secundū Paulum dici possit, Quia de vno pane multi participamus, omnes vnus panis sum⁹.

109. Qui planè in hac nostra sententia non acquiescit, omnè adimet sibi dubitationem, expendens animo quid Paulus doceat bis vnum panem memorando: Quia ( inquit ) multi vnus panis sumus, omnes de vno pane participamus. Quæro à Philippistis, an qui sumus panis, is vnus sit specie ac natura discretus ab eo, de quo nostra est participatio? an verò vnus duntaxat sit panis à Paulo memoratus? Si diuersi non sunt, sed vnus idem re ac numero solus, is vel caro Christi est vnica, & indiuidua vitæ substantia, de qua sub panis specie participamus, vt in eam ipsã viuam carnem immutemur: vel si panis est triticeus, ac in eum transeamus, caro esse desinimus vt panis efficiamur sub carnis accidentibus. Si verò duos diuersosque panes exi-

ftere defendant Philippistæ, nosque horum  
 alterum significauerimus, quis ille esse po-  
 test, quem significamus? Si eum illum quem  
 comedimus esse dixerint, quia non sumus  
 panis, sed vnus figura, nõ esse poterunt duo  
 panes, sed vnus ille qui à nobis significatur.  
 Si alium quempiam existere somniauerint  
 nosque vnus priuatim ab altero separatus fu-  
 erimus, falsa est Pauli sententia, non sumus  
 vnus panis, quia de vno participamus, ille em̄  
 non erimus: indicent ergo vbi, & quis ille sit?  
 110. Prætereà eum quem manducamus, vnũ  
 dici non posse, si figura sit Christi corporis  
 & non ipsa veritas, ex his quæ suprà demon-  
 strauimus, patefactum est: non enim sectio-  
 nem patitur vnitas. At panis Philippicus tri-  
 ticeus in tot partes toti inæquales inciditur,  
 quot adfuerint participantes, vt totidem nu-  
 mero panes quot particulæ non vnus dici  
 possit. Quare si Paulinæ sententiæ locum re-  
 linquamus, necesse est vt vnicus omnino sit  
 panis vnus, non duo: atq; inter eum de quo  
 fit participatio, eumque in quem transimus  
 participatione, nulla intersit differentia: sed  
 secundum Apostoli sententiam, plures id-  
 ipsum efficiantur quod sumunt, panisq; que  
 frangimus panis non sit post verbum Domi-  
 ni

ni ad mutationem adhibitum: sed verū Chri-  
sti corpus, nisi quantum panis effigiem & ac-  
cidentia retineat. Qua ex re transubstantiati-  
onis Paulum testem esse iudicavi.

III. Paulus tandem exemplo calicis dæmo-  
niorum, Hostiarumque manducatione nos  
arcet à figuræ contemplatione: Videte (in-  
quit) Israël secundum carnem, nunquid qui Heb. c. 10.  
Hostias edunt participes sunt Altaris? Hæc  
autem ineptissima esset comparatio, nisi se-  
cundum carnem & spiritum ita manducan-  
do essemus corporis Domini participes, at-  
que Israëlitæ secundum carnem & spiritum  
Hostias manducando altaris erant partici-  
pes. Omnis enim comparatio assumitur, vt  
secundum exemplum propositum, rem de  
qua agitur assequamur. Hostia ergo vel se-  
cundum carnem vtraque esse debet, non fi-  
gura: alioqui ab esse ad non esse, similitudo  
duceretur.

III. Huic sententiæ subiecta verba omnem  
tollunt dubitationem: Non potestis calicem  
Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Si  
secundum carnem symbolicus est calix Do-  
minicus ac symbolicè bibitur, reuerà autem  
Altaris est participatio, bibiturque calix dæ-  
moniorum, nulla (vel à stultissimo) fieri po-



tuit magis inepta comparatio. Item, Non potestis esse mensæ Domini participes & mensæ dæmoniorum. Si nullam secundum carnē habeat mensam Dominus, dæmones autem & mensam habeant & altare, quorsum hæc à Paulo participationis mensæ memoria celebrata est? Sed si hac in re, mensæ ad mensam nulla sit dissimilitudo, nec calicis ad calicem differentia interesse potest. Si ergo (vt ad propositum redeat oratio) calix Domini figura sit, non veritatis corpus: mensaq; non sit altare: dæmoniorum calix figura quoque erat, non poculum: mensaque non altare, sed altaris figura à Paulo dici debuit: atque Hostiæ manducatio non erat altaris participatio, sed huius rei figura, dicenda.

In hoc argumentum, fidemq; transubstantiationis huc adhuc adijci multa possunt, sed quia libro nostro aduersus Calvinum huic negotio satisfacimus, ne repetitione sim molestus, eam rem non teram pluribus verbis.

## NECESSARIAM ESSE DIVINI

*corporis manducationem ad uitam recupera-*  
*perandam his qui post Baptismum*  
*uoluntariè peccauerunt.*



Aluiniſtis ſcrupulum inieci  
 dicens, vnus panis manduca-  
 tionem nos in vnum panem re-  
 digi. Illi animo conceperūt  
 me docere, niſi manducatio  
 adhibita ſit, non poſſe quen-  
 quam in corpus Chriſti adſcribi ac inferi, hiſ  
 que dictis Baptiſmo ſuam vim & dignitatem  
 eripi, negarique (quia de vno pane in Baptiſ-  
 mo non participamus ſicut in Cœna) illic nõ  
 verè nos effici corpus Domini. Illi ex ſuo in-  
 genio, arteque ſua, de me iudicium fecerunt,  
 qui ſolent ab affirmatiua propoſitione, ne-  
 ceſſariam negationis conſequentiam elicere.  
 Non ſum ab Apoſtoli verbis digreſſus: dixi  
 quia multi vnus panis ſumus, omnes quidem  
 de vno pane participamus: Poteram tamen &  
 dicere, quia de vno pane participamus, multi  
 vnus panis, vnum corpus ſumus: hoc enim re-  
 uerà effici-mur māducatione, ſed quia Baptiſ-  
 mo vnum cum Chriſto ſunt infantes, hūc ſua  
 exuere dignitate nolui. Prætereà non me la-

ter, neminem posse ad corporis participationem admitti, qui non fuerit per lauacrum in Ecclesiam insitus, quiq̄ue Christum non induerit. Sed non eadem via ad sancta, id est, ad corporis diuini participationem in Coena atq; in Baptismo patet aditus. Nam postquam à corporis vnitatem post Baptismum nos reuulsi iniquitas, vt filij diaboli fiamus, membraque meretricis, mea sententia est, vt ad vniionem nostram veuerà sarciendam, necessariò corporis diuini manducationem sanguinisq̄ue potum sub carnis velamento insumamus, quamuis in Baptismo, sola sordium depositione, per lauacrum in mortem, Christum induamus, caroq̄ue huius efficiamur, facti (vt inquit Apostolus) mortis eius similitudini complantati. Quia huc nos perduxit oratio, non me pigebit hanc rem pluribus explicare.

Certum est carnem nostram à Christi carnis substantia, sola culpa mortisq̄ue natura differre: ille enim secundum carnem ab Adamo duxit originem. Sublato ergo vitio, quo nobis intercedit cum eius carne differentia, superest nihil quominus vna cum eo caro simus, sicut Eua & Adamus vnum sunt. Hoc autem vitium, putà peccatum originis, Baptismo

ptismo deleri docet Ecclesia, ex quo intelligimus carnem nostram integritati plasmationis suæ restitui, vt si in eo maneremus, quod accepimus, non esset nobis carnis manducatio ad vnitatem recuperandam necessaria, vti Ecclesiæ iudicio docemur, quæ hac ætate infantes, antequàm peccati conscientiam habuerint, ad manducationis necessitatē non adigit.

Huius rei Adamus exemplum esse potest: hic manu Dei creatus, adque huius imaginem & similitudinem factus, ea erat integritate ac felicitate præditus vt si liberratis arbitrio abusus non fuisset, æternitatis gloria potiri potuisset. Sed peccando ea excidit gratia, caroque huius, quàmuis (quantùm ad essentia proprietatem attineat) mutata non fit, nec perierit, vitium tamen contraxit, & maledictione, ab æternitatis capace incorruptioni obnoxiam trāsiiuit: vt qui erat ad imaginem & similitudinem Dei creatus, ab his bonis, in filium mortis (seruata tamen carnis proprietate) defiuerit. Si ergo paulò post accidisset, vt ea qualitas, quæ dissimilitudine carnem afficiebat, fuisset adempta, nunquid is ad primigeniam carnem ad plasmationis naturam reuertebatur? Nam, vt diximus, carni  
de

D E C O E N A E

de proprietate substantiæ nihil deperierat sed sola qualitas huic exciderat. Hoc verò restitutionis beneficium per Baptismum in mortem Domini, his qui originis peccato laborant, tribui non ignoro, eosque à peccato mundatos cum Christo vnum per Dei gratiam corpus effici.

At, qui post eam gratiam, exemplo patris Adami, voluntatis abutuntur arbitrio, ex corporis diuini compagine, carnisque integritate, ad mortis substantiam relabuntur. Quumque Baptismus (quem cum testamenti sanguine sponte polluere in animum induxerint) non reiteretur, nulla amplius hostia pro peccatis, nullaque huius spes ad vitam relinquatur: sed terribilis expectatio iudicij quæ consumptura est aduersarios. Huius sententiæ copiam mihi suggessit Cyprianus his verbis hac de re differens.

Præteritis lotis, vita deinceps arbitrio est proprio ducenda, ita tamen vt actualibus aliquando recrudescentibus, iam non imputentur originalia, nec propter illa damnationi obnoxius sit, cui semel in Baptismo sunt indulta; in originalibus enim corruptio nature abijci & exterminari meruerat. Sed quia non erat voluntas in culpa, prouidit  
Deus

Deus generali damnationi remedium, & suę sententiam iustitię temperauit, hæreditariũ onus à sobole remouens, & misericorditer ablutione & vnctione medicinali fermentum primitiũ corruptionis expurgans. Sed in eos qui post indultam huius gratiam volũtarij per peccata euagati sunt, qui proprio abutuntur arbitrio, & voluntate non necessitate ducuntur, indignatio & ira non immeritò redit, nec in morte Christi aliquis eis superest quæstus, sed iustissimè eos contempta beneficia condemnant. Hęc Cyprianus.

Quum ita habeat, vt contempta ac conculcata gratia, peccatores intereat, quis eos à corpore mortis renouabit? quis operi Dei manum admouebit, vt mortuum ad vitam exuscitet? num benedictio & Dei gratia per Iesum Christum? Nam huius futuri sumus filij & opus, cuius beneficio ac viribus, vitę restituimur. Itaque sicut verbo Dei creatus fuit Adamus, & proinde per verbum fuit Dei filius, & hic mortuus, solo verbo, vitę restitui potuit: nos quoque nostra malitia post sacramentorum beneficium perdit, per solam verbi benedictionem & gratiam restitui poterimus, vt eum, à quo cœpimus, patrẽ habeamus.

Eam

DE COENAE

Eam ob rem de remedio sapientiæ suæ cõ-  
 gruenti nobis prospexit misericors Domi-  
 nus, pœnitentiæ subsidium nobis reliquit, cu-  
 ius officio polluta sacramenta nobis prodesse  
 possent, essetque nobis ad vitam reditus,  
 via lauacri noui, id est, sanguinis, verbo be-  
 nedictionis effecti, quam viam initiauit no-  
 bis nouam per carnem suam, quæ quidem  
 caro à nobis manducata copiam sanguinis a-  
 nimam corpusque perfectè lauantis, ac iterù  
 Baptizantis suppeditat; nec enim potest qua-  
 litas & natura mortis reuerà nostræ inharès  
 & infixæ carni, post instituta sacramenta alia  
 via, quàm vitæ vera manducatione, ac san-  
 guinis sacrificij nostri aspersione repelli ac  
 lauari: quia, teste Paulo, sine sanguine non  
 fit remissio eorum præcipuè, quæ propriis  
 a malitiâ commisimus, sicut peccauit Ada-  
 mus pater, cuius casus ac resurrectio, nostræ  
 viuificationis exemplum est certissimum.  
 Hic enim quia manducatione fructus vetiti  
 in mortis maledictionem coniectus est, & à  
 gratia excidit æternitatis, non potuit nisi si-  
 mili fructus benedicti mâducatione p Chri-  
 stum vicem eius præstantem, vitæ ac gratiæ  
 restitui: nam tum eius personã gerebat Chri-  
 stus, cùm manducauit, mox passurus in illius  
 redem-

Heb. c. 9.

redemptionem.

Cyprianus in hac fuit sententia, dicens: Ipse enim & panis, & caro, & sanguis, idem cibus, substantia, & vita factus est Ecclesiæ, quam corpus suum appellat, dans ei participationem, & nos quidem quum caro simus & sanguis, infirma corporis animæque natura reformari non poteramus, neque ad Dei similitudinem reuerti, nisi morbo inueterato imponeretur malagma conueniens, & in curatione desperatæ infirmitatis contraria remouerentur contrarijs, & similia similibus conuenirent.

Potum sanguinis Baptismum esse, probat Moses dicens: Lauabit in vino stolam suam, *Gen. 49* & in vix sanguine amictum suum: carnem amictus nomine nuncupans. Aspersus ergo vini sub specie, ac lauatus fuit Dominus in Cœna sanguine, qui erat postridie ex eius latere diffluxurus, quem cum Apostolis bibit, illi quoq; eo calice Baptizati fuerunt in remissionem peccatorum potato.

Qui volet pluribus doceri, an potus sanguinis Domini sit ad fidelium potatus asperisionem, legat Chrysostomum, nonum caput ad Hebræos explananté, & Cyprianû sermone de unctione Chrismatis in hæc verba.

Di



Diuina electio statuit sacerdotes, quibus calicem sanguinis sui mox inexhaustæ plenitudinis abundantia refertum, & erogandum tradidit cuius aspersione & communionem, intus & extrâ corda & corpora mundarentur.

*Sermone  
de Cœna.*

Alio loco medicamentum simul & holocaustum ad sanandas infirmitates, & purgandas iniquitates, vocat corpus & sanguinem Domini.

Philippistæ hoc poculum ac lauacrum nobis ad peccatorum remissionem vitamque necessarium inficiantur, quod credant, sola fide in passionis merito se mundari, & de Christi corpore participare. Sed sacramentorum rationem non satis mihi videntur habere perspectam. Non sola fide aut pœnitentia lauatur vniturque Christo catechumenus, sed ad fidem & pœnitentiam aquæ Baptismus, verbi que Dei gustus, id est, manducatio ea necessitate adiungitur, vt eo neglecto, cû pœnitentia coniuncta fides, ad salutem procedere nõ possit. Verbo enim Dei ac lauacro, non fidei præstantiæ, aut pœnitentiæ tribui debet regeneratio ac renouatio.

Sic qui postquam fuerint illuminati, gustauerint etiam donum cœleste, & participes facti sint Spiritus sancti, gustauerint nihilominus

minus bonū Dei verbum, & virtutes vēturi seculi, prolapsi sunt: impossibile esse mihi videtur, vt per fidem ac pœnitentiam renouentur, nisi carnis diuinæ manducatione sanguinisque potu, pœnitentiam fidemque cumlauerint, ea via, quam sub carnis velamento, nobis initiauit Dominus ad vitam, & sanctorum introitum. Huc pertinere mihi videtur carbo ignitus, quem labris suis inhærentem vidit Isaias: quem carbonem Iustinus Martyr & vetusti Ecclesiæ scriptores vmbra Eucharistiæ fuisse tradiderunt: quòd Eucharistia plena Spiritu sancto, nos à peccatis ac corruptione purget, ac liberet, vt ignis, rem cui adhæreat, purgare possit.

*Quest.*  
44. à gē  
tibus pro  
posita.

Quò (inquiunt) preces, quas tanta animi contentione funditis vt debita vestra dimittat Deus, pertinere dixeritis, quòd eleemosynæ vestræ, quas peccatum extinguere statuitis, quòue pœnitentia vestra spectabit & ieiunium? Denique cur vteris potestate clauium, si te à peccatis purgat Eucharistia? Cūrue sacrificium propiciatorium ad eam potestatem, vt tibi sit Deus propitius adiungi tuo iudicio oportebit, num te putas peccatorum remissionem & munditiam, confessionis sacramento consequi, vbi Ministri vo-

H cem

DE COENAE

De lapsis.

cem audiueris te absoluentem? Absolui equidem fateor, sed ita vt nihilominus sacrificiū pro peccato, lauacrumq; sanguinis accedere debeat, vt vitam æternam cōsequi possis. Nā teste Cypriano, non solū manu sacerdotis, & exomologesi, sed sacrificio, lapsi conscientia purgari debet, ad obtinendam Christi participationem & propitiationem.

Hæc autem causa remissionis peccatorum per fidem, eam auctoritatem apud Philippi-  
stas consequuta est, vt ipsa ad prolixiorem orationem me vocet. Fateor fide ac fletibus ad Ministri vocem additis absolui nos à peccati vinculo, & eripi à Diaboli potestate: Quorū enim remisistis peccata (inquit Dominus) remissa sunt. Nec veteres latuit hoc beneficium: at apud eos, lapsis post lachrymas, ad sancta, id est, ad corporis participationem non referabatur aditus, nisi ad exomologesim p̄finito tempore, lapsi satisfecissent: nec antè reformati ad Dei similitudinem censebantur, quàm sacrificij manducatione restituti esse cognoscerentur. Huc accersiri potest Cypriani sermo de lapsis.

Huc etiam pertinet Mosis iudicium de pœnitentibus in lege, in vltropei peccati expiatione: Anima (inquit) conuicta delicti,  
reddet

reddet omnia quæ per fraudem voluerit obtinere integra, & quintam insuper partem Domino, cui damnum intulerit: pro peccato autem suo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum sacerdoti iuxta æstimationem mensuramque delicti, qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur ei pro singulis quæ faciendo commisit: Leu. c. 6.

Quamuis pœnitentia cor atterens peccatoris, obliuionem memoriæ Domini obducere credatur, sicut ab Ezechiele scriptum est, Cap. 18. non amplius reminiscar iniquitatum gemētis: non tamen hinc remitti iniquitatem indicat Moses, antequam sacrificio, & sacerdotis precibus placatus sit Dominus. Remissionis ergo perfectio & consummatio est sacrificio propiciatorio pendere dicenda est. Leu. c. 5: & 6.

Præterea in peccatoris absolute duobus se nobis in considerationem inferunt: vinculi dissolutio, & sanctificatio, ac reformatio peccatoris ad Dei similitudinem. Sacerdos pœnitentem absoluit, à vinculo, sed ipse in sanctum sanctorum ingrediens, à sancto sanctificatur, & ad Dei similitudinem reducitur quam rem in Eucharistia positam esse Cy. De Cœ. na.

Itaque tametsi à vinculo peccati solutus

## DE COENAE

ad vitam properat, non tamen eternitatis hereditatem adire potest, nisi vna cum Christo caro sanctificatus effectus sit, & ad Dei similitudinem reformatus. Nam extra vnicum vite panem & corpus, nulla est nobis vita. Quia ergo mundis animo, ac solutus à peccato, carnis suae manducationem Dominus, via ut ad vitam esset, instituerit ac patefecerit, qui aliò diuertit, aberrat.

Item ab exemplo Exodi Mosaiici ex Aegypto docemur Hebræos non solum à Pharaone dimitti oportuisse ut recederent, sed agni sanguine muniri aduersus vastantem Spiritum. Hoc ergo solutus à peccato sanguinis agni munimentum esse ad viam nostram necessarium iudicauit Ecclesia, ne illi spiritus vastantis iniuriæ pateant,

Denique quia sacrificium nostrum, propitiatorij nomen habet, animo cernendum est, quid sit propitium habere Dominum. Non solum ei qui est propitius, vltionis cupiditas restringitur, sed auxiliandi studium accedit: ut ergo post absolutionis gratiam, in Dei protectionem veniamus, ad sacrificiū propitiatorium nobis est profugiendum.

Quantum ad munditiam attinet, hæc fuit veterum sententia mentem animumque non solum

solùm esse mundũ à peccato oportere, sed & carnẽ ei qui ad vitam contẽdit: cuius rei exemplo inseruit extremorum digitorum ablutio, antequàm ad Christi participationem sacerdos progrediatur, teste Dionysio Areopagita, & Cypriano hac de re differente: *De Eucharistia Cypria . de lapsis.* Omnis (inquit) mundus carnem Christi manducet: Anima polluta quæ ederit carnem sacrificij, quod est Domini, & immunditia eius super ipsum, peribit anima eius ex populo.

Quàmuis ergo peccati quenquam pœniteat, isquẽ à peccandi proposito, animo recesserit, atque ita sit mundus: non tamen natura mortis illius infixæ carni reuellitur & absorbetur, sed contagione polluta manet, donec sanguinis viuentis asperzione, carnisquẽ manducatione purgetur, Hæc nostra fides, Domini testimonio confirmatur: hic quum affirmasset mundos esse Apostolos propter verbum quod audiuerant, necessariam eis præscripsit lauationem, & insequẽtem mox corporis sacrificati manducationem, sanguinisquẽ potum, dicens: Nisi te lauero, non habebis partem mecum. Deinde: Manducate corpus quod pro vobis datur: Bibite sanguinem pro vobis in peccatorũ remissionẽ effusum.

Nolo tamẽ spem vitæ meis dictis eis præ-

DE COENAE

cidere, qui propter necessarium impedimen-  
tum, à sanguinis lauacro in sacrificij conuiuio  
prohibentur & arcentur: si tamen voto ac de-  
siderio, & spiritu in sanctorum cõmunionem  
manducent, ac bibant.

Paulus quoque ostendit, à pœnitentium  
sanctificatione ex veteri testamento senten-  
tiæ nostræ confirmationem peti posse, quum  
diximus sola fide, in passionis præteritiæ me-  
rito iniquitates non deleri, sed sacrificij mæ-  
ducationem ad fidem adhiberi oportere: illi  
enim teste Paulo de peccatorum remissione  
in suam sanctificationem certiores antè fie-  
ri non poterant, quàm post peccati sui delati-  
onem & confessionem, sacrificati sanguinis  
asperzione, ministri que precibus sanctificati  
onem obtinuissent: sanguinis asperzione eius  
animalis dico, cuius sanguis per Pontificem  
illatus erat in sancta, antequàm corpus hostiæ  
extra castra in incendium exportaretur. Hoc  
exemplo Paulus docet cõscientias nostras in

Heb. c. 9. sacrificio sanguinis potu, quem illa sangui-  
nis brutorum asperio adumbrauerat, munda-  
dari oportere. Hec sunt verba Pauli: si sanguis  
taurorum & hircorum, & cinis vitulæ asper-  
sus, inquinatos sanctificat ad emundationem  
carnis, quantò magis sanguis Christi munda-

bit

bit conscientiam vestram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo viuenti? Item, Oportuit exemplaria cœlestium (his sanguinẽ brutorum memorans) mundari: cœlestia verò melioribus hostijs quàm istis. Exemplaria ergo exteriori sanguinis aspersione necessariò sanctificabantur, vt doceremur sanctificationem nostram, non ex sola fide aut pœnitentia pendere: sed è sanguinis diuini potu in remissionem peccatorũ effusi, & à Christo Pontifice in sancta illati, antequàm extra portam pateretur. Quòd si figurarum rationem non habendam esse Philippistæ duxerint, vt nostram mundationem hæctenus veteri respondere non arbitrentur, cum Marcione docere possunt, Christum nostrum figuras non impleuisse, nec eum esse de quo in lege prædictum fuerat, qui filius Dei omnipotentis, homo salutis nostræ causa futurus, nos esset à maledicto mortis liberaturus.

Quia è libris à nobis editis, quæ ad hoc argumentum pertineant peti possunt, ne vos Principes maximi verborum repetitione, ac orationis prolixioris tẽdio afficiam, eò Lectorem reijciam.

FINIS.





9  
DE VENERAN-  
DISSIMO ECCLESIAE SA-

CRIFICIO AD LUDOVICVM

Herquiullerum, Regium  
in senatu Parisien-  
si Consilia-  
rium,

Per Nicolaum Villagagnonem aduersus  
Caluiniani Euangelij sectatores.



COLONIAE,  
Apud Maternum Cholinum.  
M. D. LXIII.

AD DE VENTRIAN

DISSIMO ECCLESIAE SA

CRIFICIO AD LAMONICVM

Hesperinillerum, Regum

in terram hanc

in Conditio

num

Per Missionem Villagerum hanc

Coloniam hanc hanc



COLONIA

Apud Museum Chelmsford

M. D. MILL

# DE VENERAN- DISSIMO ECCLESIAE SA-

CRIFICIO AD LVDOVICVM

Herquiullerum, Regium

in senatu Parificen-

si Consilia-

rium,

Per Nicolaum Villagagnonem aduersus  
Caluiniani Euangelij sectatores,



via nostra de Christi sacrifi-  
cio sententia aduersarijs non  
videtur satisfecisse, quòd (vt  
aiunt) contra Paulum, vnicam  
Christi oblationem repetitio-  
ne nostra quotidiana, despe-  
ctui habere videamur: Non alienum à causa  
nostra fore significasti, vt in eam rem aliquid  
ederemus, ex quo doceremus non esse nobis  
impræuisa, quæ illi contra nos è Paulo tela ge-  
ijciunt: Pauli ergo verba hîc ascribimus, no-  
stramq; sententiam exponimus, vt huius ad  
Paulinã facta collatione cognosci possit, quã  
nulla ratione, nulloq; iudicio se illi hostes no-  
stri ad reprehensionem incitauerint.

At

DE ECCLESIAE

Heb. 9.  
 πρῶτον  
 παλαιόν  
 αὐθεντῶν



**T** Christus assistens Pontifex futurorum bonorum per maius & perfectius tabernaculum, non manu factum, nec huius creationis, neq; per sanguinem hircorum ac uitulorum, sed per proprium sanguinē ingressus est semel in sancta, eterna redemptione inuenta.

Maius ac perfectius tabernaculum, quo Christus est in sancta semel ingressus, corpus ipsius fuisse qui dubitet esse puto neminem: Corpus autem nō huius creationis esse ideo dicitur, quòd sit à spiritu sancto fabricatum, vi huius verbi, hoc est corpus meum, vt docet Chrysostomus hunc locum explicans.

Hoc demonstrato considerandum est, qd sanctorum nomine Paulus intelligat, vt edoceamur quando per tabernaculum non manu factū, id est, per corpus suum, proprium: q; per sanguinē, in sancta semel introiuerit.

**2. Pet. 3.** Ego sanctorum nomine, non cælos corruptioni obnoxios intelligo, qui (vt ait Petrus) igni reseruati sunt in diem iudicij? Sed credo Iesum, sanctum esse, qui & cælum ipsum cunctaque quæ in cælo terraque sunt, sanctificauit: qui verbum erat in principio, & caro factum est, Filius Dei omnipotentis existens, qui propter nostram sanctificationem, in se ipsam,

ipsum, suam sanctificationem, id est, carnem & sanguinem immisit, carnis propriæ manducatione sanguinisque potu.

*Adueniens pontifex futurorum bonorum.* Hæc παραγινώ  
μιτος.  
 verba superioribus adiecta nostræ difficultatis omnem adiment dubitationem considerantibus, quando dici debeat Christus futurorum bonorum pontifex aduenisse: Ioannes, id paucis explicat dicens. Ioan. 16.  
*Et ueni in mundum, & iterum relinquo mundum, & uado ad Patrem:*  
 An ergo tum aduenisse non dicetur, quando venit voluntatem Dei Patris, id est, totius salutis nostræ dispensationem facturum? An uero tum solum aduenisse, quum facta redemptione mundum reliquit ad Patrem vadens, ut non etiam pontifex ante passionem à Caluinianis fuisse putetur, sed futurorum bonorum pontifex, post redemptionem perfectâ dicendus sit atque pontifex futuræ tantum gloriæ? Paulus sequenti capite id expressè absoluit dicens, Heb. 10.  
*Ideo mundum ingrediens dicit, hoc stiam & oblationem noluisti, tunc dixi, ecce uenio.* Psal. 39.  
 Mundum ergo ingrediens, non relinquens, futurorum bonorum Pontifex appellabitur: in seque, id est, in sancta ingressus dicetur inuenta redemptione, non perfectâ: ut simul quum esset Pontifex futurorum bonorum  
 ingres-

DE ECCLESIAE

ingressus fuisse dicatur, tumque inuenisse redemptionem, quando seipsum pro nobis sanctificans Deo Patri obtulit, mox passurus.

*Semel ingressus.* Hæc dictio semel, aduersariis os nostros incitauit, vt ignorantie me suspectum habuerint, dicentem sacrificij propiciatorij oblationem ad peccatorum quotidiano expiatione adhiberi oportere: His vt respondeam, concedam vnicam ac perpetuam oblationem, à Christo semel peractam fuisse, eo tempore, quo semel in sancta est ingressus æterna redemptione inuenta.

Ioan. 3. Hæc autem dictio (semel) efficit ne sancto-  
 rû nomine mihi persuadeam cælum intelligi  
 n. 3. vnde in terram Christus descendit. Nemo, in-  
 quit, potest in cælum ascendere, nisi qui de cælo des-  
 Ioan. 6. cendit Filius hominis. Deinde, Quid si uideritis Fili-  
 um hominis ascendentem, unde uenit prius? Ascédens  
 ergo, vnde uenit prius, non semel ingreditur  
 sed regressus, bis ingressus esse dicendus est.  
 At in seipsum sanctificatione semel immissa,  
 in sancta semel introiuit,

Æterna redemptione inuenta, Calvinus dicat quid sit æternam redemptionem inuenire, & quando inuenta sit: Res quælibet inueniri dicitur ante huius adeptionem. Antequam ergo Christus redemptionem adeptus sit, hanc  
 inue-

inuenisse dicendus est.

Cæterùm mortem Christi fuisse in nostrâ redemptionem non inficiatur Calvinus. Expirans ergo Christus, redemptionem exoluit, non inuenit. Quare contendo Christum ante mortem inuenisse redemptionem, tumque id perfecisse, quum se is Patri in sacrificium obtulit, se pro nobis sacrificans, mox Patris voluntatem, id est, redemptionem facturum.

Hoc si Calvinus improbet affirmans Christum, in sancta semel ingressum, postquâ redemptionem est adeptus, non quum hanc inuenit: si que fateatur illum redẽptionem tum obtinuisse, quum expirauit. Descẽdens ad inferos animâ, vel in sepulcrum corpore, non in cælos ascendens, in sancta semel ingressus est: tumque oblatus est, inferna, non sancta ingrediens, post factam patris voluntatem: ut contra scripturas post mortem sese obtulisse dici possit. Si verò inter mortẽ & ascensionẽ, neglecto tempore interiecto, Calvinus contendet Christũ in cælos ascendentẽ, in sancta semel tunc ingressum, ut vultui Dei pro nobis appareret: ascensione, non morte, hunc redemptionem inuenisse aut obtinuisse contestabitur contra scripturam. Ab hac opinione hoc præterea me deducit, quòd effusum in  
remissio



DE ECCLESIAE

remissionem peccatorum sanguinem in sancta non intulerit Christus sacerdos (si cæli sancta sunt) nisi nouum affectum gloria intulisse dicatur contra legem, quam necessariò impletam oportuit.

His adhuc telis Calviniani nos summouere conati sunt. *Non enim in manufacta sancta ingressus est Christus, exemplaria uerorum, sed in ipsum cælum, ut appareat nunc uultui Dei pro nobis.*

Audis, inquit, in sanctorum appellatione cælum venire, quo in cælo nun apparet Christus ad Patris sedens dexteram? Magna uerò me afficit Calvinus admiratione, qui quum sibi hoc ingenij acumine præditus esse uideatur, huc tamen ruat imprudens, ut affirmet cælos quos ascendens petiuit Christus, eos esse quorum fuerit interius tabernaculum exemplar: exponat autem si ita habeat, qua in re cæli ac tabernaculum conueniant. Hoc ubi fecerit, illi assentiar, cælos, quæque in eis sunt, corpore ac sanguine Iesu Christi, (quas meliores hostias uocat Apostolus) mundatos esse.

Heb. 9. Hæc uerba sunt Pauli. Necessè est ergo exemplaria quidem cælestium, his (sanguinis brutorum memorabat) mundari. Ipsa autem cælestia melioribus hostijs quàm iitis. Cælum ergo (si Caluino doctissimo credimus) cuius

cuius exemplar tabernaculum vasaque ministerij fuerint, sanguine Christi, non ecclesiam, aspersum ac redemptum fuisse necesse est: Proque cœlo Christum fuisse mortuum, ac patibulum subiuisse: Hoc sanè non sum Caluino daturus.

Dicam ergo potius cœlum idem esse cum tabernaculo nõ manufacto, id est, cum Christi corpore: cuius Mosaicum tabernaculũ fuerit exemplar. Tumque in cœlum ipsum introiisse Christum, quum potu sanguinis sui, ac corporis mädicatione, hic in seipsum ingresus est: id est, quum in corpus proprium, sanctificationem immisit: quo in corpore, nunc & semper vultui Dei pro nobis apparet. Hęc enim adiungit causam Paulus cur in ipsũ cœlum ingressus semel sit dominus, vt pro nobis appareat. Non autem necessariò cœlos ascendit, vt vultui Dei pro nobis appareret, qui in terris manens, in hoc vtique mundum ingresus, ad nostram salutem apparuerit, Patris voluntatem factururus. Nec etiam credi debet Paulus docuisse effusum in cruce sanguinem, in cœlum à Christo post passionem illatum fuisse, quem sanguinem, ante passionem secundum legem in sancta illatum oportuit: nisi de nouo, id est, resumpto et affecto gloria

DE ECCLESIAE

intellexerit, contra exemplar.

Vultui Dei. Doceat Calvinus quo cœlo De-  
us includatur, qui cœlos omnes appendat di-  
gito, ac palmo mensus sit, super quos & sedet.

Neq; ut offerat semetipsum, quemadmodum Ponti-  
fex ingreditur per sanguinem alienum. Nota offerri  
semetipsum, idem esse Paulo, quod in sancta  
semel ingredi proprium per sanguinem, quæ  
admodum in sancta semel ingredi Pótificem  
per sanguinem alienum, idem est, quod san-  
guinem offerre, alioqui ineptam esse compa-  
ratione: Christus ergo se offerens, in seq; per  
proprium sanguinem ingrediens, hoc non fe-  
cit sicut Pótifex, q per alienû ingrediebatur  
sanguinem: qui sanguis auferre peccata non  
poterat: sed semel & efficaciter Christus per  
sanguinem proprium ingressus est, illati per  
Pontificem sanguinis figurâ implendo, ante  
quam extra portam pateret: sicut Pontifex in  
sancta sanguinẽ alienû inferebat, antequam  
is in incendium corpora, quorum sanguis in  
sancta fuerat illatus, extra castra immitteret.

Quia oportuisset illum sepius pati à constitutio-  
ne mundi. Hoc verum est si corporis oblatio,  
sanguinisq; in sancta illatio, tam fuisset inef-  
ficax, quàm exemplarium & vmbraarum; ob-  
lationem enim secundum legem mors neces-  
sario

fariò insequeretur: vnde vnicam & efficacem oblationem, mors & subsequuta est, & consummauit.

Nos autem nomine Christi, sanguinem eius corpusq; offerimus, non quòd recens de nouoq; offeramus, vt patiat: sed oblatum ab eo semel & Apostolis porrectum offerimus: panis enim ad mysterium propositus, non sacrificatur aut mutatur in corpus, quod rursus offeratur moriturũ, sed panis in id mutatur, quod fuit oblatũ priusquam pateretur: nihil enim inter nostrã & Apostolorũ eucharistiam discriminis, interiectũ tempus intermittit, neq; sibi hoc arrogare debet humana infirmitas, vt iterũ corp<sup>o</sup> offerat, quasi oblatio illa vnica, continua, semperq; viuens, nũc sit inefficax: Sed absolutam perfectamq; insumimus oblationẽ, quod aduersarij non intelligẽtes, nobis vertunt crimini, atq; imponũt à nobis Christum sacrificari. Quum tamen à se oblatum Patri offeramus, vt morerẽ, non vt moriatur: sicq; recens non offerimus, sed oblatum adhibemus, ac in remissionem erroris improbatum insumimus: postquam panis in id, vi diuini verbi fuerit immutatus.

Quomodo, inquit, intelligis panem tuum, in corpus tanto post temporis interuallo

DE ECCLESIAE

oblatum, immutari, aut vinum cenæ domini, in effundendum post die sanguinè immutatum fuisse? Quomodo, inquam, credetis cineres, aquam, ac aërem in quæ Adami caro dissoluta est, rursus in eâ ipsam corporis compositionem redire, ac reformari posse, quæ à Christo plasmata sit? Op<sup>o</sup> Dei est vt credatis, nam mirabilia opera domini, mirabilis & in altis dominus.

At tuum, inquit, hoc commentū est, nulla nos scripturæ hanc sapiētiam docuerunt: Non, inquam, sanè contumaces, ac refractarios docuerunt, sed humiles Dei filios: Quid iudicatis his verbis imperari, Hoc facite corpus quod pro vobis datur: Hunc (qui meus est) sanguinè facite, qui pro multis effunditur in remissionem peccatorum? Huc ô Calviniani, non in magistri vestri somnia, mentis aciem impellite, tēpus quo Dominus Apostolos alloquebatur, inspectādum præsens allocutio proponit. Nō dixit quū de meo corpore participare, quūq; in mea ingredi sancta volueritis, nouam mei corporis oblationem facite, recens aliud in meo sanguine testamentum constituite, sanguinem qui in remissionem peccatorum nec oblatus à me, nec quem vobis fas offerre sit, conficite. Sed sanguinem dico

dico, quem post resurrectionem resumptum à me, in cœlos intuli, quem nouum nouæ vitæ affectum gloria, eundem sanè substantia, bibam vobiscum in regno Patris mei: Hunc ergo facite ac offerte, quem oblatum à me effusumq; sciueritis, cuius æterna vis, ac virtus est continua, pro vobis ipsa re intercedens. Vt hunc ad vestram sanctificationem ac expiationem adhibeatis, bibatis, & adoretis, hunc ipsum ergo qui pro peccatis effusus sit sanguis, quem in Cœna cum discipulis suis bibit Dominus, quemque nouum nobiscum bibit hodie, vi verborum ac instituto diuino confici, offerri, bibique credimus; non ad nouam quampiam post resurrectionem corporis, aut sanguinis post gloriam effusi oblationem, sed resumpti, mentem nostram acclinamus aut atfigimus. Scimus enim & vnicum esse sacrificium, & agnum immaculatum vnum, semel tantum oblatum iri oportuisse, vt multorum peccata tolleret; atque hunc amplius mori non posse, sacrificium quoque antequam panis sanctificatur, aut postquam sanctificatus sit non perfici, nec sanctificari panem, vt post sanctificationem noua fiat oblatio, sed eo ipso tempore quo sanctificatur vt ait Cabasilla 32. cap. sacrificium perfectum  
13 esse.

## DE ECCLESIAE

esse. At vos Calvinistæ futiles, vento actæ  
 nubes aridæ, vt nos in odium publicum  
 adducatis, pacem publicam vexetis seditioni  
 bus, exquisita affecta; inuidia nobis impo-  
 nitis, à nobis quasi à nobis quotidie recen-  
 tem Christi, diuersamq; oblationem instrui,  
 vnica illi æternæ diffidentibus, quum nihil  
 minùs à nobis intelligatur; sed illi penitùs in-  
 hereamus, hâc adoremus ac obseruemus: cre-  
 dentes in oblatum à se Patri corpus quod cū  
 discipulis comedebat Dominus, panē nostrū  
 immutari: vt inter nostram hâc, eamq; quam  
 cum Apostolis manducauit eucharistiam, ni-  
 hil intersit discriminis: sed ea ipsa eius nostra  
 hęc sit oblatio, æterna, iugis, ac cōtinua. A no-  
 bis verò offerri prædicatur, non quòd ad mi-  
 raculum perficiendum aliud, quàm ministri  
 nomen nobis arrogemus, ab ea enim arrogā-  
 tia conditionis nostræ cognitio nos deducit,  
 sed palàm profitemur nostrū hoc, diuinū esse  
 op<sup>o</sup>: & quia diuina institutione iussi perfectā  
 semel oblationē, panis nostri transsubstantia-  
 tione, sistimus, atq; in Christi locū ad eam rē  
 succedimus ingrediētes in sancta, offerre di-  
 cimur: Offerimus enim, quū quod pro nobis  
 oblatū est, verbo à nobis pronunciato confi-  
 cimus, præsensq; sistimus & adhibemus.

Qui

Qui scriptores ecclesiasticos post Petrū ac Paulū, nullo animi morbo impedito cōsulet, omnes in hāc quā exposuim⁹ sētētīā cōuenisse reperiet, Græcos præcipuè, quorū vs⁹ est, vt panis sãctificationē his adordiãt verbis. Hoc facite; quod Cyprianus sancti q; Latini penè omnes imitati sunt, Si in meis verbis offenditis, quib. de potu sãguinis noui, in Patris regno, Dñm se fuisse pollicitū intelligo, vosq; quia is non sanguinis, sed vitis geniminis meminuit, vino potatos fuisse Apostolos cõtēderitis, exponite, cur de hoc, nõ de alio genimine dixerit: quí fieri potuisset vt de eodem ipso vino, post resurrectionem cum discipulis biberet, nisi transubstantiationis opinione ad eam sententiam asserendam nitamini, vt doceatis vinum post resurrectionem, ab eo cum Apostolis potatū, in illud ipsum, quod in cœna biberant transubstãtiatum esse? Sed si ita habeat, quare nouum illud esse dixit futurum? Non bibam, inquit, posthac de hoc vitis genimine, donec bibã illud nouum in regno Patris mei: non quidem nouum vinum, si illud ipsum biberit, sed idem fuit: nouū autem dixit merito sanguinem, quia resumpt⁹ ab eo, affectusq; gloria, nouæ ac æternæ vitæ sanguis est. Præterea etiam si vinum fuisset



## DE ECCLESIAE

transsubstantiatum, quàmuis vnico è poculo bibissent, haustus cuique erat proprius, parsque totius, non idem, nam quod bibisset Petrus, non bibisset Ioannes: sanguinis verò alia est ratio, quod enim bibebat Christus, hoc ipsum omnes bibebant.

Si autem resumptum bibi sanguinem negaueritis, an ex angue corpus ad Patris sedere dexteram arbitrabimini, an autem dicitis nouum ab eo creatum, alius cuiusdam generis sanguinem fuisse, vt quem dedit illi Pater, contra verbum Domini, perdiderit. Hoc si putaueritis, quid de nostra resurrectione sperare vos docebitis: an proprio hoc corpore, proprioque sanguine, an alieno, aut ex angui resurgemus, vt quod seminauerimus hoc aliud metat corpus? si hoc à vobis resumptum iri fateamini, cur nouum, id est, affectum gloria bibi à nobis resumptum sanguinem negabitis, eum ipsum dico quem cum Apostolis in cœna, postque resurrectionem bibit ille vino nostro in eum mutato. At vobiscum (inquit) non bibit in Patris regno. Bibere verò equidem affirmo, regnumque Patris ecclesiam esse contendo, quæ verum, sed mysticum est Christi corpus: quo in corpore nobiscum nouum æternæ vitæ sanguinem bibit ille,

ille, cuius manducatione, sanguinisque potu vnum effecti sumus corpus. Si ergo vnum corpus effecti bibimus, si is in nobis est nosque in eo sumus, si nobiscum est vsque ad consummationem seculi, quare nobiscum non bibere dicetur, qui & caput nostrum est, atque ita bibere vti caput est, id est, mysticè. Ne me existimes tam nullius iudicij Caluine vt putem quoties sacrificij conuiuium celebramus, Christum se toties cælis demittere, vt occultò nobiscum bibat, aut vt repetitis actionibus in se ipsum (bibēs ac manducans) ingrediatur, quem semel ingressum prædicat Apostolus: Qui enim semel oblatus est, is & semel bibisse credendus est. Sed quia vi verbi, illius instituto, à suis legatis pronúciati, panis & vinum in id transsubstantiantur, quod ante passionem semel cum suis bibit & manducauit, vt nostra eucharistia ea ipsa eadem sit, quam cum Apostolis manducabat & bibeat, quum hanc infumimus, is quoque nobiscum non minùs bibere & manducare dicendus est, quàm cum suis Apostolis fecerit, quãuis enim hæc non eadem sit temporis præsentia, non aliam tamen differentiam, interiectũ inter illam nostramque eucharistiam tempus intermittit, quam interponet inter corpus

DE ECCLESIAE

quo nunc viuimus, & illud ipsum, quo (in virtute eucharistiæ manducatæ) suo tempore exuscitabimur: nouum enim sanguinem, sed eundem bibimus, nouum item sed idem resurget corpus.

Qui uolet certissimum nostri sacrificij legere testimonium, adeat Cabasillam 32. cap. Missam Basilij, ac Chrysolomi interpretantem, & comperiet panem nostrum verè mutari, non in figuram sacrificij, sed effici rem mactationis, quo loco respondet his quæ Calvinus aduersus Ecclesiæ religionem opponit.

*Nunc autem semel in consummationem seculorum ad destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit.* Apparuit mox passurus: Hunc ergo qui ad peccati destitutionem siue profligationem apparuit, vt dictum est, offerimus, non qui rursus appareat, quasi oblationis eius merito dissisi, ad nouam spectemus oblationem: Apparuit ipse & mundum ingrediens, apparuit & post oblationem mundum morte redimens, apparet nunc & perpetuò intercedens pro nobis.

Hebr. 9.

Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc aut iudicium, ita & Christus semel oblatus, vt multorum

pecc

peccata tolleret, rursus absq; peccato cōspicietur his qui illum expectant: *Hominibus*. In hanc necessitatem non fuit Christus conclusus, qui peccatum non fecerat, quiq; iudicium facturum est.

*Oblatus ad multorum exhaurienda peccata:*  
 Is non aliter à nobis offertur quotidie, quàm tunc oblatum sit vt peccata tolleret, non enim recenter, aut aliquando post mortē, in id oblatum est vt auferret peccata, nec nunc vt iam ablata attritaq; auferat, offertur: sed vt oblationis illius continuæ virtute, nunc auferat instantia. Nota Iesum à Paulo dictum esse oblatum, vt peccata tolleret, non mortuum. Nam traditus propter delicta, attritusq; propter scelera nostra dicitur, quod à mortuis maledicto eos redimeret sub peccato venundatos, quorum sanguinis potu ad ostium tabernaculi, peccata deterferat. Cuius quidem oblationis ac ablutionis, mors fuit consummatio, sicuti hostiæ pro peccato, incendium in lege fuerit. Nam vt diximus oblationem lege mors necessariò consequebatur. Tam ergo semel fuit, & nunc est oblatum, quàm mortuum: oblatum quidem fuit ad ostium tabernaculi cum precibus, secundum legem testamenti,  
 pre-

Rom. 4.  
 Psal. 53.

DE ECCLÉSIAE

propter nostram sanguinis potu sanctificati-  
onem: passus verò extra portam, vt passione,  
pœnis peccatorũ persolutis, qui vocati sunt,  
promissionem accipiant æternæ hæreditatis.  
Nam post peccati remissionem opus fuit &  
satisfactione.

Heb. 10

Quapropter mundum ingrediens dicit, sacrificiũ  
& oblationem noluisti, corpus autem aptasti mihi: ho-  
locausta, & pro peccato non postulasti, nec comproba-  
sti quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, ecce ue-  
nio, ut faciam Deus uoluntatem tuam, uolui. Tollit  
prius, ut secundum statuat, mundum ingrediens. Ille  
tum se Patri obtulit huius uoluntatem factu-  
rus: sed is non ille fuit sollemnis actus oblatio-  
nis, quo morti se destinauit sancta ingrediens.

Sacrificium, & oblationem, & holocausta, pro pec-  
cato noluisti. Non frustra in totis species sacrifi-  
cia distinguit, sed eo factum est, vt omnia q̄  
secundum legem erant sacrificia, speciatim  
Christus in cœna, id est, nouo testamento, im-  
pleuisse intelligatur, vt puta sacrificium pro  
peccato, laudis ac salutis, eaque quæ ad priua-  
tos pertinebant, exinde moriens holocausti  
vicem subiturus.

Tollit primum, ut secundum statuat. Primum te-  
stamentum sustulit, an scilicet, vt secundum  
sine oblatione ac sacrificio statueret, quàm-  
uis

uis testamenti potissima pars sit sacrificium.  
At quomodo secundum statuit, si huic sacrificij  
vsum detraxerit?

*Per quam uoluntatem sanctificati sumus.* Qui per  
oblationem corporis eius semel, hæc phrasis  
Græca est; qui, autem hoc loco appositum, tã-  
tum indicat, ac si dictum foret, qui per oblati-  
onem semel peractam sanctificamur.

Hæc ergo verba apertissimè docent, non p-  
solam Dei uoluntatem nos esse sanctificatos,  
sed per oblationem illam vnicam, qua duce  
Deum adimus Patrem; ex quo, hanc oblatio-  
nem nobis esse necessariam, ad nostram quo-  
tidianam sanctificationem indicaui: id est, ad  
nostram conscientiarum emundationem, ad  
seruiendum Deo uiventi: non ad redempti-  
onem quam semel persolutam oportuit. Vti  
superiùs ostendit Paulus, quamobrem in Cal-  
uinianam doctrinam, maxima incessi admira-  
tione, hunc intelligens tanta animi offensio-  
ne, æternæ oblationis semperq; uiventis vfu,  
nobis interdiceret: quòd cogitauerit per volũ-  
tatem Dei, absque æternæ oblationis vfu quo-  
tidiano (sed sola fide interposita) à quotidia-  
nis sordibus nos elutos esse, quem in errorẽ  
iniectus esse videtur ab his Apostoli verbis.

*Et omnis quidem sacerdos præsto est, quotidie mi-  
nistrans,*

## DE ECCLESIAE

nistrans, & easdē offerens hostias, quæ non possunt auferre peccata, hic autem quum unam pro peccatis hostiam obtulit, in sempiternum sedet, donec ponantur inimici scabellum pedum eius. Vna enim oblatione consummauit, siue perfectos effecit sanctificatos.

Calvinus putat culpa non vacare nos, qui in recentium peccatorum ablutionem, continuam perpetuamque Christi oblationem semel peractā adhibeamus: quasi iudicemus veterum exēplo, anteaētis oblationibus nobis nihil profectum esse: at ille nostram actionē mentemq; parum videtur perspectam, & cognitam habuisse: Veteres enim quia offerabant hostias, quæ peccata eluere non poterāt pro eisdem culpis genere easdem hostias semper offerebant: Nos autem quia viua, æterna, ac efficax, nostra est hostia, valens ad delēdas iniquitates, hac vtimur: non, vt dictum est, ad præteritarum iniquitatum emundationem (quemadmodum frustra Pontifex offerebat in lege): Nam vbi est remissio, iam nō est oblatio pro peccato: sed aduersus recēns iā admissa, ideoq; nondum abluta, continuam oblationem insumimus: Quumque sine sanguine fieri nō possit remissio, & cū in voluntate Dei nō possim, nisi p vnicā illā oblationē, sanctificari: paratū oblationis æternæ remediū amplectis

amplectimur, vnamq; ipsam à Christo in nostrum beneficium oblatam hostiam, non de nouo (quasi inutilem) offerendam offerimus. Hoc ergo à veteribus nostra distat oblatio, quæ illi nunquam priùs oblatas, sed nouas, réque alias, quàmuis easdem genere offerebant hostias: Nos verò re & genere eandem ipsam, quæ à Christo oblata fuerit continuam ac efficacem, pane in eam mutato, offerimus, illi<sup>us</sup> impulsu præcepto, *Hoc facite*. Quia eorum quorum non remissio, esse debet oblatio pro peccato. Vt inferiùs suo loco demonstrabitur, hæc autem approbat Paulus verbis sequentibus.

*In sempiternum sedet in dextera Dei de cætero expectans donec ponantur inimici scabellum pedum eius: una enim oblatione consummauit in æternum eos qui sanctificantur.* Hæc sententia maximo mihi est ad peccatorum remissionem solatio: expectat, inquit, æternùm sedens, quia ergo æternùm sedet expectans, æternùm offerri debet oblatum eius corpus, vt ponatur inimici scabellum pedum eius. Inimici autem sunt mors & peccatum, in mundo viuentia, donec inimica mors vltima destruat: vti alibi dictum est. Nouissimè autem inimica destruetur mors: quibus verbis ostenditur in voluntate Dei à Christo facta, peccatum non prorsus  
inter



DE ECCLESIAE

interemptum fuisse: itaque cum ad profligan-  
dam iniquitatem, oblationis illius æternæ re-  
medium certissimum sit propositum, qui pec-  
cati conscientiam habuerit, quare ad eam op-  
pem certam, ac patentem non profugiet?

Subiungit quasi superioris sententiæ rati-  
onem redditurus.

*Vna enim oblatione perfectos effecit eos, qui san-  
ctificantur, donec ponantur, inquit, mors, & peccati  
inimici eius scabellum pedum eius, quia una oblatione  
perfecit eos qui sanctificantur. Nota præsens san-  
ctificandi tempus indicari: Cæterum ab anti-  
quorum exemplo, ad præsentem illam no-  
stram sanctificationem instruimur: illi nulla  
fide, nulla pœnitentia, nullaque alia ratione,  
carnis suæ sanctificationem promerebantur  
quàm cum ad expressam peccati sui confessi-  
onem, animique dolorem, oblatis sanguinis  
asperisionem adhiberent, & adiungeret. Quo  
exemplo noui testamenti fideles pœnitetes,  
ad Christi corporis veram ac corpoream par-  
ticipationem, spe certa inuitantur. Quod si  
nulla nunc nobis est sanguinis confectio; nul-  
la oblatio, quo modo qui vnica illa oblatio-  
ne vocati & consummati sunt, se quotidie cor-  
poris participatione sanctificabunt? quo mo-  
do ad peccati sui expiationem, qui hanc vitã  
exigunt,*

exigunt, in sancta introibunt?

Hæc si sententia Caluino fastidium parit, dicat cur veterum exemplo, Paulus doceat, moneatq; de nostra quotidiana sanctificatione. Fide, inquit, in merito passionis sanctificamur: non quòd oblationis vsus in hanc rē nobis alicui sit vtilitati. Hoc dolo multos illectos suis inuoluit retibus: sed ne ex eo esse nullo modo, me causę maximæ remoratę sunt, quarū hæc non negligēdum locū obtinet, quòd (vt diximus) Paulus de inquinatorum sanctificatione differens, fidei nō meminit: sed sanguinis aspersions, quàmuis planum sit, sine fide aspersione illis profuturam non fuisse: Hæc huius sunt verba: *Si sanguis hircorum ac vitulorum, & cinis vitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis, quanto magis sanguis Christi emundabit conscientiam nostram ab operibus mortuis, ad seruiendum Deo uiuenti.* Considera nō fidei, sed aspersioni præsentī sanctificationem tribui: Paulus verò qui nostram conscientiarum emundationem legali cum sanctificatione contulit: ineptè id fecisse videretur, si sola fide nos emundari existimasset, alijs ad necessariam sanguinis aspersions adactis: vt ergo similitudini relinquatur loc⁹, oīa cōuenire ac congruere necesse est, quæ secun-

Hebr. 9.

K dum

DE ECCLESIAE

dū exēplū propositū, rē de qua agit aperiāt:

Ad hanc rationem accedit Pauli sententia dicentis: *Sine sanguine remissionem nō fieri.* E qua iudico non minū nostras iniquitates deleri sanguine ac corporis diuini participatione debere: quā eorum, de quibus suprā demōstrauimus. Nec est quōd Calvinus passionis merito nos oppugnet dicēs: In merito redēptionis à Christo præstitæ, nos fide iustificari ac detergi. Nā fides in futuræ passionis merito nō minū apud Deum ad iustificationem valebat veteribus, quā nunc in præteritæ passionis merito, nobis valeat: in rebus enim paribus nullum debet discrimen interponi.

Heb. 10.  
Hier. 31.

Verba subsequētia sententiā nostram adiuuant. *Testificatur autem nobis, & ipse Spiritus sanctus: postquā enim dixit. Hoc est testamētū quod testabor ad illos. Post dies illos datus leges meas in cordibus eorum, in mentibus eorum inscribam illas, & iniquitatum eorum non recordabor ampliū: Vbi autem horum remissio, iam non est oblatio pro peccato.*

Paulus nos attrahit ad earum considerationem iniquitatum, quarum non ampliū recordetur Dominus. Quæro ergo ex Caluino, nū præteritas intelligat, an & futuras, vt omni licentia, nullo metu, peccatis indulgere pijs Calvinianis, ac monialium corruptio-

ni operam dare liceat, quod & futuras iniquitates filij post mortem Deus Pater, obliuione sempiterna deleuerit? At oblitas eas non esse contendo, quæ nunquã antè cõmissæ fuerint, atq; iudico ad has quæ in obliuione fuerint, quarum remissio facta sit, oblationem nostrã non pertinere. Nam vbi est remissio, iam nõ est oblatio pro peccato: Hoc maximè tormẽto Calvinus in religionem nostram irrûpit, sperans eam deiici posse, quæ tamẽ sententia fidei ac spei nostræ certissimo est præsidio, si hanc excutiamus. *Vbi est remissio, iam non est oblatio pro peccato.* Ergo Caluine vbi non est remissio, oblatio est pro peccato necessaria. Hoc enim à sensu cõtrario per tuam logices regulã elici posse arbitror. Quum ita habeat, concludo, aduersus ea, quorum non est remissio, relictam nobis esse continuã Christi oblationem, quæ vbi à nobis infumpta fuerit, sempiternam obliuionis nubẽ peccatis nostris obiectura sit. Non sum ergo tam nullius iudicij aut rerum imperitus, vt credam, aut putem iam donatas ac remissas iniquitates, oblatione Christi à nobis adhibita, prosequi oportere: sed sordes continuas hac egere diligentia. Ergo, inquiunt, pro defunctis, quos purgari credis, oblatio tua superflua est: Hanc autem

DE ECCLESIAE

scio non ad culpæ remissionem, quæ remissa sit, sed etiâ, vt ait Tertullianus, ad refrigerium pœnæq; lenitudinem prodesse.

Calvinus magno ac exquisito conuitij genere in Pontificem nostrum insultat, hunc fingens, futurarum iniquitatum licentiam, promissa precio remissione nobis largiri: Vnde in spem me conijcit fore, vt æqui boniq; consulat, si dixerim, actu eas solas noxias remissas fuisse Christi passione, quæ sub priore fuerant testamento commissæ, secundum Paulum: eas verò quæ in futurum committerentur post baptismum, virtute oblationis continuæ, (si hæc pro eis insumeretur) expiatum iri: Hoc si impetrauero, ostendam illum non habere rationem, quum nostræ salutis hostiam, suis conuitijs insectatur.

Quòd si nullam haberent peccati conscientiam, cultores semel mundati, vt pro peccatorum remissione oblatio eis nulli esset vsui: quia tamen salutis, ac laudis legalia sacrificia, in hoc nostrum vnà cum sacerdotio translata ac reiecta desuerunt, affirmo vel hoc nomine, oblationem Christi adhiberi oportere ac insumi.

*Habentes igitur libertatem in introitum sanctoriũ  
in sanguine Iesu, quã initiauit nobis uiam nouam, ac*

uiuentem per uelamen, id est, per carnem, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum uero corde, in plenitudine fidei, aspersi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem.

Hæc conclusio, eorum epilogi loco sumi potest, quæ Paulus superiorib. verbis docere voluerit: habentes libertatem in introitū sanctorū in sanguine, id est, opera, meritoq; sanguinis effusi, habētes libertatem in sanctorū introitum, id est, in corporis diuini participationē, ea via quæ nobis est noua initiata per uelamentū, id est, carnem. Caro enim à nobis māducata copiā sanguinis ei<sup>9</sup> suppeditat, sub uelamēto ad uitam scaturientis, quæ nobis ad uitam uia est: noua quidē, quia sanguinis, humanæq; carnis esus lege patrib. esset uetitus, nobis aut permiss<sup>9</sup>: uiuēs uerò, quia Christus ampliùs non moritur, sed æternū uiuit.

Hoc si Calvinianos offenderit, exponant quid Paulum docuisse credant dicentem, *in sanguine per carnem Christi initiatam esse nobis à Christo uiam nouam, ac uiuentem.* Quantum ad me attinet, adduci nunquam potero, ut assentiar ullam à Christo nobis uiam esse propositam aliam, nouam à corporis manducatione sanguinisq; potu. Quòd si fidem qua passionis

DE ECCLESIAE

meritum Doctor Calvinus amplectitur, viã esse dixerimus: & Christum viam esse, & no- uam esse negabimus: Fide enim duce in spe ac merito futuræ passionis, Patribus ad Deum Patrem & ad Filium patuit aditus.

*Accedamus ergo cum uero corde in plenitudine fi- dei, ad sanctorum ingressum per uiam nobis initiatã.* Id est, accedamus ad corporis diuini partici- pationem per sanguinem sub carnis velamen- to potatum, quæ via est nobis recens initiata. *Aspersi corda à conscientia mala.* Nã qui indignè eucharistiã manducat, id est, mala ex conscie- tia, iudiciũ sibi manducat & bibit. *Et abluti cor- pus aqua munda.* Non enim cuiquam de corpore Domini manducare fas est, qui non sit baptis- mo regeneratus, ac lauatus. *Teneamusq; spei no- stræ confessionem indeclinabilem.* Id est, non de- clinemus à constanti perpetuaq; ecclesiæ re- ligione, ad inanes, Calviniani euangelij tra- ditiones, quibus se Christum ostendere pol- licetur, cui tamen tenebras obducit.

Hac Pauli exhortatione, vix effugiet Calui- nus, quin fateatur, sanctorum nomine corpo- ris participationem, non cælum æthereum, aut q̄ supra est intelligi. Homines em̄ corda- tos, nõ animas corpore exutas ad sanctorum introitũ vocat Paulus. *Aspersi, inquit corda*  
à con:

à consciētia mala, spei nostrę teneam<sup>9</sup> confessionem indeclinabilē. Animę beatę excordes post excessum suū ex hac vita, quod habeant, sperare desiuerunt: Nam auctore Paulo futura sperant, spes, inquit, quę videtur, nō est spes. Sed nec à spei confessione declinare. possunt beatę, quę Caluino auctore, tertiū locū negāte, rectā hinc in cœlū inuolāt. Nec adhuc infelices animas spei cōfessio indeclinabilis respicit, his em̄ spē oēm præcidit Abrahami ad diuitē respōsio. Quare quū nec ad beatas, nec ad infelices animas vita functas, ad sanctorū introitū Pauli vocatio pertineat, necesse est ad fideles hui<sup>9</sup> vitę vsura fruētes, illi<sup>9</sup> exhortationē spectare, sanctorūq; introitū nō alienum esse à corporis Domini participatione.

His ostensis rebus concludo, sacrificium esse nobis ad salutem necessarium, & transubstantiationis religionem nō minùs ab antiquis excultam fuisse, quàm oblationis religio fuerit exulta: Vtrunq; enim vnum opus esse ac mysterium demonstratum est. Præterea nullam corporis Christi in cœna fieri posse communionem, quin ante cœnam sacrificium peractum sit, Nam cœna nihil aliud est quàm de agno immolato conuiuium. Deniq; errare quibus Missæ priuatę consideratio



DE ECCLESIAE

venerit in mentem, neque abesse ab hæresis  
 suspicione, qui suum animum hac opinione  
 contaminauerint. Missa enim sacrificium est  
 nõ communionis actio; quàmuis Missæ anne  
 xa sit ex Dei præcepto communicatio; Sacrificiũ  
 verò passio Christi est, quod offerimus. Pas-  
 sionem autem nulla ratione priuatum dici  
 posse sacrificium palam est; quàmuis pro pri  
 uatis & peccatis & personis adhibeatur. Tan  
 dem quum, vt supra demonstrauius, panis  
 noster in eam mutetur substantiã, quam ob-  
 tulit & sacrificauit Dominus; quũq; id ipsum  
 comedamus quod ipse cum Apostolis come  
 dit, vt inter nostrum illiusq; sacrificiũ, inter  
 nostrum illiusq; cibum, discrimẽ nullum in-  
 tercedat: Hoc nostrum sacrificium priuatũ  
 dici non posse, quin Christi quoq; sacrificiũ  
 hoc nominis sustineat; Sed nec vitari sacri-  
 ficiũ conuiuiarum raritate manifestum est;  
 non enim à conuiuis, sed à Christo virtutem  
 sacrificium suscipit. Agnusq; sacrificatus nõ  
 minùs integer ab vno sacrificulo, quàm à mil  
 le conuiuis absimitur. Hoc demonstrato, si  
 pro viuis & mortuis, pro absentibus ac præ-  
 sentibus, valuit à Christo peractum sacri-  
 ficiũ: quia æternum est ac continuum, non  
 potest virtus eius spatio temporis antiquari  
 aut

Cypr. epi  
 st. 3. li. 2.

aut exolescere: quare hodie quoque pro viuis & mortuis, pro præsentibus ac absentibus, pro priuato & publico hoc ipsum adhiberi oportere secundum Ecclesiæ sententiam, meum iudicium est. Sed nulla ratione in hanc contentionem descendimus: non enim æquum est in quæstionem trahi nos de his rebus, quibus perpetua & continens fuerit nobis possessio: vt apud nostræ religionis apostatas, causam dicamus, à nobis huiusce religionis rationem exposcentes, sed potius ab eis extorquendum est, vt suarum opinionum summa capita proponant, vt decernat ecclesia quantum à catholica religione abhorreant; Hoc si fecerint, atque adhibita diligentia, producta capita fuerint excussa ac obseruata, inueniemus omnium hereticorum, quos hactenus nobis Satan exuscitauerit, ineptissimos esse Caluineses ac ignorantissimos: hosque huc adigemus, vt blasphemiarum incredibilium stimulis se induant sua sophismata tueri conantes. Hoc facile comperient, qui librum, quem his de rebus lingua Franca excudendum curamus, perlegerint.

Sed cauendum est ne in disquisitorum ac iudicum numerum lupi sub ouina pelle intromittantur: non enim rectum foret eorum

## DE ECCLESIAE

Apoc. 3.

iudicium, qui litem suam facerent: Arceri etiam ab eo numero censeo oportere, qui incerti sunt animi, i. ea de re quæ in controuersiam vocatur, dubitauerint, quos ut tepidos ex animo suo euomuit Dominus: Nā ea de re quis certò statuere non potest, de qua dubitauerit, sed qui se ab hæresis suspitione integros castosque seruauerint, quos rectam fidem sequi perspectum est, his deferri de rebus controuersis iudicium oportere puto: atque omnis uitandæ suspitionis causa faciendum suadeo, ut quotquot in concilium admittentur: primùm fidei suæ testimonium publicum edant, ac profiteantur nullam se priuatam Misfam, sed omnes esse publicas agnoscere, quocunque loco & à quibuscunque ordinatis, secundum Ecclesiæ Catholicæ constitutiones sacerdotibus offeratur. Nam sacrificium Ecclesiæ quotidianum, esse corpus Domini certum est, quod in recentiū peccatorum expiationem adhiberi oporteat, panemque & uinū verè mutari, id est, transsubstantiari, secundū uerbum Domini, Hoc est corpus meum, non in figuram, sed in rem mactationis. Hoc qui facere tergiuersatus sit, à calidorum, id est fidelium cōsortio, in tepidorū aut frigidorū classem releget, dubitationis aut abiurationis apud

pu<sup>d</sup> calidos causam dicturus, ne duabus fellis  
sedeant, iudicium de summis rebus laturi.

Vbi ex angustijs priuati sacrificij falsò nuncupati euasisse me considerem, alijs difficultatibus exceptus, orationem extrahere coactus sum: mihi Canón noster obiectus est, quo scribitur Communicantes & memoriam passionis venerantes, demú alio loco: Vnde & memores Domine nos serui tui offerimus maie<sup>st</sup>ati tuæ. Attamen, inquiunt, quàmnis vnus non possit esse communio, vnus tamen pro alijs & offerre & communicare à te affirmat: Hoc tormentú ex officina nostra contortum validissimum esse videbatur: sed eorum quæ suprà docuimus, non meminerat, qui hac animum suú difficultate conturbabat. Diximus nullum esse priuatum sacrificium, omniaq; quæ vbiq; conficiuntur, siue pacificorum hostia sit, siue pro populo, siue pro principe ac sacerdote, siue pro plebe, siue pro priuato fiat, vnum esse Iesu Christi sacrificium, illud ipsum dico, quod cum Apostolis sacrificabat ac comedeat Dominus, vt quod à singulari Cñi legato pficitur, etiamsi in hois priuati vtilitate pficiatur, publicú esse nó desinat: Hoc em̄ sit in communione sanctorum, & cum ijs ipsis Apostolis, vt hodie, nihil aliud facere sacrificulus videatur, quàm publicú illud

DE ECCLESIAE

Iesu Christi sacrificium sistere, vnde vnus in ecclesia communicans, ac offerens plurali numero communicantes & offerimus meritò pronuntiare possit. Præterea, certum est omne Christiani meritum, preces, bonumque opus, etsi horum priuata utilitas ab ipso capitur, tamen propter sanctorum communionem non ita priuata vocari, quin & publica etiam dici possint, ne sanctorum communio dissolui videatur: quapropter in sanctorum communionem communicantes dicitur vel ab vno sacerdote. Nota quum sacerdos solus, communicantes & offerimus dixerit, Christi exemplum ac præceptum habere, qui nos ita orare docuerit singulos vel in testis nostris: Panem nostrum quotidianum da nobis, debita nostra dimitte, ne nos inducas in tentationem, libera nos à malo: quia vnus corporis membra sumus omnes, in eiusdem corporis usum vnus.

Quamuis hæc à me demonstrant, non tamen inficiari volo, eo tempore Canonem factum esse, quo ad cenam vocati, plures quam hodie accederent; Iustinus martyr Apologia secunda exponit die solis (qui à nobis dies Dominicus dicitur) omnes Christianos ex oppidis agrisque; ad communionem conuenire solitos: & pacto sacro, eos omnes de corpore & sanguine participare.

Sed

In fine.

Sed impietate contemptuque religionis, ecclesiam inuadente, neglectam fuisse communionem: Verba Iustini subscripsimus. Die, quæ solis dicitur, omnes qui in oppidis & agris morantur, unum in locum conueniunt, commentariisque Apostolorum, uel Prophetarum scripta leguntur, quoadiu hora patitur: deinde ubi is qui legit, destitit, is qui præest admonet & hortatur, ut ea quæ lecta sunt bonamitemur: tum surgimus omnes, ac comprecamur, conclusisque nostris precibus, panis iam (ut dixi) uinumque & aqua offeruntur, tumque is qui primum locum tenet eodem modo preces gratiarumque actionem, pro uirili mittit: populusque benedicit dicens, Amen: et ipsæ quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, unusquisque participat, eademque ad eos qui absint diaconis dantur perferenda. Tunc ecclesie usus erat, ut septimo quoque die, publicum de agno immolato fieret conuiuium.

Sed è Luca discamus, an cœna propterea non fieri debeat, sitque nobis sacrificio supersedendum, quod inuitati ad conuiuium venire nolint, anque conuiuarum infrequentia ac pigritia conuiuio iniuriam inferat, dignitatemque detrahat: Homo quidam fecit cœnam magnam, & uocauit multos, & misit seruum suum hora cœnæ, dicere inuitatis, ut uenirent: quia iam parata sunt omnia: & cœperunt simul omnes excusare, primus dixit ei, emi uillam & necesse habeo exire & uidere eam.

Capi. 14.

¶

## DE ECCLESIAE

*Ec.* Deinde & reuersus seruus nunciauit hæc Domino suo: Tunc iratus Pater familias dixit seruo suo: exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles & cæcos & claudos introduc huc: & ait seruus, Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est: & ait Dominus seruo, exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea: dico aut uobis q, nemo uirorū illorū q uocati sunt gustabūt cœnam meam.

Non propterea à cœna supersedit Pater familias, quòd inuitati se excusarint: sed recufantes coëgit intrare, ac rebelles maledictione multauit: dico, inquit, quòd nemo illorū gustabit cœnam meam: nec propter hominū pigritiam, ac frigus, abroganda sunt sacrificia & cœna: nam ab vnico integrum conuiuium & sacrificium comedi potest. Neque etiā cœna ab inuitatis, sed ab inuitate auctoritate capit, nec, ut diximus, hominum socordia cœnæ debet esse præiudicio: sed compellendi sunt negligentes: alijs Dei maledictione pronunciata deterritis: Sed hæc de sacrificio cœnaque pro publico dicta sint.

Certū est omnia legis sacrificia, trāsflato sacerdotio, in hoc nostrū Iesu Christi sacrificiū trāsflata fuisse. Illorū quædā fiebant pro populo, quædā p plebe, quædā pro priuato: item quædā p peccato, quædā laudis erant, quædā  
salua

Leui. 21.  
vsq; ad 3.  
cap.

salutis & gratiarum actionis. Accedebat & hoc holocaustum in Dei gloriam.

Eorū quæ pro peccato quædam manducabātur à sacerdotib⁹: alia, quorū sanguis illatus erat in sancta per Pontificē, corpora cremabātur extra castra, quæ omnia in vnicū Iesu Christi sacrificiū desuerūt & cōsummata sunt. Pro priuato cuiusquā peccato, aries offerebatur: quū in ceremonias peccatū erat: si prius luisset peccator pro dāno dato, preciū, quinta parte super iustā estimationē addita. Hęc etiā species expiationis ad eos trāsiit, qui pro ignorantia, vel volentes ac scientes in proximum peccauerant. Leuit. 5.

Hęc verba sunt legis: *Anima si prauaricās ceremonias, per errorem in his quæ Domino sunt sanctificata peccauerit, offeret pro delicto suo arietem immaculatum de gregibus, qui emi potest duobus siclis iuxta pondus sanctuarij, ipsumquē quod intulit damni restituet, & quintam partem ponet supra, tradens sacerdoti, qui rogabit pro eo offerens arietem, & dimittetur ei.*

*Anima quæ peccauerit per ignorantiam, feceritque unum de his quæ lege Domini prohibentur, & peccati rea intellexerit iniquitatem suam, offeret arietem immaculatum de gregibus sacerdoti, iuxta mensuram estimationemque peccati, qui orabit pro eo, quia insciens fecerit, & dimittetur ei,*  
quia



DE ECCLESIAE

quia per errorem deliquit Domino.

Leuit. 6.

Loquutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo suo depositum, quod fidei eius creditum fuerat, uel is aliquid extorsit, aut calumniam fecerit, siue rem perditam inuenerit, et inficians insuper peiorauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit, in quibus solent peccare homines, conuicta delicti reddat omnia quæ per fraudem uoluit obtinere integra, & quintam insuper partem Domino, cui damnum intulerat: Pro peccato autem suo offerat arietem immaculatum de grege, & dabit tum sacerdoti iuxta estimationem mensuramq; delicti, qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur ei pro singulis quæ faciendo peccauerit.

Paulò post. Ista est lex hostiæ pro peccato, in loco ubi offertur holocaustū immolabitur corā Domino, quia sanctum sanctorum est: sacerdos qui offeret comedet eum in loco sancto in atrio tabernaculi: quicquid tetigerit carnes eius sanctificabitur: Omnis masculus de genere sacerdotali uescetur de carnibus eius quia sanctum sanctorum est.

Hęc illis in figura contingebant, quæ nos in veritate consequimur: atque erant in instructioni, quomodo si peccato contaminati fuerimus, remissionem assequamur: ut non sola cordis contritione, fideq; mundemur, sed  
post

post peccati confessionem damno præstito,  
pro culpa sacrificium adhibeatur. Nam arie-  
tis loco nobis est corpus Domini: sanctū san-  
ctorum pro peccatis nostris semel oblatum;  
cuius qui carnē tetigerit, sanctificetur, cuius-  
q; virtus perpetua ac cōtinua est, & quia rur-  
sus offerri non potest, in id quod semel obtu-  
lit Christus, eius beneficio ad legati sui pre-  
ces, munus nostrum immutatur. Pro priuato  
peccato oblatum sacrificium eodem die, quo  
facta fuerat oblatio in loco sancto manduca-  
batur, & quia intēger aries ab vno sacrificiu-  
lo comedi non poterat, alij sacerdotalis gene-  
ris ad conuiuium inuitabantur: nec ad conui-  
uium admitti poterat is, cui<sup>9</sup> erat munus: Hęc  
sacrificij species, cū ea conferri potest Missa,  
quam falso nomine priuatam vocant aduersa-  
rij: In Missę autem mādicatione alij sacerdo-  
talis generis non accersunt, quia ab vno sacri-  
ficulo hostia potest vno die integra comedi.

Aliorū sacrificiorum vt pacificorū quę in  
hoc nostrū translata sunt ratio non mihi esse  
videť præfētis occasionis: qui de his volet co-  
gnoscere, legat Philonem de victimis, intelli-  
gat solum hoc nostrum, omnium sacrificio-  
rum cuiusq; generis locum obtinere, & à no-  
bis eorum loco adhiberi posse ac debere.

DE CALVINIANÆ  
veritatis cum suo sacra-  
mēto coniunctione, &  
de sacramento ipso.



Biecit mihi doctus quidam  
Caluinista, non sine maxima  
Caluini iniuria, à me huic im-  
poni panem nudum in cœna  
manducari, cui tamen panis  
veritatem coniunctâ esse om-  
nibus locis Caluinus prædicet, eamq; quâ fi-  
gurat sacramentum veritatem, impleri panis  
manducatione: præterea panē communē di-  
ci non debere, qui vsu à reliquis panibus dif-  
ferat. Sed magistri sui sententiâ parū perspe-  
ctâ habuisse visus est, hæc obijciens: Hoc exa-  
minabimus. Primùm imponi à me nõ potest,  
quòd Caluinus sua sponte doceat, nullâ esse  
panis virtutem, aut corporis diuini præsentia,  
ne in adorationem panis, animum proclinēt  
cõmunicantes. De pane puro nõ minùs per-  
spicua eius esse debet sententia, qui omnem  
consecrationis rationem quasi incantamēta  
magica reiiciat: negetq; in panis mutationē,  
aut sanctificationem, adhibitam à Domino  
fuisse

fuisse benedictionem, & gratiarum actionem, sed ideo dici sanctum, quod in alium usum inferatur, quam communis, id est, ut spiritua- lem animæ nostræ cibum significet. Hanc esse, Caluini doctrinam, nemo Calvinista doctus inficiabitur: Nunc ergo mihi superest demon- strandum, nec veritatem panis coniunctam esse, nec impleri quod figuret panis huius mād- uatione. Hoc erit explicatu facilius si Calui- nus doceat, quid sit veritas. Hæc ego Christum esse contēdo, hoc auctore dicēte, Ego sū via, veritas & vita; Christus ergo si panis usu solo à communibus dissimili coniunctus est, quæro quomodo fiat hæc coniunctio, per accidens an per essentiam? Si per essentiã, eucharistia non erit panis, sed corp⁹ Domini, sub panis specie: si per accidens, armis instructus Calvinianis quæ- rã, qua virtute fiet hoc miraculū, ut è cœ- lis, fide sola Caluini interiecta, in panē Chri- stus illabatur, ut se panis nulla virtute prædito immisceat ac coniungat? cur ne VWestphalo Calvinus non assentiat, Christum impanari? Quod si Christum cœlis nõ emigrare dicat Cal- uin⁹, quomodo cū pane, tãta loci intercapedi- ne, Christum verè coiūgi profiteat? Hoc mihi est quæ- rã substãtiationis miraculū multò mirabi- lius: Si, ne huc Calvinus incidat, neget Chri-

stum veritatē esse pani coniunctam, sed con-  
fictas à se promissiones veritatem esse putet;  
rursus coniunctionis modum & rationem  
sciscitabor. Præterea ostendam tum falso pa-  
nem vocari corpus Domini per metonymi-  
am: is enim erit promissiones, quas mandu-  
cando Calvinus assequitur, vt se fefellerint  
Euangelistę dicentes, Hoc est corpus meum:  
debuerunt enim dicere, hæ sunt fœderis mei  
promissiones: Nam secundum Calvinum, quę  
veritas pani coniuncta est, huius figura est ip-  
se panis, nomenq; obtinet per metonymiam  
ipsaq; impletur veritas panis manducatione.  
Caluini verba subscribemus: Implet (inquit)  
quod à sacramento figuratur, quum fide pa-  
nem manducamus: tum enim sumus meriti  
passionis Christi, ex eius pollicitatione, par-  
ticipes. Non ergo Caluine pane figuratur  
corpus, sed nos esse meriti participes, pa-  
nis figura est, ex quo perspicuum est, pani,  
participationis meriti nomen, non ipsius  
corporis per metonymiam tribui oportere.  
Attamen si ita habet, ab anima tua non man-  
ducaretur caro Christi, vel spiritualiter, man-  
ducata veritate: sed quę ex carne sunt pro-  
missiones manducarentur. Hęcque verè es-  
sent, ci bus & potus, non ipsa caro.

Respon-

Respondit tandē Calvinista, corpus Christi pani nō esse coniunctū: sed huius manducationi, quia simul anima fit Christi particeps, vbi corpus panem Christo vacuū manducauerit: ideoq; māducationi coniūctū dici: sed hęc dicens non sentit se panis sui negare sacramētum: & manducationi tribui debere, quod pani attribuerat, statuēs veritatē māducationis esse corporis participationē non corpus, quis autē hanc verborum feret illusionem, vt panis manducatio sacramētum ac figura participationis aut corporis, cuius est participatio, esse dicatur? quorsum hęc verba, Hoc est corpus meum? Panis manducatio corpus esse potius debuisset.

Haften<sup>o</sup> (inquit) panis figura est corporis, quōd ab ipsius esu doceamur, quam vim habet panis nutriendis corporibus, eandem habere corpus Domini ad alendas spiritualiter animas: alioqui scimus panē corporis figurā esse non posse: Sed Caluine, eatenus carnes quæq; pisces, ac legumina esse corpus Domini cōhiteri debent, nec op<sup>o</sup> est sacramēto ac benedictione, vt p metonymiā euadāt in corp<sup>o</sup> Domini: nam natura eorū est, vt nutriant corpus, sicut animā tuam nutrirī credis. Ab hac tua contēplatione me abducit verbū Domini,

ni, non solùm enim dixit: Hoc est corpus me-  
um; sed, quod pro vobis dat: vt rectè figurari  
nō potuerit corpus, quum hæc simul adiecta  
qualitas, in figura comprehensa sit. At panis  
tui natura hanc vim non habet, vt Christi pas-  
sionem tibi figuret: natura enim panis est im-  
patibilis, quæ agni naturã patibilem mortẽq;  
figurare nequeat: Hoc cum ita habeat, neces-  
sariò à figuræ cogitatione debet animus no-  
ster abstinere, & ad veritatis fidẽ traduci. Si  
dixisses, quã vim habet panis nutriendis cor-  
porib. hanc habet Christi mors, ad homines  
redimẽdos sub peccato venũdatos, ferri pos-  
set tua speculatio: sed hoc ad tuã metonymi-  
am nihil attinet, ab hac enim prorsus alienũ  
est atq; indignum Caluini ingenio.

Nunc ad sacramenti tui cõplementũ tran-  
sibimus: Impletur (inquis) sacramẽtũ, quũ fi-  
de panẽ māducamus, quia promissiones asse-  
quimur. Vidẽdũ ergo est, quid sit figurę im-  
pletũ. Mea sentetia est, vt figurę impletio  
non aliò respiciat, quàm vt è figura fiat veri-  
tas, tũq; veritatis prẽsentia, figurã extinguat:  
Verbi gratia, cum panis mēsæ sacre apponit,  
veterũ iudicio ant typõ est, non figura: quũ  
ergo explet antitypon cõsecratione, ex exẽ-  
plari fit diuinũ corpus: sic si panis secundum  
Caluinum

Caluinum Christi corporis figura sit, & hæc impleat, è pane fit corp<sup>9</sup>, figuraq; esse desinit.

Hęc audiens Caluinista respondit, huc nõ pertinere figurę complementum, vt è figura fiat corpus, sed quia fide panem māducando fimus ex diuina pollicitatione meriti passionis participes: impleri dicitur q̄ figurat sacramentū. Ita habeat, fieri igitur meriti participationem veritas est quæ pane figuratur. Hęc aut si impleatur, è pane fiet meriti participatio, panisq; esse desinet, sed quū ita fuerit quūq; panis nõ sit figura corporis, sed participationis, panis est participatio per Caluinianam metonymiam, non corpus, atq; perperam locuti sunt Euangelistæ dicentes, Hoc est corpus meū, debebant enim potiùs dicere, Hoc est, corporis mei participatio.

Quòd si Caluinus nolit ampliùs, suã veritatem à pane figuratã, ad meriti participationem contrahere, sed hanc ipse referat ad edẽtis animę vtilitatem, quatenus panis spiritualem animæ cibum referat, mirum est vnũ terminum in disiunctis, actiuè simul & passiuè figurare, vt tam Christum nutriẽtem panis, quàm animã nutritã figurauerit, et si dictum est, Hoc est corpus meum quod pro vobis datur, Pręterea ip̄fecta est Caluini similitudo



dicentis, eam vim habere Christum nutrien-  
dis animabus, quam habeat panis ad corpora  
nutrienda; nam panis, in corporis substantiâ  
manducatus conuertitur. Christus verò in-  
corruptibilis, ac inconuertibilis, in animæ  
substantiam conuerti non potest: sed animâ  
potiùs in carnem conuerteret, eamque mem-  
brum corporis faceret: nam corpora nostra  
carne Christi nutrita, in membrum eius eua-  
dunt. Has ob res, illæ Caluini commentatio-  
nes, ceu fatua deliramenta à me reiecta sunt.

Vt propositum absoluamus, ad sacramen-  
ti Caluiniani explicationem trāsibimus: Ha-  
ctenus intelligere non potui, quid illi sacra-  
menti nomine intelligant; Petrus Martyr pa-  
nis naturam & substantiam, seorsum à specie  
sacramentum esse docet. Caluinus cōtrā cœ-  
nam sacramentum esse non panem, omnibus  
locis ingerit; quàmuis ab ecclesiæ incunabu-  
lis sacramentum corporis dicta sit eucharis-  
tia, constans panis specie & Christi corpore,  
duabus rebus consistente, terrena & cælesti,  
vt si vna earum à sacramento subducta sit, nō  
possit sacramentum subsistere: Præterea nul-  
lum esse natura sacramentum, sed omnia ver-  
bo Dei confici, ab ecclesia traditum est.

Videamus ergo an natura panis inuisibilis,  
citra

citra speciē, sacramentum esse possit. August.  
 cuius auctoritate Calvinistæ nos oppugnāt,  
 auctor est eucharistiam duobus constare &  
 cōfici, specie panis visibili, & carne & sangui-  
 ne Iesu Christi inuisibili: si conficitur, nō ha-  
 bet à natura vt sit sacramētum: si constet spe-  
 cie, hæc species à natura inuisibili seclufa de-  
 struet sacramentum. Sed si Martyri donem<sup>r</sup>  
 vt panis natura inuisibilis, sit sacramentum,  
 cuius rei sacramentum esse audiemus? si uine  
 sibi panis erit sacramentum, an alterius à se  
 rei sacramentum erit? Christi, inquit, alterius  
 à se rei sacramentum est: quia significat facul-  
 tatem nutriendi talem esse corpori diuino,  
 qualem habeat panis: hoc excepto, quòd cor-  
 pus Christi animas nutrit spiritualiter per fi-  
 dem: panis autem corpora nutrit eorum etiā  
 qui fide careant. Ergo Martyr significatione  
 tenus tibi panis est sacramentum, non natu-  
 ra, quòd si eā opinionē deposueris, sacramen-  
 tum esse desinet, atque in opinione tua facul-  
 tas est sacramenti.

Præterea tuus August. ne falleris, delirabat  
 dicēs, sacramentū eucharistiæ cōstare specie  
 visibili & carne inuisibili, quia tuo iudicio,  
 caro Christi inuisibilis, extra sacramentū est,  
 & ab ipso aliena: quod autem abest, atque di-

uersum est à pane, quomodo eo iplo constabit ipse panis? si eo constat, eo perficitur, vt non possit aliter subsistere. Sed quis tibi credet naturam panis, quæ tuo iudicio est inuisibilis & incomposita, in sacramentum transire, quum esse non possit sacramentum, nisi sit visibile & compositum.

Denique quis tibi credet naturam panis à reliquis panibus vsu solo distantem, esse nobis carnis diuinæ figuram, nisi hæc caro, à reliquis, vsu item, non natura diuinitatis differre ostendatur, vt Ebioneis gratam operam nauemus.

Quia tecum hac in re non possum consentire, ad Calvinum me recipiam, vt intelligam, an cœna sacramentum sit; omnibus ferè locis sacramentum inquit cœnæ Domini. Hæc mihi noua est doctrina, nouis enunciata verbis: Inauditum quæ huc vsque est cœnam sacramentum appellari: sed vt assequamur an ita nuncupari possit, despiciendū est, quid sit cœna, demum cuius rei sacramentū esset, nam (vt diximus) sui sibi sacramentum esse non poterit: sed si hæc propriam significationem retineat, conuiuium est, aut manducatio, non hostia, cuius hostiæ conuiuium cœnam esse docuit ecclesia: Cur ergo manducatio

catio quæ actu constat, quæ uero motus est manducantis non substantia manducata, sacramentum fit, animo non comprehendo: quod si manducationem sumpserit Calvinus per suam metonymiam, pro re cuius est manducatio, huc incidet, ut panem sacramentum esse se profiteatur, quod Martyri negauimus.

Sed nullum est sacramentum quin sub aliena specie diuini contegat aliquid: eucharistia nostra huius rei certissimum nobis est testimonium: Hæc enim est diuina substantia sub panis specie, & ideo dicitur sacramentum, quod adhibita consecratione fiat transsubstantiationis miraculum: sed in panis Calviniani manducatione, quid reconditum est sacramenti? Septem sacramenta nobis tradidit ecclesia, quorum sex actione definita sunt, unum quod agitur in eis, aliud intelligitur: ut aqua pura lauatur corpus, spiritu abluatur anima. At eucharistia, corporis sacramentum est, non actionis, & quod agitur, hoc creditur: fit enim uerbis consecratio, ac panis mutatio, hoc creditur: sed unum uidetur, aliud esse creditur, panis uidetur effigies, non tamen panis est, sed diuinum corpus. In baptismo uero uidetur aqua, aqua esse creditur, & est: uidetur lauatio, est, & creditur. Hac ex re fallit Calvinus docens ab impio eucharistiam, id est, sacramentum manducari, & non rem siue substantiam eucharistiam: alioqui species

sine subiecto manducaretur : quàmuis aqua tingi possit impius & non re sacramenti, id est, spiritu; nam etsi inæquali sorte máducatur ab impio, id tamen re ipsa manducat impius, quod fidelis.

At, inquit, quum à tuo corpore manducatur eucharistia, alitur & anima: Vnum ergo agitur, aliud creditur, vti de baptismo docuisti : sed à sacramenti, effectione ad gratiæ susceptionem transferimur, vna actione fit baptismi sacramentum, simul & gratia spiritalis tribuitur; ea autem actione qua corporis efficitur sacramentum, cõmunions gratia non confertur: nam consecratione fit transsubstantiationis miraculum; manducatione corporis accipitur cõmunions gratia, vt sine manducatione sacramentum perfectum sit, quàmuis sine ablutione existere nequeat baptismi sacramentum. Præterea sacramentum eucharistiæ (vt diximus) corporeum est, corpus & animam nutriens : baptismus autem, spirituale, id est, actionis est sacramentum, vt solam spiritus gratiam afferat: corporis vero manducatione, non solus suscipitur spiritus, sed corpus ipsum, eaque quæ ad corpus attinent. Ex quibus rebus comperi do-  
ctri-


Strinam Calvinianam, meras esse nugas, &  
personata sophismata, quibus nobis il-  
ludat: eumque quum nouam sacra-  
menti rationem nobis ingerit,  
sacramenti religionem  
penitùs abo-  
lere.

FINIS.

TYPIS  
Godefridi Ceruicorni.

1563.







1493926


lyktan i p. 1000 sed. 2000 massy yf

uoluit quanta uirtute nre glade eius morte sequere-  
reatur. Unde adrudelitate qq p se uionis exar-  
sit uerba uirtu papere tenuit. Predicatorer  
regniceloy phibendo seuendo ferendo  
repp uirt. Quis calicer rep uirt uideam ad  
quia missi fuerant deserentes in gentilitatis  
collectione dispersi sunt. Unde adhuc subdit.

**N**on calcauerunt eam filii israel. nec tran-  
suerunt eam. In cunctis latinis codicib.

atq; om̄n̄im p̄p̄batum fluminū fluentia manant̄  
Sed horū fluminū iudea speciem tenuit . dum  
littere superficiem tenuit , dum littere superficiem  
seruant̄ eorū p̄funda nesciūt ; Nos uero quiue  
nientedñō in eis interna sp̄alia quaerimus . eorū  
p̄funda r̄manant̄ ; Quod ipsedñs facere dī . quia  
: dñs agere ipse . onante p̄uilegetur ; Per nos ergo  
qui non litterā quae p̄cedit . sed sp̄m qui uiuificat  
seruamus . Profunda fluminū dñs scrutatur et abs-





0.4 204 215